

**LIBRARY**  
**Brigham Young University**



GIFT OF

Mr. Jean Wunderlich



C. C. Scott

SCRIPTORUM CLASSICORUM  
BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII  
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO  
LONDINI ET NOVI EBORACI  
APUD HUMPHREDUM MILFORD



878.4

H62co  
v.1

TITI LIVI  
AB VRBE CONDITA

RECOGNOVERVNT  
ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXERVNT

ROBERTVS SEYMOUR CONWAY

IN VNIVERSITATE MANCVNIENSI HUMANITATIS PROFESSOR  
COLLEGII DE GONVILLIO ET CAIO CANTABRIGIAE OLIM SOCIVS

ET

CAROLVS FLAMSTEAD WALTERS

IN VNIVERSITATE LONDINIENSI LITTERARVM CLASSICARVM PROFESSOR  
COLLEGII PEMBROCHIAE OXONIENSIS OLIM SCHOLARIS

TOMVS I. LIBRI I-V

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

*OXONII*

*Excudebat Joannes Johnson  
Architypographus academicus*

FIRST PUBLISHED 1914  
REPRINTED 1925, 1936  
PRINTED IN GREAT BRITAIN

THE LIBRARY  
BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY  
PROVO, UTAH

## PRAEFATIO EDITORIS<sup>1</sup>

§ 1. CVM abhinc annos tredecim textum primae Decadis Liuianae edendum suscepi, praeuidere prorsus nequibam quantum temporis necessaria operis ratio foret postulatura. Praeter enim duos codices adhuc neglectos, Oxoniensem (§ 17) anno 1905 ab amico Alexandro Soutero, nunc Professori Aberdonensi, Agenensem (§ 29) anno 1904 a collega Waltersio indicatum, quos in usum trahendos esse statim comparebat, experientia satis acri edoctus sum quam lacunosa adhuc esset, etiam post insignes uirorum doctorum curas, notorum quoque codicum notitia. Fragmentorum Veronensium (§ 7) quoad exstat testimonium stabilierat Mommsenius anno 1868; codices optimos Mediceum (§ 9) et Parisiensem (§ 13) fide ac diligentia normam aetatis suae longe transcendens anno 1841 excusserat Alschefskius; eximiam uero nostris studiis lucem attulerat Frigellius, qui cum per amplius uiginti annos, ut ipse testatur, codicibus Liuianis operam nauasset, quattuor codicum (per totam Decadem a se conlatorum) Medicei Parisiensis Romani (§ 24) Upsaliensis (§ 15) testimonium, plurimis in locis multorum aliorum lectiones addens, scilicet Floriacensis (§ 14) et Dominicani (§ 25) et decem deteriorum codicum et nouem Editionum ueterum, per tres priores Libros edidit (*Collatio Codicum Livianorum Lib. I-III*, Upsaliae, 1878); Upsaliensem quoque totum Häggströmius conlatum iam prius ediderat (1874). Ex

<sup>1</sup> Gratias agimus amicis doctissimis Professoribus Postgatio et Andersonio nec non Equiti aur. clarissimo Vniuersitatis Cantabrigiensis Oratori Publico Iohanni Eduino Sandys quorum opera benignissima obscuritates multae de hac praefatione sublate sunt.

## PRAEFATIO

codicibus autem egregiis, Leidensi (§ 28) et (per commentarios Casleii) Harleiano (§ 20) Drakenborchius editioni suae incomparabili annorum 1738–1746 optatissimum subsidium traxerat in textu huius Decadis recensendo. Videbantur igitur sex utique fontes (*Ver. MPUpHL*) sat boni per magnam operis partem in promptu esse, etiam plures per tres Libros. Sed opus ipsum iam tractanti longe alia rerum patuit condicio.

§ 2. Primum enim editoris Britanni procul dubio officium fuit testimonium codicis Harleiani, non ex excerptis Casleianis—non nulla quidem illis multo tamen minore quam hodie postulatur cura factis—sed plene adhibere. Hunc igitur codicem totum rogatu meo contulit anno 1902 amicus Waltersius, tunc recens in Regis Collegio Londiniensi Professor creatus. Quo facto statim comparuit quot falsa non nunquam ex erroribus saepius ex silentio Casleii enata in doctorum de hoc codice<sup>1</sup> commentariis florerent. Mox testimonia Medicei et Parisiensis colligentem Alschefskii me et Frigellii discrepantiae prorsus oppresserunt atque ad ipsos codices confugere coegerunt. Nec tamen erga doctissimos hos uiros et de Liuio optime meritos usquam nisi grate et pie loqui uelim; sed etiam in *M* et *P* rem imperfectam reliquerunt, Alschefskius ideo quod—oculis, ut credo, suis, optico instrumento nullo adiutis, confisus—non satis, Frigellius quod nusquam in Collatione sua correcturas primae secundae tertiae manus,—aut in *MP* aut in ceteris—distinxit. Frigellius quoque cum animo fortissimo decem fere hominum laborem suscep-

<sup>1</sup> Quid quod Frigellius hunc codicem amissum esse autumat (*Livianorum Librorum Primae Decadis emendandae Ratio*, Upsaliae, 1875, p. 6); uel quod Zingerleius (in editione sua 1890) per libros IX et X codicem ‘H’ citare gaudet, qui nullus est? Nam in Libris I–VIII hoc siglo Zingerleius codicem Harleianum hunc ipsum Priorem (§ 20) denotat (qui cum Libro octauo desinit); sed in IX et X Harleianum Secundum (anni 1454) cum hoc confundit.

## PRAEFATIO

pisset, ipsa messis suae magnitudine, ut uidetur, uictus, lectiones huius et illius codicis (*praecipue M et P*) saepe uel confudit uel silentio perperam tradidit<sup>1</sup>; neque omnino ultra Librum Tertium in commentariis suis edendis processit; et ne in his quidem Libris *F* codicis, cuius pretium ipse primus perspexit, testimonium plene refert. Quid praeterea quod tres alii optimae notae, Bambergensis (§ 16), Einsiedlensis (§ 18), Dominicanus (§ 25), quamuis saepe a uiris doctis commemorati, adhuc inspecti tantum iacebant? Nec non quod imperfecta horum notitia ueritati saepe nocuit, si quidem de Dominicano in commentariis editorum, Hertzio uel Keilio uel Frigellio confisorum, quae falso perhibentur paene plura sunt<sup>2</sup> quam quae uere? Postremo inuiti intelleximus ne Drakenborchii quidem ex codice Leidensi (§ 28) excerpta aut satis completa aut erroribus libera esse.

§ 3. Hi igitur decem codices *MPFBOEHDLA* (quorum indeoles infra describetur) quoad exstant huius editionis causa ubique comparati sunt et eorum lectiones in omnibus locis qui mentione digni uidebantur non silentio<sup>3</sup> indicatae sed aperte

<sup>1</sup> Vt pauca ex plurimis exempla adducam, confer Frigellii adnn. cum nostris de *Praef.* 13; 1. 1. 7 (*Laurentinum*); 1. 9. 15 (*dedissent*); 1. 29. 6 (*urbe*); 2. 34. 6 (*eam*); 2. 45. 1 (*proximi*); 2. 49. 4 (*sperneres*); 3. 29. 5 (*domos*); praeterea quae de codice Romano (§ 24) memoranda erunt. Inuitus talia commemo; debemus tamen semel lectorem monere ubicumque commentarios nostros cum Frigelianis discrepare inuenerit, nusquam hoc temere fieri sed examine instituto in re praesenti.

<sup>2</sup> Confer e.g. nostras cum adnn. priorum cuiusuis ad 1. 26. 14; 3. 29. 5; 3. 44. 9; 4. 19. 2; 5. 39. 7; 5. 44. 3; 7. 16. 1; 7. 30. 17; 8. 26. 4; 9. 34. 9. Vt breuius loquar, inter ea quae de *D* post Lib. III finem traduntur, difficile est quicquam reperire quod non falsum sit.

<sup>3</sup> In hac re ab instituto Bibliothecae huius in ceteris auctoribus seruato discedere necessarium duximus quod quoniam plures codicum (in primis Veronensis, Harleianus, Bambergensis) per grandem partem operis defiunt; plures autem, in primis Vormatiensis, per excerpta tantum siue iam antiqua seu recentia nobis noti sunt; omnes uero

## PRAEFATIO

citatae sunt. Si quis tamen uereatur ne apparatus noster in plenae conlationis magnitudinem creuerit, scito nos, quamquam de omnibus codicibus longe plura collegimus, in adnotatione eos locos solos sed eos omnes attigisse ubi aut ipsam loci lectionem stabilire uel diiudicare adhibitis codicum testimoniis oportebat, aut discrepantiam codicum ad codicis huius uel illius naturam auctoritatemque inlustrandam utilem esse credidimus. Saepissime nobis usu uenit ut uariationem unius codicis per ceteros omnes exquisierimus; deinde ubi illius codicis solius propriam esse compertum habuerimus silentio praeterierimus.

§ 4. Lecti sunt codices aut a me aut a Waltersio, cuius studium codicum insigne editionis huius fundamenti instar fuit, aut (quod ad *Z* et *B* maxime pertinet) a collegis meis in Vniuersitate Mancuniensi Iohanne Frederico Dobson (nunc apud Bristolenses Professore) Alexandroque Hope Kyd, qui ambo in legendis et exscribendis codicibus rationes nostras summa diligentia exsecuti sunt. Quomodo inter nos hoc opus distributum sit infra exponetur, sed iam inde intellegas precor, candidissime lector, anno 1903 Waltersium rogatu meo mihi in hac editione socium ab Vniuersitate Oxoniensi constitutum esse, ita ut in prioribus quinque Libris edendis auctoritas summa penes me restaret,

lacunis et paruis et interdum maioribus laborant—in hac, inquam, codicum condicione ‘argumentum ex silentio’, lectori periculosissimum, prorsus abiecimus. Nihil igitur amplius ex adnotationibus nostris de codicis unius cuiusque in unum quemque locum testimonio colligas precamur quam quod aperte ibi testamur. Sicubi, ut saepissime, huius uel illius testimonium exspectatum desiderabis, statuas profecto illud ne nobis quidem comparuisse. Huius autem inscientiae si causam requiras, inter adnotationes praecedentes facile reperias num qua lacuna uel damnum huius uel illius codicis ueritatem occulerit. Illud etiam praecipue animaduertas oramus quod ubicumque in codice aliquo manus tantum correctrix (ut saepissime *F<sup>3</sup>*) nominatur, sed de primae manus scriptura (*F*) nihil tradimus, intellegi uolumus nos hanc scripturam omnino obliteratam inuenisse.

## PRAEFATIO

penes illum in quinque Libris sequentibus. Vbiique igitur pluralis numerus (nos) commune amborum iudicium uel coniecturam ab ambobus elaboratam denotabit, singularis (ego) in his quinque Libris Conwaii tantum uel iudicium uel temptamen.—Hae omnes lectiones huius editionis causa quaesitae per singulas litteras denotantur *MP* cet.

§ 5. Praeter hos quos nominaui adhibui quoad exstant testimonia codicis Vormatiensis (§ 12) a Beato Rhenano per Drakenborchium ex editione Frobeniana (an. 1535) tradita ; codicis Romani per priores tres Libros a Frigellio ; codicum quos uocant deteriorum<sup>1</sup>, i. e. saeculorum decimi tertii quarti quinti, ibi tantum ubi necessarium fuit, a Drakenborchio, uel—scil. in prioribus tribus Libris—a Frigellio ; sed has lectiones ab aliis acceptas semper pluribus litteris denotamus, ut *Vorm.*, *Rn.*, *Up* (§ 15). Editionum quoque ueterum testimonia accepi a Drakenborchio, hic illic a Zingerleio correcta ; quinquaginta fere locis ubi repertor uerae lectionis adhuc quaerendus fuit, editiones usque ad Aldinam in Bibliotheca Rylandsiana Mancunii ipse perscrutatus sum. Hoc uero opus exsequenti mihi contigit dubium resoluere quod plures doctorum<sup>2</sup> uexauit, scil. quis primus historiam Liuianam in capita diuiserit ; nam interdum diuisio illa cum certa aliqua lectione cohaeret, ut

<sup>1</sup> Quos citamus hi sunt : Loueliani 1, 2, 3, 4, 5; Leidensis 2; Harleianus 2 (anni 1454); Haverkampianus; Helmstadiensis; Palatini tres; Vossianus 2. His adde Fragmentum Haverkampianum, a Drakenborchio saepe citatum, nunc deperditum, aetatis tamen, ut uidetur, melioris, quod aliquando utile est. Horum omnium indolem satis descripsit Drakenborchius Tom. VII editionis suaee pp. 320 sqq. Codicem Carinthianum (saec. XIII) quem laudat Zingerleius (Ed. Liv. I Praef.) semel tantum citauimus (4. 47. 7); et uix saepius (a Frigellio, *Coll. Liv. i-iii*, pp. 10, 12) Barberinianum, saec. XV, Vindobonensemque, saec. XIV.

<sup>2</sup> Audi inter alios querentem Creverium in Praefatione editionis suaee (Paris, 1735) p. lxiv. Frustra ille numerationem mutare coenatus est.

## PRAEFATIO

in 4. 32. 1. Diuisit Ianus Gruter anno 1612<sup>1</sup>, ut ad eum locum docui. Minores uero quas uocant sectiones, et Gronovio (1664) et Creverio (1735) ignotas, fecisse uidetur Drakenborchius (1738).

Emendantium multitudinem paene innumeram codices ignorantium, nisi quatenus eorum temptamina aut in opere quodam maiore<sup>2</sup> edita (qualis praeclara Madvigii animaduersio, *Emendationes Livianaæ*, Ed. 2, Hauniae, 1877), aut in *Annalibus Societatis Philologicae Berolinensis* a chorago illo studiorum nostrae aetatis Liuianorum Hermanno Iohanne Müller collecta et perpensa sunt, de industria negleximus.

§ 6. Decadum Liuianarum quot exstant una quaeque suos codices habet; neque inter Primae Decadis saeculo XIII antiquiores ullum adhuc uidimus qui quicquam Decadum posteriorum contineat.

Primae Decadis codices quot nouimus omnes in duas familias discedunt; harum uero una quae Nicomachea uocatur omnes complectitur, praeter palimpsesti Veronensis fragmenta a Mommsenio recuperata, de quibus breuiter iam loqui licebit.

§ 7. Codex **Veronensis** (Ver., Biblioth. capitularis Veronensis 40, saeculi quarti) saec. nono moralibus aliquot S. Gregorii papae cooperatus est. Quae subter iacent per LXV quidem folia fragmenta Vergilii et scholiorum Vergilianorum<sup>3</sup> et mathematici alicuius et philosophi alicuius praebent, per LX uero folia fragmenta Liuianorum Librorum III–VI.

<sup>1</sup> Quod uidi huius Editionis exemplar capita dinumerata praebet sed iam praefatione sua caret; in praef. Editionis anni 1628 disertis uerbis Gruter se textum in ‘tmemata’ diuisisse testatur.

<sup>2</sup> Harantii (*Emend. et Adnotationes ad Titum Liuium*, Parisiis, 1880) et Novákii (in *Ceské Museo Philolog.* editas, sed nobis per Muellerum tantum cognitas) coniecturas fere semper ad sententiam Liuui inlustrandam luculentas, rarissime tamen cum codicum auctoritate conciliandas inuenimus.

<sup>3</sup> Ribbeck, *Prolegom. Vergiliana*, p. 226.

## PRAEFATIO

Paginea formam quaternariam, columnas binas exhibent ; litterae in unaquaque linea ad minimum XIV, ad maximum XXII, plerumque XVIII, quem numerum in lacunis aestimandis pro norma habui<sup>1</sup>. Primus quod sciamus antiquam scripturam obseruauit Angelus Maius (anno 1818), Liuiana Blumius (*Mus. Rhen.* ii (1828), 336) ; post quem, quamquam plures rem primis labris temptauerunt, nemo quicquam effecit ante Mommsenium qui anno 1867 opus more suo heroico attigit perfecitque, testimoniumque quoad exstat lucidissime edidit in *Commentationibus Regiae Academiae Scientiarum Berolinensis anni 1868*. Fragmentum primum incipit a 3. 6. 5. ueniat ut anno ; ultimum desinit ad 6. 7. 1 *ingentem Latinorum Herni-*. Initium finisque unius cuiusque fragmenti suo in loco memorabitur. Scriptura uncialis est, quarto saeculo, ut periti aestimant, non inferior. Quot et cuius generis erroribus ex fonte tot saeculis antiquiore medicina adferri potuerit, ex adnotatione nostra facile reperietur (e.g. ad 4. 25. 4 ; 5. 53. 1) ; id tamen non minus apparebit, etiam quarto saeculo corruptelas pessimas<sup>2</sup> et plurimas (e.g. ad 5. 4. 8) inrepsisse. In commentariis etiam fragmentorum editioni subiectis largam textum constituentibus opem Mommsenius tulit ; praecipue quia Veronensis uirtutes saepe minoris aestimare quam uoluit a ueritate ipsa uidetur coactus.

§ 8. Familia Nicomachea nomen inde traxit quod subscriptiones Librorum, et quidem omnium praeter Librum decimum ubi nullae sunt, docent hanc textus formam pro-

<sup>1</sup> Vbi *uix plus quam* (e.g.) *sex litterae desunt* scripsi, quasi linea uiginti litterarum fuisse rationem duxi ; ubi *uix minus quam*, quasi sedecim litterarum fuisse.

<sup>2</sup> Non nullas harum silentio praeteriimus (ut in 3. 64. 2 ubi uocem *tr. i. e. tribunorum* ante *plebis* solus addit). Plures libenter missas fecissemus nisi adhuc plerique ignorare uisi essent quam saepe nugetur hic codex. Amplius mox disces a collega nostra Clara M. Knight, A.M. apud *Cl. Quarterly*, VIII (1914).

## PRAEFATIO

fectam esse a recensione quam Symmachorum domus instituit. Quintus enim Aurelius Symmachus,<sup>1</sup> Romanorum antiquitatum contra Christianos defensor paeclarus, munus hoc Liuii emendandi Tascio<sup>2</sup> Victoriano, senatorii ordinis uiro, uidetur commisisse, cuius uoces *emendabam dominis Symmachis* subscriptionem claudunt unius cuiusque Libri usque ad Nonum. Huic uero testimonio paeponitur aliud in Libris VI, VII, VIII a Nicomacho Flauiano additum Symmachi genero, quem Praefectum Vrbis annis 394, 399, 401 fuisse constat. Libros autem III, IV, V, filius huius, ut demonstrat Seeckius (*op. cit. p. li*), Nicomachus Dexter a se emendatos esse testatur, idque in Lib. V subscriptione se fecisse dicit *ad exemplum parentis* (i.e. cognati) sui *Clementiani*, de quo nihil amplius, quod reperiam, cognitum est. Forma<sup>3</sup> quidem subscriptionum in codicibus, ut apparebit ab adnotatione nostra, saepe corrupta est et huic uel illi codici saepe deest; nullus tamen codicum nostrorum praeter Veronensem non ex fonte Symmachiano textum suum traxit. Quantam autem Symmachis gratiam debeamus inde facile conspiciatur si ea menda computantur quibus laborat Veronensis, uacant Nicomachei. Nec mira est haec Nicomacheorum quamquam quinque saltem saeculis posteriorum praestantia cum

<sup>1</sup> *Q. Aurelii Symmachi quae supersunt*, ed. Seeck, Berlin, 1893; titulus sepulchralis *C. I. L.* vi. 1699. Consul fuit anno 391 p. C. n.; obiit, ut uidetur, anno 402. In *Epist. 9. 13 ad Valerianum* (anni 401, iudice Seeckio) huius recensionis meminit: *munus totius Liuiani operis quod spopondi etiam nunc diligentia emendationis moratur*. In *Epist. 4. 18 ad Protadium* (anni 396 eodem iudice) amicum monet ut ad *priscas Gallorum memorias inlustrandas reueluat Patauini scriptoris extrema quibus res Gai Caesaris explicantur*. De tota Symmachorum familia Praefatio Seeckii luculenta consulenda est cum *C. I. L.* vi. 1782, 1783.

<sup>2</sup> Sic nomen scribunt codd. meliores Sidonii Apoll. *Epp. 8. 3. 1.*

<sup>3</sup> Huius mentionem fecit Gronovius in *Praef. editionis suaे (1664-5)* sed primus, quod sciām, plene interpretatus est Otto Jahn, *Berichte d. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch. (Phil.-Hist. Abtheil.)*, 1851, p. 335.

## PRAEFATIO

reputas illos proxime ab unciali quodam fonte (uel fontibus) distare, ut ex uocibus saepissime male diuisis (e. g. *aut socio antiquum animalib.* (3. 60. 2) pro *haud scio an, qui tum animi ab; martis uouet auribus* (8. 10. 14) pro *marti suouetauribus*<sup>1</sup>) satis patet; adeo ut uix credi possit plus quam unum descriptionis opus inter exemplar aliquod unciale et *M* (uel *F* uel *H*) codicis descriptionem interuenisse. Haec autem codicum noni saeculi directa ex codd. quarti uel quinti deriuatio normae iam bene cognitae consentit, ut clare demonstrat Shipley (*Certain Sources of Corruption in Latin MSS.*, the Macmillan Co., New York, 1904, p. 5).

§ 9. Inter Nicomacheos princeps nominandus est **Mediceus** (*M*, Biblioth. Laurentianae Plut. lxiii. 19, saeculi X uel XI incipientis) Libros decem quaternionibus XXVII continens (in membrana egregia binis columnis scriptus) ob scribarum suorum eximiam fidem, quae tamen saepe magis per antiquitatem lectionum quam per harum ipsarum integritatem elucet. Dittographiarum quas uocant<sup>2</sup> paene constans seruator, glossemata quoque plurima eaque saepe antiqua (§ 10) et in margine et inter lineas religiose tradidit, quae interdum (saepissime in Lib. VII) etiam textui ipsi interpolata sunt (e. g. ad 4. 31. 7). Exaratus est a non minus tribus scribis, quorum optimus, qui quaternioni decimo<sup>3</sup> nomen suum *Leo Diac(onus)* subscrispsit, certe partem alteram quat. primi, quatt. II–X<sup>4</sup> (i. e. a Lib. 1. 9. 15 *desiderium* ad 3. 71. 8 *suadere*) conscripsit: probabile est autem eundem quaternionis XI lineas 16 ultimas et quatt. XI–XIII (i. e. 4. 21. 4

<sup>1</sup> Cf. § 20, et u. adnn. ad 3. 22. 9; 4. 6. 3; 5. 42. 7.

<sup>2</sup> De his egit Winkler, *Die Dittographien in den Nikomachianischen Codices des Livius*, Vienna, 1890–1892 (Progr. d. Leopoldst. Kommunal-, Real- u. Obergymnasiums), ad quem librum ipse aditum non habui.

<sup>3</sup> Non decimi quarti ut scribit Frigellius (*Collat.* p. 6); quo errore ea omnia quae subinde disputat pessum data sunt; praeterquam quod notas *a-h* in Quatt. XIV–XXI omnino neglexit.

<sup>4</sup> Sed Quat. VII quattuor tantum folia habet.

## PRAEFATIO

*arguens Seruilio... 5. 7. 7 rei p. extra) confecisse; eidem etiam uix abnuendi sunt quatt. XXII–XXVII (8. 14. 1 merito cuiusque ad Decadis finem). Alter, qui Vetus ex pristina scripturae suae forma iure appellari potest, quat. primi primam partem (usque ad 1. 9. 15) et quat. XI praeter sedecim ultimas lineas scripsit: Tertius quatt. XIV–XXI, quarum uni cuique ad finem litteras *a . . . h* deinceps subnotauit. In quat. XXI sex tantum folia sunt, quippe quae ad operis partem huic scribae attributam facile sufficerint (plura de horum scriptura in *Camb. Philol. Soc. Proceedings*, 1902, p. 10 reperientur). Aliquando errores eos habet qui perperam audiendo potius quam male legendō efficiantur (cf. 4. 7. 7 adn.).*

§ 10. In hoc autem codice multum interest inter correcturas primae et secundae manus (atramento iam subrubenti factas) quae ambae auctoritatē aliquam habent et correcturas tertiae uel quartae (atramento nigro factas) quae omnes nihili sunt. Scriba Vetus quod scripsit ipse saepe corredit<sup>1</sup> aut puncto infra litteram corrigendam addito litteraque noua suprascripta, aut littera ipsa atramento mutata; sed nunquam per rasuram: contra Leo et Tertius saepe quae primo scripsere eraserunt, tum atramento eodem (coloris iam fusci) usi noua inseruerunt; has correcturas siglo *M*<sup>1</sup> denotamus.<sup>2</sup> Sequitur ut ubi correctura per rasuram ipsam perfecta est, discerni nequeat utrum a manu prima (Leonis, siue Tertii) an a manu secunda, cuiuscumque fuit, profecta sit. Hanc uero manum, ubi quicquam scripserit, atramenti color clarior ac saepe rubicundior statim prodit. Cum autem uera lectio persaepe hic ab *M*<sup>1</sup> illic ab *M*<sup>2</sup> introducta sit, operaे pretium erit peruestigare num aut *M*<sup>1</sup> aut *M*<sup>2</sup> ex uno aliquo fonte (qui fortasse

<sup>1</sup> Vide sis adnn. e. g. ad 4. 9. 3; 4. 9. 9; 4. 19. 6.

<sup>2</sup> Cf. in Leonis parte e. g. 4. 51. 3–4 adn.; in Tertii parte (e. g.) *aeru in aeris* (5. 7. 12) a prima manu recte mutatum est.

## PRAEFATIO

ab archetypo codicum *P<sup>2</sup>FBUp* non longe discrepuerit) suas quisque correcturas traxerit.

Glossemata plurima in margine huius codicis exstant, quorum partem magnam a scriba primario una cum textu ipso descriptam esse a scripturae genere manifestum est. Exempla in adnn. ad 1. 28. 7 ; 5. 2. 8 ; 5. 21. 5 ; 5. 44. 4 ; et alibi reperies ; in 3. 49. 5 (et alibi) glossema tale in textum inrepsit. Vnum autem huius generis prae ceteris memorari debet, quia procul dubio Germanicam originem prodit seu scribae (Leonis ?) ipsius, seu codicis, seu exemplaris tantum (uel archetypi eius) ex quo codex descriptus est : ad Lib. IX c. 3 init. (quat. XXIII, p. 6, col. 1) narrationem Liuii sic notat glossemator : *fremitus et diuersa consilia Romanorum apud pFurculas caudinas interclus(orum)*, ubi *pF* illud uix ab Italo homine profectum erit. Ut igitur in uniuersum Frigellio adsentimur hunc codicem Cisalpini generis (cui etiam *RDLA* adsignandi sunt) uocanti, ita affirmare non ausim scribas Medicei unum tantum exemplar ante oculos habuisse; quaerendum potius erit, praesertim si dittographiarum et correcturarum primae manus ratio recte perpenditur, nonne ex duobus saltēt fontibus, uno codicibus *RDLA*, altero codicibus *PFUþB* propiore, hic codex haustus sit. Simili ratione *P* a *P<sup>2</sup>* distare mox uidebimus.

§ 11. De huius codicis auctoritate multum dissensere uiri docti, ei tamen qui codicem ipsum penitus cognouerunt, Alscheskius et Frigellius, longe pluris eum aestimaverunt quam qui aliorum tantum testimonia de eo legerunt, ut Zingerleius (in Praef. editionis suae Libb. I-V).

Vt breui sententiam nostram ponamus, si ab uno codice tantum nulla emendatione permissa quid in summa uoluisset Liuius diuinandum esset, tum certe non Mediceus eligendus esset ; nam corruptelis dittographiis interpolationibus scatet quas cautiores scribae, praecipue Oxoniensis, saepe reiecerunt. Contra, ratione ac uia peruestiganti quid in

## PRAEFATIO

quoque loco Liuius scripserit, uix alias codex maius auxilium dabit; sescentiens enim scribarum Mediceorum, praecipue Leonis Diaconi, eximia fides uerae lectionis uestigia seruauit quae in ceteris omnibus perierunt (e.g. 1. 25. 10; 1. 46. 1; 1. 47. 12; 1. 50. 5 et 7; 2. 43. 4; 2. 45. 16; 3. 26. 7; 3. 53. 4; 4. 4. 11; 5. 13. 8, et in plurimis aliis locis quae in adnotatione facile reperientur).

Huius codicis ipse quinque priores libros perlegi, quinque posteriores Waltersius; ita tamen ut multis in locis ubi postea demum propter aliorum nuper lectorum (*OEADLB*) codicum uariationem lectionem Medicei exscribendam esse iudicauimus, Waltersius meos, ego illius commentarios suppleui. Frigellii per tres Libros, Alscheskii ubique lectiones obseruauimus; quas quamquam saepe parum accuratas, saepissime imperfectas inuenimus, saepissime etiam in locis obscuris ueritatem expressisse animo gratissimo confitemur.

§ 12. Medicei paene gemellus fuisse uidetur Codex **Vormatiensis** (*Vorm.*) siue Borbetomagensis nunc deperditus, ex excerptis tantum Beati Rhenani cognitus in editione Frobeniana secunda quam una cum Gelenio anno 1535 Basileae parauit (u. Praef. Gelenii<sup>1</sup> p. 5, uel apud Drak. vii, p. 273). Haec excerpta ad 1. 20. 2 incipiunt, ad 6. 28. 7 desinunt, quia codex, ut testatur Rhenanus, utrimque decurtatus erat. Et ne Rhenani quidem ope semper patet quid in locis ab illo tractatis in hoc codice steterit. Saepe enim Rhenanus de codice nihil disertis uerbis testatur, sed *ueterem* uel *antiquam* uel *germanam lectionem* commemorat; quam, etsi Drakenborchius (ad *eo sustentata* 2. 34. 5) codicum quos ante oculos Rhenanus habebat lectionem semper indicare iudicat, ex adnotatione Rhenani ipsius ad 2. 18. 4 aliquotiens a Vormatiensi discrepusse probabile<sup>2</sup> uidetur.

<sup>1</sup> De codice quo Gelenius utebatur in Lib. VII-X loquemur in Praef. Voluminis Secundi huius editionis.

<sup>2</sup> Nec tamen certum; nam et credi potest Rhenani uerba ‘ita

## PRAEFATIO

Tutius igitur duximus Rhenani uerba ubique sequi nec ‘*uetus lectio*’ in ‘*Vorm.*’ mutare. Huc accedit quod ille, ut et alii uiri doctissimi (in primis Gronovius), correcturam idoneam saepe breuissime indicare satis habuit, formulis quales *scribe*, *lege*, *corrigere*, *castiga* usus, lectorem in dubio relinquens utrum hoc coniecturae tantum suaे an codicis alicuius testimonio debuerit. Hoc Rhenani silentium siglo *Vorm.*? notauius. Rhenani adnotationes per hos quinque Libros a Drakenborchiorum haus.

§ 13. **Parisiensis** (*P*, Bibliothecae Nationalis 5725 Lat.), saeculi X, quaternionum XXII (sed ultima dimidia est), lineis per paginam continuis scriptus, quamquam antiquitate litterarum formis indicata codici Floriacensi (§ 14) cedit, familiam tamen quam Frigellius Transalpinam uocat certe dicit. Persaepe enim, ubi titubant *FB*, aut uera aut saltem ueriora praebet *P*. Si plures scribas habuit, scripturae genere tam simili utebantur ut certo distinguere nequeamus; cum Frigellio potius credimus ‘uix plures fuisse’. Correctus autem est saepe a scriba ipso (*P*<sup>1</sup>), saepius etiam a uiro satis docto (*P*<sup>2</sup>), scriptorii, ut conicere licet, magistro, qui plerumque atramento nunc pallidiore<sup>1</sup> usus est, interdum autem eodem quo *P*<sup>1</sup>. Correcturas igitur ubique *P*<sup>2</sup> tribuimus nisi ubi manus eadem esse atque scribae primi manifeste apparet. Plurimae correcturae eius modi sunt ut ubi *P* cum *M* consentit, *P*<sup>2</sup> lectionem codicum *FB* sequatur, cui plerumque et *Up* suffragatur. Paucae et minimi pretii sunt correcturae manuum recentiorum (*P*<sup>3</sup>, raro etiam *P*<sup>4</sup>, *P*<sup>5</sup>).

Hunc codicem per Lib. I–III primo ipse inspexi ubi cumque de lectione eius discrepabat Frigellius ab Alschef-

habet Archetypon’ ad uocem *Tarquinia* tantum referri, non ad totam sententiam.

<sup>1</sup> Discremen fortasse id tantum est quod in his locis sabulum uel aliquam aliam rem siccatiuam statim scriba adhibuit, in illis atramentum ipsum arescere passus est.

## PRAEFATIO

skio ; per Lib. IV et V omnibus locis aut ego contuli aut Waltersius, persaepe ambo, ita ut opus fere aequaliter diuisum sit ; postremo per Lib. I-III rogatu nostro etiam eas lectio-nes quae ab Alscheskio et Frigellio statutae erant denuo excussit mense Iunio anni 1910 Dobsonius ; qui quamquam per pauca mutanda repperit, multa tamen addidit uel accura-tius expressit. Libros VI-X legit Waltersius, cuius operaे pauca tantum ego et Dobsonius suppeditauimus.

§ 14. Codex **Floriacensis** (*F*, Paris. Bibliothecae Nationalis 5724 Lat., saec. IX) quaternionum XXII (sed horum decimus sex tantum folia, ultimus tria tantum habet) lineis per paginam continuis scriptus est. Decem Libros continet, sed bis defit (ab 4. 21. 6 ad 4. 50. 4, et ab 10. 34. 6 ad 10. 39. 3) nulla lacunae nota. Ex paginarum ratione apparet illic octo foliorum textum, hic unius in archetypo deperisse eo tempore quo *F* exaratus est. In ultimo folio adnotatum est *Hic est lib. sci Bened.*, i. e. monasterii S. Benedicti Floriacensis quod prope Genabum (Orleans) fuit. Scriptura et antiquior (e. g. *cc* saepissime pro *a*, *p* pro *r*) et difficilior (e. g. in coniungendis litteris, ut *q* pro *-ci* uel *-ti*). Bis correctus est, primo per atramentum rubidum, saepe flauescens uel etiam pallidum (*F<sup>2</sup>*) ; mox (idque saeculo XIII<sup>1</sup> uel postea) per atramentum fuscum uel saepius nigrum, a scriba aliquo (*F<sup>3</sup>*) qui codicem rasuris pessime lacerauit ut coniecturis suis<sup>2</sup> etiam peius corrumperet. Vbi nihil mutatum est nisi per rasuram, mutationem siglo *F<sup>2</sup>* denotaui, quamquam persaepe bene credi potest *F<sup>3</sup>* in culpa fuisse. Vellem locos tales ubique designaremus siglo *F<sup>x</sup>*, quod postea demum excogitauimus. Iam uero gaudere licet codicis Bambergensis (§ 16) testimonium per Libros amplius sex has tricas semel dissoluuisse.

Hunc codicem per Lib. I-III ipse exscripsi ubicumque

<sup>1</sup> Sic Frigellius ; nobis uero recentior manus uidetur.

<sup>2</sup> In quibus saepissime cum codice Klockiano (de quo uide Drak. Vol. VII. p. liii) consentit.

## PRAEFATIO

deficit Frigellii testimonium ; mox ceteris omnibus locis per decem Libros comparauit Waltersius, nisi quod per Lib. IV–V fere dimidiam operis partem ipse suscepit ; per Lib. IX et X ille totum plene contulit.

§ 15. Codex **Upsaliensis** (*Up*, Biblioth. Academiae Upsal., saeculi X uel potius XI) eximie ab Häggströmi conlatus (*Excerpta Liviana*, Upsal. 1874), decem Libros continent sed cum quaedam partes, ut uidetur, ualde maculatae uel laceratae iam saeculo XIV essent, manu illius aeui (*up*) sex folia suppleta sunt, scil. duo ad finem Lib. I (1. 56. 4 *impleuit curis . . . virium in senatu 2. 1. 10 continentia*), quattuor in Lib. X (ab *ure iurando 10. 38. 9* ad Decadis finem). Sicubi *P* titubat uel *F* defit, consensus cum alterutro Upsaliensis utilis est ad archetypi ‘Transalpini’, ut uocat Frigellius, lectionem indicandam; praesertim in Lib. VII 17–X ubi defit *B* (§ 16). Fatendum est enim si *B* usque ad finem Decadis seruatus esset, minimum codicis Upsaliensis usum futurum fuisse, quoniam aut scriba ipse, aut praecedens aliquis, textum plurimis et licentissimis conjecturis corruptus ; adeo ut in locis difficilibus lectio Upsaliensis, quamuis per se probabilis sit, tamen, si alio teste caret, nobis suspecta semper sit. Bis correctus est, prius a scriba ipso, postea aut ab ipso, ut putat Häggströmius, aut ab altero, ut credere uidetur Frigellius, qui tamen ambo correcturas omnes pariter siglo *U<sup>2</sup>* denotant · nobis igitur discriumen nullum facere licuit.

Lectiones secundum Häggströmiū citamus ; aliquando tamen, praesertim in rebus orthographicis, quas ille se spreuisse profitetur (*op. cit. p. 3*), silentium eius pro testimonio habere noluimus ; his igitur in locis, non ita rarissima, nihil de hoc codice docemus. In Lib. I–III Frigellii ab Häggströmi discrepantias uel potius additamenta, quae rarissima sunt, semel aut iterum mentione digna repperimus.

§ 16. Familiam hanc (*PFUp*) claudit optimus codex  
xix

## PRAEFATIO

**Bambergensis** (*B*, Bibliothecae<sup>1</sup> Regiae Bamb. M. iv. 8, saeculi X uel XI), quem per Lib. I contulit Heerwagenius anno 1856<sup>2</sup>, per reliquos sex Libros, multa etiam in Lib. I addens, rogatu meo mense Decembri 1912, Ianuario 1913 Alexander Hope Kyd. Paene certum est hunc codicem cum multis aliis ab Imperatore Henrico II illi bibliothecae donatum esse. Quaterniones XIV nunc habet; Praefatione incipit, in uocibus *agmine inciderunt* Lib. VII. 17. 3 desinit. In Lib. IV lacunam eandem atque codex *F* (§ 14) praebet; et ex omnibus adnn. nostris facile colliges hunc codicem illius gemellum fuisse, fontemque esse summi pretii unde quid in *F* per rasuras pessum datum sit clarissime eluceat. Ipse nullas correcturas uidetur subiisse, nisi a scriba ipso; scriptus autem est, si a pluribus imaginibus photographicis iudicare licet, manu optima et nusquam non lectu facillima. Summam fidem paruam scientiam adhibuisse uidetur librarii (nam plures fuerunt); adeo ut cum Parisensi huius codicis consensus archetypum ‘Transalpinum’ paene ante oculos repreaesentet. Plura de hoc codice mox alibi<sup>3</sup> exponet Kyd; mirari tamen licet nobilem hunc codicem per quinquaginta sex annos in media Germania iacuisse prorsus neglectum.

In Libro I Heerwageni commentarii, qui, longum per tractum denuo cum codice conlati, optimi<sup>4</sup> inuenti sunt, siglo *Ba.*, supplementa Kydii et eiusdem per ceteros Libros commentarii siglo *B* denotantur.

<sup>1</sup> Cuius custodi, uiro doctissimo et benevolentissimo, Karolo Fischer gratias agimus.

<sup>2</sup> In programmate Gymnasii Regii Baruthini 1856.

<sup>3</sup> In *Class. Quarterly* huius (1914) anni. [Finito iam illo opusculo sed iacente adhuc sub prelo hac praefatione, subito fato nobis ereptus est hic iuuenis, quem ut fratrem praeclarae spei desidero, discipulum collegam ueri inuestigatorem acerrimum, hilarissimi et candidissimi animi amicum.]

<sup>4</sup> Quamquam ad 1. 19. 4 silet de *qui dies* (i. e. -*que sex dies*).

## PRAEFATIO

§ 17. Familiae huic (*PFUþB*) proximum stat par nobile codicum, **Oxoniensis** (*O*, Biblioth. Bodleianae 20631, saeculi XI ineuntis) et Fragmentum Einsiedlense (§ 18). Illius indolem plene a Waltersio apud *Class. Quarterly* ii (1908, p. 210) descriptam reperies; nunc igitur pauca tantum commemorare satis erit. Olim decem Libros in XIII, ut uidetur, quaternionibus habuit; sed iam ad finem mutilus, post tertium folium quaternionis duodecimi (10. 22. 3) omnia amisit, partesque inferiores plurimorum foliorum in Libris VI-X et duo folia quibus Lib. 8. 38. 13—9. 2. 12 inerant, unum quoque cui 9. 12. 10—9. 14. 18, omnino perierunt. Ab exemplari autem unde descriptus est, perierat quaternionio 4. 30. 14 (ubi u. adn.)—4. 57. 11 continens. Lineae per paginam continuae; plures scribae opus partiti sunt, inter quos tamen nullam maioris momenti, quod quidem ad hos quinque Libros pertineat, discrepantiam obseruauimus. Saepe correcturas primae manus (uel etiam alterius, scriptorii fortasse magistri), saepissime litteras primo omissas mox pleniore calamo (§ 33 b) insertas reperies. Inter Nicomacheos uix aliis codex a peritiore uiro scriptus uel, ut ita dicam, gubernatus est quam *O*, nisi forte rectius erit hanc laudem aut totam aut maiorem ex parte illi uiro tribuere a quo commune illud archetypon (§ 19) Oxoniensis et Einsiedlensis constitutum est. Sagacissime enim et inter dittographias—paene semper recte—elegit (ut in 3. 54. 10; 9. 5. 7), et plura glossemata textu expulit (ut ex 2. 40. 3; 3. 72. 6; 5. 36. 2; 8. 10. 13). Aliquando tamen haec sagacitas ueritatis normam excessit uel obscura<sup>1</sup> omittendo (ut in 3. 41. 8; 3. 44. 5; 9. 45. 10<sup>2</sup>; 10. 14. 8) uel prorsus falsa

<sup>1</sup> Fortasse non semper audaciae suae indulgens sed pro deletionis signo interpretatus notam aliquam quam in exemplari posuerat lector quiuis difficultatis conscientius.

<sup>2</sup> Hic spatium uacuum in contextu reliquit, in margine *req.* (i. e. *require*) addens; sic etiam ad 9. 46. 2. Cf. quae supra dixi de litteris primo omissis.

## PRAEFATIO

coniectando (cf. adnn. ad 5. 6. 1; 5. 50. 5; 8. 38. 11; 7. 41. 3 ubi *pollutum* pro *Petelino*). Oxonium in Collectione Meermanniana peruenit, a Meermannio de Collegio Iesuitarum Clermontano anno 1764 emptus.

Hunc codicem per Lib. II-X. 22 comparauit Waltersius, per Lib. I ego; sed et in Libris posterioribus Waltersii commentarios rogatu eius hic illic suppleui.

§ 18. Fragmentum **Einsiedlense** (*E*, Biblioth. Monasterii S. Benedicti Einsiedlensis 348, saec., ut credo, decimi) binis columnis scriptum sex tantum quaterniones nunc habet quorum primus siglo .1. ad finem notatus est, ceteri deinceps siglis *I*, *K*, *L*, *M*, *N*; exstat in primo Praefatio cum Lib. I usque ad c. 28. 2, in ceteris IV. 30. 14 usque ad VI. 36. 3. Quatt. *i-n* a tribus scribis exarati e quibus illius qui quat. *m* (exceptis, ut uidetur, paruis partibus) conscripsit longe uetustior manus uidetur quam aut illius qui *i-l* aut illius qui *n*. Inter horum tamen operam aliquando, ut in quat. .1. p. 8 (parte media) et in quat. *m*, p. 1, col. *a*, ll. 1-11 et p. 2, col. *b*, ll. 1-13, eminet alia et optima manus, eiusdem, si de indiciis quibusdam conicere licet, qui et regimen et correcturam (*E*<sup>2</sup>) totius operis suscepit. Ex ratione partium quae supersunt cum totius operis magnitudine comparatarum apparet partem iam deperditam (i. 28. 2—iv. 30. 14) paene ad amussim septem quaterniones compleuisse; cumque qui sequitur quaternionio littera *I* notatus est, priores septem notas *b* . . . *h* habuisse liquet. Cum igitur quaternionis primi finis tam bene ad hanc rationem ceterarum superstitum quadrat, pro certo habere licet, ut iam supra ex scripturae ratione collegimus, ipsum hunc quaternionem, quamvis, casu aliquo, per .1. non per *a* notatum, partem fuisse aut eiusdem ipsius codicis aut saltem gemelli alicuius in eodem scriptorio eodemque sub magistro eodem tempore ex eodem fonte (uel potius ex eisdem fontibus) deriuati.

Correcturas subiit primum a scriba ipso<sup>1</sup> in sua cuiusque

<sup>1</sup> Vt in Quat. *m*, p. 11, col. *a*, l. 4; p. 14, col. *a*, l. 4.

## PRAEFATIO

parte, saepe post rasuram, eodem quo cetera atramento (*E<sup>1</sup>*) ; tum, ut puto, a magistro scriptorii (*E<sup>2</sup>*) qui atramento simili, paulo tamen minus lucido, calamo autem tenuiore usus est, rasuramque omnino auersatus (e.g. quat. *m*, p. 2, col. *a*, l. 4 (5. 44. 1) ubi scripsit *ego* manus prima tum *aegit* suprascriptis *E<sup>2</sup>*). Posterioris demum aetatis temptamenta (*E<sup>3</sup>*) nigro atramento confecta nihili sunt.

Hoc fragmentum primus, quod sciam, anno 1831 indi-cauit<sup>1</sup> Orelli, inspexit Mauricius Haupt, cuius excerpta (nunquam edita) Hertzio anno 1857 Lib. I-X edenti praesto fuere. Quae inde Hertzius in praefatione sua deprompsit et in summum perpaucā et erroribus plena esse (praecipue quod saepe *E* cum *E<sup>2</sup>* confudit neque usquam *E<sup>1</sup>*, *E<sup>2</sup>*, *E<sup>3</sup>* distinguere conatus est) cum codice ipso inspecto comperisse, ipse omnibus locis fragmēti quoad exstat testimonium hausī, in oppidulo amoenissimo ter commoratus, beneficentiaque Gabrielis Maier Viri Reuerendi Bibliothecae<sup>2</sup> praefecti maxime adiutus.

§ 19. Ex iis quae supra dixi manifestum erit huius codicis (ut et Medicei et plurimorum) scripturae operam per

<sup>1</sup> Teste Hertzio (Praef. p. xxxv) qui citat ‘*Seebodii Nov. Annales* 1. 1831, p. 396’.

<sup>2</sup> In eadem Bibliotheca mihi indicatum est uolumen alterum (365) quo fragmenta uaria manu scripta plurium scriptorum Latinorum iam religiose seruantur, inter quae sex folia codicis saec. XII uel XIII (ut uidetur) partes huius decadis continent. Haec si quis nominanda putet, fort. Fragm. Claustrense uel Klosteriense (*K*) appellat, ut ex monasterii huius quisquiliis tandem erecta. Duas paginas (in Lib. V et IX) accuratius perlegi, inuenique quae tradit a codice Oxoniensi (uel Einsiedlensi) quam proxime abesse. Quae continentur haec sunt:—  
(a) 4. 31. 2 alii uiderentur (*sic*) . . . 34. 1 oppidi signu ex mino (*sic*)  
(b) 4. 48. 10 ab stirpe claudia . . . 51. 5 delenimentum animis.  
(c) 5. 21. 14 dicitur manus . . . 25. 8 ex erario promta.  
(d) 5. 47. 10 reum haud dubium eius . . . 51. 7 gallorum quam gentium.  
(e) 9. 41. 16 quare urbem romanam . . . 44. 11 hostibus signa confert (?).  
(f) 10. 13. 14 agri possiderent . . . 17. 11 [romulea]mque oppug . . .

## PRAEFATIO

quaterniones accurate distributam esse. Plurimi igitur id refert hac diuisione eum cum codicis Oxoniensis exemplari consentire (uide adn. ad 4. 30. 14). Ipse quidem Einsiedlensis, etiam tum cum integer erat, non fuit hoc exemplar (ut ex diuersitatibus non ita paucis duorum codicum apparet), sed huius exemplaris certe germanus frater, ne gemellum dicam. Ambo, e.g., praenomen *C* constanter in *Claudium* conuertunt. Quae uero cognationis ratio (uel rationes) (*a*) Archetypon horum et (*b*) Archetypon codicum *PFUþB* et (*c*) Mediceum et (*d*) Archetypon Harleiani (§ 20) Thuaneique (§ 22) coniungat distineatue, quaestionis materia, ut speramus, collecta, Liuii studiosis quaerendum iam relinquimus.

§ 20. Codex **Harleianus** (*H*, Musei Britannici Harl. 2672; 70b; ‘Harl. primus’ a Drakenborchio ex commentariis Casleii (§ 1) uocatus, saeculi X exeuntis<sup>1</sup>) octo Libros continet quaternionibus XXIII, sed plures quaternionum sena tantum folia habent, ita ut omnino folia CLXXXVIII sint. Ex primae paginae inscriptione patet codicem saeculo XV donatum a Cardinali Nicolao Cusano (ob. 1464) Hospitali suo apud Cusam ad flumen Mosellam in diocesi Treuirensi. Scriptus est lineis per paginam continuis, a pluribus scribis, qui tamen inter se non multum scriptura discrepant; correcturas, nisi primae manus, nullas uel paene nullas uidetur esse perpessus. Saepius quam ceteri huius aetatis codices uoces perperam diuisit, ut *cauis sed eos pro cauisse deos* (3. 10. 14) uel *sinem agno* (8. 38. 7) pro *sine magno*; aliquando autem, ut ad initium Libri IV, scriptura maiuscula non tantum in subscriptione apparet sed per primam lineam libri ipsius continuatur. Hinc elucet codicem ab exemplari unciali non longe abesse (§ 6); uide etiam praincipue adn. nostram ad 8. 37. 12. Errores non nulli

<sup>1</sup> Sic nobis pro certo confirmauerunt uiri clarissimi et in hac re peritissimi E. Maunde Thompson et G. F. Warner.

## PRAEFATIO

perperam audiendo potius quam male legendo uidentur effecti, ut *annensem* pro *Aniensem*, *antiasset* pro *Antias et, peccorum* pro *pecorum* (cf. § 9 ad fin.).

§ 21. Ad originem et cognitionem codicum Nicomacheorum omnium peruestigandam, non aliis codex, credo, nisi fortasse *OE*, pluris quam *H* valuerit. Saepissime enim, saltem in Lib. I–V (ut 1. 9. 6; 1. 33. 2; 2. 47. 5; 3. 44. 5; 4. 17. 4; 5. 24. 9), inter duas partes, hinc *M Vorm.* illinc *PFUþB* (quibus non nunquam etiam *OE* accedunt) sic medius stat ut modo huc modo illuc sed ubique ad ueriorem lectionem inclinet; saepe etiam (ut 1. 20. 4; 2. 23. 13; 3. 41. 1; 4. 16. 3) ipse aut solus uerum tenuit aut (ut 4. 6. 11 et saepius) cum *O*—quae uirtutes omnino maiori scribarum fidei, certe non maiori scientiae, quae minima fuit, tribuendae sunt. Hoc quidem nos semel percepto pluribus in locis ubi utraque lectio per se probari potuit eam elegimus cui Harleianus suffragatur (ut e.g. 4. 15. 8; 5. 28. 12). Ad hanc autem peruestigationem duo Harleiani uitia utilissima sunt; primum quod saepius quam ceteri eiusdem aetatis codices siglum quo scriptorium illud nobile<sup>1</sup> Floriacense -m, uel -n- uel m- ante consonantem aliam, designabat perperam intellexit, in i uel s conuertendo (5. 43. 1 adn.); deinde quod omissions ex homoeographo quod uocant ortae frequentes sunt (in Lib. VI–VIII frequentissimae<sup>2</sup>). Harum pleraque et in Leidensi (§ 28) apparent; unde Madvigius (*Emend<sup>2</sup>.* p. 33) hos duos codices coniungens neque aetatem neque auctoritatem eorum distinxit, quarum utraque iam patet longe eos esse dissimiles.

<sup>1</sup> Cf. praecipue Traube, *Sitzungsber. d. Münchener Akad. (Philos., Philol. u. Hist. Classe)* 1891, Heft 3, p. 425.

<sup>2</sup> Harum aliquot tam graues sunt ut paene suspicionem moueant scribam defetigatum occasiones sic per fraudem minuendi operis sui aliquando ipsum exquisisse (8. 12. 13–14; 7. 31. 9 et 12; 7. 38. 10 39. 1); sed durius iudicare nolimus.

## PRAEFATIO

Hunc codicem totum bis cum Zingerleii editione annis 1901–2 plene contulit Waltersius, quocum in locis difficilioribus, qui in hoc codice sat rari sunt, ipse aliquotiens in initio operis conlaborauit. Haec conlatio cum conlatione per Libros IX et X *F* codicis (§ 14), quamquam ne quarta quidem pars eius in adnotationibus nostris apparat, totum opus nostrum ualde adiuuit cum tot loca in ceteris codicibus peruestiganda illis adiecerit quae iam antea ex Alschefskii Frigellii Häggströmii conlationibus didicimus examinanda esse.

§ 22. Codex *Thuaneus* (*T*, Bibl. Nationalis Parisiensis 5726 Lat., saeculi decimi et quidem primae partis uiro doctissimo Aemilio Chatelanio iudice) lineis continuis in candidissima membrana pulcherrime ab uno tantum, ut uidetur, scriba (*T*) exaratus, nisi quod quae nunc sunt duo folia priora (6. 1–3. 4 *Romano interuenit*) ab altero quodam (*t*) profecta sunt cuius scriptura simillima, ne dicam eadem, est atque illius (*T<sup>2</sup>*) qui correcturam totius operis suscepit. Quaternionibus XXI Libros VI–X continet ultimo tantum folio deperdito quod finem Lib. X post uerba *inuidia est ad plebem* (c. 46. 6) habebat. In primo folio recto inest (uel potius inerat, nam nunc quidem difficillime legitur) VI. 1 usque ad *creat* (§ 8) ubi desiit scriba, eo tantum consilio, id quod recte perspexit Dianu, ut quod supplendum esset tribus paginis continuis (1 *b*, 2 *a*, 2 *b*) nullo spatio uacuo relicto exhiberetur; iterum igitur in fol. 1 uerso c. 1. 1–10 exscribit. Harum trium paginarum auctorem *t* uocabimus, primae uero paginae opus quod idem homo fecit sed postea spreuit siglo (*t*) notabimus. Si ex indiciis quae recte obseruauit Dianu (*op. inf. cit.*, p. 8) judicare licet, aetati paulo (si uel quicquam) inferiori, certe non amplius centum annis, adsignandus est *t* quam *T* ipse.

§ 23. De cognatione huius codicis cum ceteris (cf. § 21) duae res ante omnia ex commentariis alterius nostri Voluminis facile perspicientur. Primum illum cum codicis Har-

## PRAEFATIO

leiani parente artissime coniunctum esse (fort. etiam paene gemellum) ; deinde correctorem illum  $T^2$  mutationes suas ex codice aliquo hausisse qui archetypo  $P^2FB$  codicum simillimus erat.

Codex hic Thuaneus<sup>1</sup> ab inscriptione nominis J(acques) A(uguste) de Thou (1553-1617) vocatus, non nunquam ab I. F. Gronouio citatus (sed uix, ut uidetur, ab ipso inspectus), postea a Riemanno<sup>2</sup> et Frigellio<sup>3</sup> consultus, anno demum 1895 et conlatus et editus est a uiro doctissimo Jean Dianu (*Étude et collation du Ms. 5726 de la Bibl. Nat.*), cuius conlationis rationem nemodum editor Liuui habuit. Huius uero editionis causa codex totus a Waltersio relectus est ; sicubi igitur, quod non nunquam sed raro fit, a lectione quam Dianu praebet adnotatio nostra discrepat, ibi scito, lector beneuole, hoc consulto fieri codice rursus excusso ; id quod non modo non prohibet sed etiam cogit nos grato animo testari quantum et nos et ceteri Liuio studentes acumini et industriae insignis illius conlationis debeamus.

§ 24. Codex **Romanus** (*Rn*, Biblioth. Vaticanae 3329, saeculi XI, eiusque, ut uidetur, medii) a pluribus (ut credo, quattuor) scribis lineis per paginam continuis exaratus, quaternionibus quindecim (sed ultimo quinque tantum foliorum) decem Libros continet ; a correctore sat audaci saeculi XIV multa perpessus est, praecipue in Lib. I, adeo ut multis in locis nihil nisi hae correcturae (*Rn<sup>2</sup>*) iam legi possit. Vbi integer est, codici *L* (§ 28) proximus stat ; omissionibus autem multis, saepe cum *H* (§ 20) paene semper cum *L* communibus, laborat. His de causis postquam ipse anno 1903 partem aliquam codicis perlegi et plures locos Libri I (quos siglo *R* notaui) descripsi, statui longe minus utilem esse

<sup>1</sup> Fuit postea uirorum doctissimorum Pithoei et Colbertii, unde Frigellius Colbertinum pro Thuaneo appellat, uix feliciter.

<sup>2</sup> *Rev. de Philol.* iv (1880) 100 et 159.

<sup>3</sup> *Primae Dec. emendandae ratio*, Upsaliae, 1875.

## PRAEFATIO

quam aut *D* aut *L* aut etiam *A*. Quamquam igitur quae Frigellius colligit (quae siglo *Rn* denotauimus) non neglegenda uidebantur, plura colligere supersedi; nisi quod in Lib. IV ubi per multa capita (21. 5—50. 4) deficiunt *FB*, lectiones Romani (*R*) addidit<sup>1</sup> Waltersius, uix semel a lectionibus Leidensis discrepantes. Ex Frigellii autem conlatione confiteri necesse est multa in dubio reicta esse. Quandocumque enim aut (ut 2. 59. 7; 3. 13. 2) plura de ceteris codd., de *Rn* nihil tradit, aut, quod saepius fit, ex silentio eius patet discrepantias aliorum codicum (ut uel *M* uel *P* uel *F*) ab eo non obseruatas<sup>2</sup> esse, aut, quod rarius est, plane id quod non est de his tradit (ut 2. 47. 7; 3. 51. 4; 3. 67. 9), ibi de Romano quoque silentium eius pro testimonio habere periculosum est.

§ 25. Codex **Dominicanus** (*D*, olim in Monasterio Dominicanu S. Marci Florentiae, nunc in Bibl. Laurentiana ‘Cod S. Marci 326’, saeculi XI uel XII) quaternionibus XXVIII Libros X continet, lineis per paginam continuis, a tribus saltem scribis exaratus, quorum uetustissima manus illius est qui quatt. XVI–XX p. 12 (5. 39. 3 *exploratoribus missis* usque ad *dimicandi facta est uolscorum* (sic) 7. 27. 6–7). Huius in scriptura antiquae aliquot formae, praecipue *¶* pro *rt*, saeculum decimum (ne dicam nonum) reuocant; sed quoniam comites eius scripturam multis modis recentiorem quam ceteri codices quos adhuc commemorauit exhibent, uix ante annum 1100 hunc codicem scriptum esse credendum est.

§ 26. Correctus est *D*, nec male, et a librario ipso (*D<sup>1</sup>*) et a tribus postea scribis qui sui quisque atramenti colore dignos-

<sup>1</sup> Vide sis adn. ad 4. 21. 5.

<sup>2</sup> Multa huius rei exempla in adnotatione reperies ubicumque in Lib. I–III de *Rn* siletur; horum satis erit hic referre: 1. 1. 7; 2. 14. 1–3; 2. 53. 3–4; 2. 57. 2; 2. 59. 9; 2. 61. 3; 3. 2. 12; 3. 6. 3 (*contagio*); 3. 20. 6; 3. 25. 1; 3. 33. 10. Quae supra dicta sunt (§ 2) conferas precor.

## PRAEFATIO

cuntur; *D<sup>1</sup>* paucissima mutauit; fort. tamen supplementum<sup>1</sup> in 3. 69. 3, et prior correctura in 4. 58. 12 illi potius quam *D<sup>2</sup>* tribuenda sunt. *D<sup>2</sup>* ille uocandus est qui correctionem in summa pagina ad 1. 2. 1 scripsit, atramento admodum pallido, litteris formae non minus antiquae quam quibus usus est scriba quatt. XVI–XX. *D<sup>2</sup>* pauca tantum correxit; appetet tamen ex adnn. ad 1. 2. 1; 1. 5. 1; 1. 47. 6 eum alium fuisse a scriba primario; etiam clarius patet, e.g. ex adn. ad 1. 5. 1, alium fuisse a *D<sup>3</sup>*. Hic enim atramento usus quod etiam nunc nigerrimum est ubi plenus fuit calamus, subrubicidum ubi minus plenus, plurima (et saepe optime) mutauit, codicem aliquem archetypo codicum *P<sup>2</sup>FB* simillimum secutus. Nihil omnino uidi cur *D<sup>3</sup>* aetati ullo modo recentiori adsignemus quam scribas codicis primarios, quorum et ipse unus fuisse potest; praesertim si *D<sup>2</sup>* illum, pertenuem sane et euanescentem personam, cum scriba uetusto quatt. XVI–XX eundem esse statuas. Quicumque fuit, auctoritatem eius tu cito, nisi fallor, lector aequissime, adduceris ut non parui aestimes. Eo igitur impensior sit cura ut a *D<sup>4</sup>* distinguat, correctore non adeo imperito sed audacia saeculi sui (decimi quarti) propria fortasse nimis instincto. Hic etiam atramento sat nigro utebatur, sed semper (ubi noua scripsit) subuirescenti. Notas marginales ille ad 5. 52. 8 et 6. 2. 12 adpinxit transpositionem aliquot foliorum exemplaris codicum *D* (et *L*) corrigentes, in quibus et atramenti et scripturae genus perfacile cognosci potest; nec minus facile ad 5. 5. 8 et 5. 51. 1 inter *D<sup>3</sup>* et *D<sup>4</sup>* distinguas. Ad 4. 17. 4 *in errorem* mutauit *D<sup>4</sup>* in *in horrorem*, ubi *h*-litteram ab eo profectam esse patet; in iis uero quae rescripsit (*-rrorem*) atramenta duo omnino iam coaluerunt. Calamo tenui usus est, siglumque quod *caret* uocamus (Λ) infra lineam forma subtilissima

<sup>1</sup> In hoc supplemento *moriturum* in *meriturum* correxit *D<sup>3</sup>*.

## PRAEFATIO

addere solet. Et *D<sup>3</sup>* et *D<sup>4</sup>* correcturas suas perficere amant litteris proximis rescriptis ; igitur sicubi nihil mutatum est nisi per rasuram, correcturam *D<sup>2</sup>* (uel in maxime dubiis *D<sup>x</sup>*) adsignauit. Ab his omnibus *D<sup>5</sup>* alias est, qui pauca tantum, manu etiam recentiore sed atramento pallido, inculcauit (ut omissa ad 1. 7. 12), litteraeque *i* apicem (<sup>1</sup>) addere gaudebat. Hos omnes Hertzius<sup>1</sup> et Frigellius (nisi ubi cum *D* ipso confuderunt) *D<sup>2</sup>* appellare satis esse duxerunt ; neque omnino ullum codicem noui de quo plura perhibeantur quae non sint.

§ 27. Huius codicis *D* auctoritas praecipua est non eo solum quod per totam Decadem integer mansit cum *H* octo, *A* uix octo, *T* quinque solum Libros praebeat, neque eo quod foedis omissionibus codicum *HRnL* plerumque liber est, sed ante omnia quia, ut nobis saltem uidetur, familiam illam quam Cisalpinam Frigellius uocat (*RnDL*, quibus etiam *A* adiungendus est) ob lectionum suarum praestantiam facile dicit, quamquam aetate codex *Rn* fortasse paullo superior est. Hoc facile perspicietur si ii loci numerantur in quibus *D* aut solus ueram lectionem seruauit (ut 1. 56. 4; 3. 23. 3 (*D<sup>1</sup>*); 3. 64. 2; 3. 67. 2; 4. 22. 2) aut solus clara eius uestigia (ut 1. 54. 9; 3. 16. 4; 3. 17. 3; 3. 25. 9; 3. 54. 13; 4. 23. 3; 5. 4. 13), aut ii, sane frequentissimi (e. g. 1. 56. 9; 2. 12. 8; 3. 56. 12) ubi errores codicum *HRnL* feliciter deuitauit. Accedit *D<sup>3</sup>* correctoris opera haud spernenda. Haec cum ipse sero demum plenius intellexisset, preli operam anno 1912 interrupi Florentiamque iam septimum redii ut et codicis lectionem omnibus locis per quinque priores Libros describerem manusque correctorum per totum codicem diligenter obseruarem. Libros VI-X legit Waltersius, sed in pluribus partibus totius Decadis conlaborauimus.

<sup>1</sup> Hertzius quidem codicem (quem *F* uocat) non uidit, sed lectiones sibi a Keilio communicatas in editione sua 1857 tradidit. Prius a Gronovio adhibitus, a Keilio (*Philologus*, i. 182) laudatus erat.

## PRAEFATIO

§ 28. Codex **Leidensis** (*L*, Bibliothecae Vniuersitatis Leidensis 6 A, saeculi XII ineuntis) lineis per paginam continuis a duobus saltem librariis nitide scriptus quaternionibus XIII Decadem totam continet, omissionibus tamen frequentibus laborat quarum multas cum *H* (§ 20), plerasque cum *Rn* (§ 24) communes habet. Correcturas, nisi fallimur, nullas nisi primae manus<sup>1</sup> habet, qua in re cognato suo codice *Rn* longe felicior fuit. Magnum nomen, neque imerito, tum adeptus est cum ipse a Drakenborchio conlatus editionis eius in hac Decade maximum lumen exstitit, ceteri uero eiusdem familae (*TDRnA*) aut ignoti adhuc manebant aut indiligerter tantum inspecti. Hanc ob causam eum cum *M* et *P* delegit Mommsenius quem cum fragmentis Veronensibus (§ 7) compararet. Hunc codicem anno 1908 rogatu nostro summa cum cura excussit Dobsonius omnibus in locis ubi id temporis discrepantiam ullius momenti aliorum codicum obseruauimus, lectiones Drakenborchii sat multis<sup>2</sup> in locis corrigens, in compluribus nouas suppeditando, amplius quattuor mensibus primum Luguduni Batauorum tum Mancunii huic operi impensis. Postea uero cum aliquantum per quattuor annos creuissent desideria nostra, codice a bibliothecario clarissimo S. G. de Vries Vniuersitati Mancuniensi iterum commodato, locos reliquos,<sup>3</sup> adiuuante Kydio, descripsi. Indolem codicis cum *H* et *T* comparati plene et

<sup>1</sup> Speramus in adnotatione has semper per siglum *L*<sup>1</sup> iam denotatas esse; sicubi tamen per infortunium *L*<sup>2</sup> delituit, ueniam precati, lector beneuole, in *L*<sup>1</sup> mutes oramus.

<sup>2</sup> Circa septuaginta.

<sup>3</sup> Praeter uiginti aliquot quos amico doctissimo P. I. Enkio, Propertii amantibus bene noto, Gymnasii Leidensis paeceptor, Vniuersitatis Mancuniensis Socio Honorario, nuper exscriptos debemus. In non nullis locis codicum Medicei et Dominicanici, quae his ultimis diebus desiderari repperi, similem beneuolentiam exhibuit amicus Walterus Ashburner, Legis Rhodiae Maritimae editor clarissimus.

## PRAEFATIO

acutissime inlustrauit Dobsonius apud *Class. Quarterly* iv (1910), 38.

§ 29. Codex **Agenensis**<sup>1</sup> (*A* et *a*, Musei Britannici Harl. 2493, saeculi XIII et XIV), a Luchsio Libros XXVI–XXX edente tribus in locis<sup>2</sup> adhibitus, quod ad hanc Decadem attinet prorsus neglectus iacebat donec anno 1904 Waltersius apud *Class. Rev.* (xviii, p. 392) mecum laudauit et huius editionis causa omnibus locis comparauit. Incipit a 3. 55. 6 *ipsis quoque tribunis*, desinit in 38. 24. 11 *facinoris decus ad ultimum*. Folia 313 habet quorum 1–92 primae Decadis Libros continent; 1–18 (3. 55. 6—5. 21. 17 *consumptus. Postero die*) manu saeculi XIII, omissis tamen 4. 55. 3 *iam ut inter plebeios usque ad 5. 12. 5 et GN. Cornelio*, quae omnia in foliis 19–22 suppleta sunt manu saeculi XIV. Pergunt inde folia 23–220 manibus pluribus sed omnibus saeculi XIII a 5. 21. 17 ad finem Decadis tertiae, omissis tamen (cum Puteaneo) a 26. 41. 18 *nunc di immortales* ad 26. 43. 9 *imminet Africa*, et a 27. 2. 12 *quam magna* ad 27. 3. 7 *Atellam*, quae omnia ex fonte Spirensi in fol. 221 suppeditauit<sup>3</sup> manus saec. XIV, quo saeculo etiam quae sequuntur conscripta sunt. Manum foliorum 19–22 (4. 55. 3—5. 12. 5) per siglum *a* denotamus.

Cum familia ‘Cisalpina’ (*RnDL*) certe cohaeret *A*, pro prius tamen cum *D* quam cum ceteris, et omissionibus codicis Leidensis plerumque liber est. *A*<sup>2</sup> corrector (saeculi XIII ut uidetur) aut a Mediceo aut a codice aliquo Medicei gemello hausit. Virtutes huius codicis (i. e. uetustiorum

<sup>1</sup> Ex monasterio ad Agen prope Ligerim flumen sito.

<sup>2</sup> [Scilicet in locis Lib. 26 et 27 infra memoratis; praeterea uariantes scripturas ab 30. 41. 6 ad finem Libri descriptsit (*T. Liui XXVI–XXX*, Berol. 1879; ubi uide *Prolegomena*, p. xxxxi). Re uera sunt multae aliae correctiones ex Spirensi fonte ortae per omnes libros XXVI–XXX quas nuper descriptsit. C. F. W.]

<sup>3</sup> Cf. adn. praecedentem.

## PRAEFATIO

eius partium) in *Cl. Rev.* l. supra cit. pluribus indicauimus; hic exempli causa ad 3. 64. 1; 3. 72. 2-4; 4. 21. 10; 4. 25. 2; 4. 40. 3; 4. 44. 10; 5. 28. 5; 9. 8. 2; 9. 19. 7; 9. 31. 6 lectorem referre sufficiet.

§ 30. Restat iam solum ut de rationibus quas in textu constituendo secuti sumus pauca commemorem. Primum, quod in re **orthographica** instituta Buckii, quae summo ille et labore et acumine constabiliuit,<sup>1</sup> amplexi sumus; nisi ubi aliquid dubii restare uidebatur, quibus in locis codicum testimonia et collegimus<sup>2</sup> et pro facultate nostra aestimauimus. Nam id paene solum inter tot difficultates, praesertim in Compositis (*allatus, conlatus, allicere, perlicere*, cet.), constat unam quamque uocem per se obseruandam esse. Buckio obtemperantes *impendeo, immensus*, cet., recte, ut credo, scripsimus; fatendum est tamen in codd. melioribus saepius paene *inp-* et *imm-* quam *imp-* et *imm-* (plene scripta) repe- riri; iisdem tamen testibus saepius *conpono* (ne *Ponponius* 5. 29. 6. adferam) scribere coacti essemus, quod uix probari poterit. *Volturnus, Volsci, uolqus, uolnus, tenemus*, quamquam saepe in nominibus propriis, constanter paene in communibus, codices *uul-* scribunt. Sed satis multa sunt antiquioris scripturae exempla et in codd. nostris (ut 4. 27. 10 *uolgatae M*, 4. 58. 13 *uolnera F*) et praecipue in Puteaneo Decadis tertiae (e.g. 24. 19. 6; 27. 11. 4-5; 27. 33. 6) ut

<sup>1</sup> *Classical Review*, xiii (1899), p. 116 et 156; Hale and Buck, *Latin Grammar* (Boston, 1903), p. 24.

<sup>2</sup> Praecipua sunt:

<i>aedis</i> (nom.) 2. 21. 2	<i>detractare</i> 2. 43. 3
<i>afluo</i> 3. 26. 7	<i>magnopere</i> 1. 17. 1; 9. 33. 8
<i>allicere</i> 6. 11. 7	<i>mensum</i> (gen. pl.) 9. 33. 6
<i>perlicere</i> 3. 44. 4	<i>promisce</i> } 3. 47. 7
<i>arripere</i> 2. 23. 15	<i>promiscuus</i> } 3. 47. 7
<i>cotidie</i> }	<i>querella</i> Praef. 12
<i>cotidianus</i> }	<i>reciperare</i> 1. 12. 1
<i>derigere</i> 2. 49. 11	<i>uincla, uincula</i> 4. 26. 9

## PRAEFATIO

ueri simile uideatur formam certe Ciceronianam etiam a Liuio retentam fuisse sed a librariis aetatis suae normae obtemperantibus mutatam fuisse. Similem rationem in casu Accus. pluralis (*-is, -es*) si secuti essemus, constanter *-is* in Acc. scripsissemus ubi Genetiuus in *-ium* desinit, quoniam in Puteaneo *-is* frequens est, neque in nostris adeo rarum (5. 4. 14; 9. 14. 14); ad hoc uero, cum Augustus ipse in Mon. Ancyrano (*inferentis, omnis: aedes, fines*) ambabus formis usus sit, nobis sane defecit audacia; igitur *-es* semper ponere contenti fuimus. Ex adnn. ad 1. 41 1 et 4. 13. 12 (*obiecerent*) probabile saltem est Liuium non *eicit, obicit*, cet., quae in optimis codd. constanter sic scribuntur, sed *eicit, obicit* scripsisse; sed cum codicibus errare quam tot minus certa, quamuis optima, in textum ubique uiolenter inferre maluimus. Cum Madvigio *di<sup>1</sup>* scripsimus, quamquam in codd. *dii* longe frequentius est, *dei* haudquaquam ignotum (8. 9. 8; 8. 10. 7; 28. 11. 7 *Put.*; 28. 12. 4 *Put.*). *temptare* quod codices constanter tuentur tandem contra maleuolos uindicauerunt Whartonius et Brugmannus,<sup>2</sup> comparando Lith. *tempiù*, ‘dgitis exerior’. In genetiis nominum priorum, uelut *Manli*, uetustiorem formam, in communium, uelut *negotii*, recentiorem, secundum Augusteae aetatis normam scripsimus; similiter (ut Augustus ipse) *nunquam* sed *quotienscumque* etc.

§ 31. De sententiis interpungendis pauca commemoranda sunt.

(a) Siglum: ad tria tantum denotanda adhibuimus, scilicet (1) in Asyndeto quod uocant Aduersatio (Angl. ‘coupling contrast’), ut in 1. 9. 11. (2) in Asyndeto Exegetico, ut in 2. 6. 6; (3) ante Orationem Obliquam,

<sup>1</sup> De *dis, diis* cf. 4. 15. 7 adn.

<sup>2</sup> *Etyma Latina* 104; *Grundriss der vergleichenden Sprachwissenschaft* i (Ed. 2), p. 370.

## PRAEFATIO

ut in 5. 50. 1-2, uel Rectam sine uerbo incipientem ut 5. 9. 5.

(b) In Oratione Obliqua sententias sine littera capitali incepimus; finemque orationis paulo largiore spatio (ut in 5. 39. 12-13) a sequentibus distinximus. Haec tironibus concessa speramus a doctioribus non spretum iri.

(c) Lemmata adnotationibus sic adposuimus ut in contextu ipso uoces expressae sunt: e.g. 5. 1. 6 *Gens MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>* . . . : *genis B*: *genus PFE* sic stat quia *Gens* sententiam in contextu incipit. Noli tamen tibi ideo fingere litteram capitalem in *MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>* cet. apparere. Capitalium et siglorum interpunktionis in codd. usus tam uarius et incertus est ut plerumque (cf. tamen § 33 g infra) omnino neglegendum sit, nisi sicubi aliqua de causa errores quos in diuisione uerborum exhibent codices obseruandi sunt.

(d) Virgularum siluolam qua Madvigius Liuium castigare gaudebat, et post eum doctorum plerique<sup>1</sup> hodiernum prelorum Borussicorum morem Latinis litteris adplicantes, sat solidis de causis auersati sumus. Periodorum enim Liuianarum structurae paene semper aliena, aliquando, quod parum uiri docti obseruauerunt, prorsus inimica est. In 5. 5. 3 uoces *cum sua amiserint* non plus cum insequenti clausula quam cum duobus praecedentibus cohaerent; in 5. 33. 6 uirgula post *incolebant* posita, qua scilicet clarissimi finiatur clausula relativa, uox *saepe* omni significatione priuatur. Quid quod in 9. 13. 11 Madvigius codicum meliorum lectionem reiciebat eo quod ‘*uacuus per agros* nihil est’? Hoc tamen uirgulae editorum sic separauerunt, non Liuius, qui uno (et lacteo) tenore scripsit: *obsidione delegata in curam collegae uacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat*. Sententiam tam apte et lucide compactam uirgulis inquinare paene impudentis est.

<sup>1</sup> Paulo minus quam ceteri hac in re peccat Zingerleius.

## PRAEFATIO

§ 32. Vt tandem de rebus paulo maioris momenti loquamur, quid in uniuersum de textus huius Decadis condicione sentiamus apud *Classical Quarterly* (iv et v, *Restorations and Emendations in Livy I-V*) cum iam latius docuerimus, rem hic breuiter praefinire licet. Pauci si uel unus scriptorum Latinorum tot doctorum temptamina attraxere, cum iam per multos annos pro re certa atque ubique cognita habitum esse uideatur textum eius tam corruptum fuisse ut uix ulla sententia correctionis non indigeret. Horum tamen temptaminum longe maxima pars nemini (nisi auctori suo quodque) placuere; ualetque etiam nunc ut summum in dubiis consilium, grauissimum illud Drakenborchianum *Nihil muto*. Vt enim ille saeculo suo innumeras in hanc Decadem prolusiones non quidem semper refellere sed transcendere potuit duobus tantum melioris notae codicibus (*H* et *L*) fretus; sic certissime hodie, octo aliis cum palimpsesto Veronensi plene cognitis, oportet adseuerare, sicubi codicum lectio displiceat, remedium in codicibus ipsis quaerendum esse. Esto enim eos erroribus scatere ut ab hominibus imperitis noni uel decimi saeculi exaratos; at contra nos saltem hoc adfirmare audemus, paucissimos esse locos, uix decem fortasse in his quinque Libris, ubi in nullo codice uestigia superfuerint aut manifeste uerae aut certe probandae lectionis, lectionisque talis ut, si pro uera habeatur, statim intellegatur quomodo inde enata sit ipsa in codicibus uariatio. Quid enim quod primae Liuii uoces (*Praef.* 1) quas ex Quintiliano diu notum est in codd. nostris male ordinatas esse, iam ex Oxoniensi apparent in archetypo Nicomacheano recto ordine olim stetisse? Quid quod miram in 2. 43. 5 nominum confusionem (quam Liuius ipsis tribuere ne Madvigium<sup>1</sup> quidem pudebat) iam ex Medicei uestigiis patet per transpositionem in codicibus exortam

<sup>1</sup> De aliis ‘Liuii erroribus’ uide 1. 46. 9; 4. 30. 4 et 13 adnn.

## PRAEFATIO

esse? De ambitione uero nimis frequenti historicorum nostrae aetatis ipsa studii sui fundamenta conuellere temptantium in adn. ad 2. 10. 6 satis diximus.

§ 33. Nec tamen sic loqui uelimus quasi frustra fuissent tot doctorum conatus; immo, paene semper difficultatem aliquam indicauerunt emendatores locumque ipsum uel loquendi usum pleniore inlustratione<sup>1</sup> indigere; saepe etiam dubitationem mouerunt<sup>2</sup> unde codices non sine fructu perquisiti sint; nec paucos locos reperies ubi coniectura aliqua ex codicum id temporis notorum uestigiis fideliter tracta aut a codice alio postea feliciter confirmata sit, aut per se ipsa tam probabilis fuerit ut omnes eam libenter amplexi sint, uelut praeclarum illud Madvigianum *sperneres* (2. 49. 4). Operae igitur pretium erit hic enumerare signa aliquot in codicibus turbatae lectionis quae a uiris doctis aut omnino adhuc neglecta aut parum obseruata, saepe nobis, ut credimus, ducum instar fuerunt ad erroris sedem, cuius notitia prima condicio est ueritatis reperiendae. Horum unius cuiusque exempla in adn. infra citata collecta sunt.

(a) Difficultatis in exemplari suo conscius scriba scrupulos suos saepe prodit uel signum ambiguum summa cum cura imitando; 1. 7. 5 adn.,

uel (b) signum ambiguum primum omittendo, deinde, adito uel scriptorii magistro, uel fortasse codice alio, uel excusso rursus exemplari ipso, quod id sibi uelle iam credidit inserendo loco suo (litterae sic insertae pleniore calamo solent esse scriptae non solum quam praecedentia sed quam sequentia); 1. 41. 4 adn.,

uel (c) signum ambiguum omittendo neque postea quicquam addendo: 3. 41. 8 adn.;

<sup>1</sup> Vt in 4. 20. 8, ubi quid uoluerit apud Liuium uox *error* plures (et clarissimi) ignorauerunt.

<sup>2</sup> Vt e. g. in 1. 25. 10.

## PRAEFATIO

(d) Vbi quid transponendum esse aut ipse, aut exemplaris scriptor, credidit, saepe siglum aliquod in contextu positum est, quod saepe postea lector aliquis erasit: 1. 43. 11 adn.

(e) Vbi quid ex margine sumptum est, saepe uel punctum tantum addidit: 2. 32. 10 adn.,

uel (f) siglum aliud aliquod; 1. 43. 11 adn.,

uel (g) capitali littera additamentum incepit, uel maioribus totum litteris scripsit: 1. 49. 7 adn.,

uel (h) cum uoce aliqua locum clausulae prius omissae indicante (Angl. ‘peg-word’, Germ. ‘Stichwort’) iam uero perperam (et saepe alieno loco) repetita: 4. 7. 10 adn. (cf. Brinkmann, *Rhein. Mus.* 57 (1902), p. 481),

uel (i) duo librarii idem additamentum ex margine alias alio loco inseruerunt: *Praef.* 5 adn.<sup>1</sup>

(k) Saepe autem in his codicibus perperam intellectum est Floriacense illud ‘pro nasali (quam uocant) siglum, adeo ut pro -m uel -n- scribatur uel i uel s (f): 5. 43. 1 adn.

Horum in plerisque illud ante omnia ualet: ubi haesit librarius, ibi et nos haesitare debemus.

§ 34. Hoc autem semel posito, codicum testimonia quam fidelissime obseruanda esse, restat nihilo leuius, fortasse etiam grauius, editoris officium ubi testimonia uariant eligendi, ubi deprauata sunt, uestigia eorum interpretandi. Huic officio se ubique satis fecisse, quis mortalium sperauerit? Sensimus tamen ego et Waltersius saepissime quanto plus duorum quam unius ualeat iudicium, praesertim in erroribus deuitandis; sensimus etiam Wilhelmi Lendrum impensam benevolentiam qui scidas typographicas totas amicissime perlegit multisque in locis exquisita sua et Liuii et Latinitatis scientia commentarios nostros purgauit. Nec non grates plurimas deferimus correctori acerrimo huius preli qui, praecipue in locorum citatorum numeris purgandis,

<sup>1</sup> Hic et in adn. ad 4. 58. 13 addendum fuit 10. 13. 10.

## PRAEFATIO

optatissimum mihi auxilium tulit. Si uero nobis concessum erit iudicio nostro immortalis Patauni opus per hanc partem ab aliquot saltem mendis saeculorum contagione contractis liberasse, magnopere gaudebimus; gaudebimus etiam uehementius si materiam ubique talis iudicii ab aliis Liuii amantibus utendam uisi erimus quam plenissime collegisse. Nunquam certe hoc uitae spatium peregisse cogitatione intima atque studiis perpetuis coniunctos cum ingenio uere Romano, cum anima si quae alia inter antiquos uel inter hodiernos candidissima atque humanissima nos pigebit.

R. S. CONWAY.

*Dabam Mancunio  
Id. Maiis 1914.*

## S I G L A

- M** = Mediceus, saec. X uel XI (*Praef.* § 9)  
**P** = Parisiensis, saec. X (*Pr.* § 13)  
**F** = Floriacensis, saec. IX (*Pr.* § 14)  
**B (et Ba)** = Bambergensis, saec. X uel XI (*Pr.* § 16)  
**O** = Oxoniensis, saec. XI (*Pr.* § 17)  
**E** = Einsiedlensis, saec. X (*Pr.* § 18)  
**H** = Harleianus prior, saec. X (*Pr.* § 20)  
**R (et Rn)** = Romanus, saec. XI (*Pr.* § 24)  
**D** = Dominicanus, saec. XI uel XII (*Pr.* § 25)  
**L** = Leidensis, saec. XII (*Pr.* § 28)  
**A** = Agenensis, saec. XIII  
**a** = eiusdem pars recentior (saec. XIV) } (*Pr.* § 29)
- M** = codicis Medicei manus prima  
**M<sup>1</sup>** = codicis Medicei lectio a prima manu ipsa mutata  
**M<sup>2</sup>** = codicis Medicei manus secunda  
**M<sup>x</sup>** = codicis Medicei lectio a scriba aliquo mutata quem diserte  
     distinguere non licet  
 Similiter **P**, **P<sup>1</sup>**, **P<sup>2</sup>**, **P<sup>x</sup>**, et in ceteris.  
 Vna tantum littera codex nominatus (ut **M**, **D**, **L**) lectionem  
 indicat a nobis huius editionis causa obseruatam. Plures lit-  
 terae indicant lectionem priorum alicuius fidei debitam, scilicet :  
**Vorm.** = Vormatiensis      teste Rhenano (*Pr.* § 12)  
**Ver.** = Veronensis      teste Mommsenio (*Pr.* § 7)  
**Ba** = Bambergensis      teste Heerwagenio (*Pr.* § 16)  
**Rn** = Romanus      teste Frigellio (*Pr.* (§ 24)  
**Up** = Upsaliensis saec. XI teste Häggströmio (*Pr.* § 15)  
**up** = eiusdem pars recentior (saec. XIV)  
**Ald.** = Editio Aldina, Ven. 1518  
**Ald.<sup>e</sup>** = lectio in eiusdem editionis Erratis commendata  
 | indicat finem lineae in codice (e.g. ad 2. 24. 6)  
 < > includunt supplementa textui quae credimus necessaria sed  
     quae omnibus codicibus absunt  
 [ ] includunt additamenta textui quae reicienda esse censemus  
     sed quae pluribus uel omnibus codicibus insunt  
 † indicat locum corruptum cuius de medela nobis non liquet

T. LIVI  
AB VRBE CONDITA  
PRAEFATIO

FACTVRVSNE operaे pretium sim si a primordio urbis res populi Romani perscripserim nec satis scio nec, si sciam, dicere ausim, quippe qui cum ueterem tum uolgatam esse rem uideam, dum noui semp̄r scriptores aut in rebus certius aliquid allatuos se aut scribendi arte rudem uetustatem superatuos credunt. Vtcumque erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro uirili parte et ipsum consuluisse; et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum me

*Inscriptio.* Titi Liui ab urbe condita Lib. I *MPFU<sup>p</sup>* dett. (sed add. huius praefatio *M*): add. primae decadis (*ante Lib. I*) *Up*: Incip̄ prefatio Titi Liui In Libris antiquitatum Ab urbe condita *O*: silent EH: Titi Liui Libri numero X *DL* (sed in *L* Liui): in subscriptionibus ad finem singulorum Librorum idem nomen (Ab urbe condita) paene semper exhibetur, uide adnn. ad locc.

i operaे pretium sim *Sabellicus ex Quintil.* 9. 4. 74 : sim operaе pretium *MPFU<sup>p</sup>BaOEHRnDL*, sed in *O* inter sim et operę interposta est clausula si a primordio ... perscripserim ex loco suo translata; tamen supra et si et operę siglum .|. addidit ille qui titulum Libri minio rubricauit. Hoc autem siglo in hoc codice notantur glossemata, e. g. paulo infra supra uocem rudem stat .|. ignaram. Hinc eluet turbati ordinis origo; scil. in archetypo exciderat sim ante si, sed postea in margine, cum nota aliqua locum omissionis indicante, suppletum est. Tum in describendo archetypo scribarum plerique neglecta hac nota sim post facturusne inserebant: unus autem religiosior notam plene in marginem suum rettulit, proximas uoces si a ... perscripserim addens solito loci indicandi more cuius hic uestigia in *O* adhuc exstant; cf. adnn. ad I. 23. 3; 2. 61. 3; 4. 2. 12; 4. 7. 10; 10. 13. 13 3 et ipsum *M?* *PFU<sup>p</sup>BOEHRDL*: sed supra lineam add. 1-me *O* prima manu: me ipsum *M?* *R<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* dett.: et me ipsum *M<sup>3</sup>* sit *PFU<sup>p</sup>BaOEHRDL* Edd. *Rom.* 1469 et 1470: est *M* Edd. uet. aliq. eorum me *MPFU<sup>p</sup>Ba*: eorum meo *M<sup>2</sup>*: eorum *OEHRDL*: me ante consoler ponunt *M<sup>3</sup>* dett. aliq. Edd. uet. aliq., unde eorum, meo qui nomini officient, me *Gron.*, quem secutus ne Earle quidem (*Mnemosyn.* 1905. 80) nobis persuadet

## TITI LIVI


- 4 qui nomini officent meo consoler. Res est praeterea et immensi operis, ut quae supra septingentesimum annum repetatur et quae ab exiguis profecta initiis eo creuerit ut iam magnitudine laboret sua ; et legentium plerisque haud dubito quin primae origines proximaque originibus minus praebitura uoluptatis sint, festinantibus ad haec noua quibus iam pridem 5 praeualentis populi uires se ipsae conficiunt : ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum quae nostra tot per annos uidit aetas, tantisper certe dum prisca [tota] illa mente repeto, auertam, omnis expers curae quae scribentis animum, etsi non flectere a uero, sollicitum tamen efficere posset.
- 6 Quae ante conditam condendamue urbem poeticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec adfirmare nec refellere in animo est.
- 7 Datur haec uenia antiquitati ut miscendo humanā diuinis primordia urbium augstiora faciat ; et si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, ea belli gloria est populo Romano ut cum suū conditoris que sui parentē Martem potissimum ferat, tam et hoc gentes humanae patientur aequo animo quam imperium 8 patiuntur. Sed haec et his similia utcumque animaduersa aut existimata erunt haud in magno equidem ponam dis-
- 9 crimine : ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae uita, qui mores fuerint, per quos uiros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit ; labente deinde paulatim disciplina uelut desidentes primo

5 tota illa *MPFBaOE*: illa tota *UpHRDL*: tota *seclusi ut uel glossema ad mente uel fortuito ex tot repetitum*; *ordinis uariatio interpolationem prodit, ut saepissime* (e.g. 5. 41. 4; uide etiam 2. 7. 7; 2. 18. 2; 2. 45. 13; 3. 64. 7; 4. 56. 13; 5. 31. 2; 5. 33. 3; 6. 1. 1 et 2; 7. 32. 2; 7. 33. 5) posset *MPFU<sub>p</sub>BaOEHRLD*: possit *R<sup>2</sup>* dett. *aliq. Ald.* 9 quibusque *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL*: quibus *OE* fort. recte labente *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL*: labante *Gron.* (cf. 7. 15. 4; 36. 6. 2) fort. recte, sed cf. 3. 40. 8 et 4. 38. 2 cum adm. desidentes dett. unus, *Philelfus* 1480: dissidentis *M*: dissidentis *PFBaOEHRLD*: dissidentes *M<sup>2</sup>Up*

## PRAEFATIO

mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec ad haec tempora quibus nec uitia nostra nec remedia pati possumus, peruentum est. Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in inlustri posita monumento intueri; inde tibi tuaeque rei publicae quod imitare capias, inde foedum inceptu foedum exitu quod uites. Ceterum aut me amor negotii suscepti fallit, aut nulla unquam res publica nec maior nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit, nec in quam [ciuitatem] tam serae auaritia luxuriaque immigrauerint, nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniae honos fuerit. Adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat: nuper diuitiae auaritiam et abundantes uoluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia inuexere. Sed querellae, ne tum quidem gratae futurae cum forsitan necessariae erunt, ab initio certe tantae ordiendae rei absint: cum bonis potius ominibus uotisque et precationibus deorum dearumque, si, ut poetis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tantum operis successus prosperos darent.

11 ciuitatem *MPFU<sup>p</sup>BOE<sup>2</sup>HRnDL*: ciuitati *E*: seclusit *Ed. Rom.*  
 1470, *Edd. uet. alii, nuperque Novák* serae (*uel -re*) *MHRnDL*  
 dett. *Ald.*: sera *PFUpBaOE*: sero dett. *aliqu.* 12 querellae]  
 sic hic et quinquiens alibi (1. 10. 1; 1. 59. 4; 2. 35. 6; 3. 1. 5; 3. 25. 8)  
 M constanter; sic P (*nisi in* 3. 1. 5), L (*nisi in* 1. 10. 1), H (*nisi in*  
 1. 10. 1; 2. 35. 6; 3. 1. 5): contra FB -ll- hic solum, D in 1. 10. 1  
 solum, -ela *UpOE* constanter praebent. Non dubitandum est quin  
 Luius -ll- scripserit. Sic recte iusserunt Lachmann (*ad Lucr. 3. 1015*)  
 et Munro (*ad eundem 1. 39*); quamquam de origine horum in -lla  
 desinentium nominum nondum liquet. 13 tantum *MPFU<sup>p</sup>BaO*  
*EHRDL*: tanti *M<sup>3</sup>R<sup>2</sup>* dett. *Ald.*



T. LIVI  
AB VRBE CONDITA  
LIBER I

IAM primum omnium satis constat Troiā captā in ceteros 1  
saeuitum esse Trojanos, duobus, Aeneae Antenorique, et ue-  
tusti iure hospitii et quia pacis reddendaeque Helenae semper 2  
auctores fuerant, omne ius belli Achiuos abstinuisse; casibus 3  
deinde uariis Antenorem cum multitudine Enetum, qui sedi-  
tione ex Paphlagonia pulsi et sedes et ducem, rege Pylaemene  
ad Troiam amissso, quaerebant, uenisse in intimum maris  
Hadriatici sinum, Euganeisque qui inter mare Alpesque in- 3  
colebant pulsis Enetos Trojanosque eas tenuisse terras. Et  
in quem primo egressi sunt locum Troia uocatur pagoque  
inde Troiano nomen est: gens uniuersa Veneti appellati.  
Aeneam ab simili clade domo profugum sed ad maiora rerum 4  
initia ducentibus fatis, primo in Macedoniam uenisse, inde in  
Siciliam quaerentem sedes delatum, ab Sicilia classe ad Lau-  
rentem agrum tenuisse. Troia et huic loco nomen est. Ibi 5  
egressi Troiani, ut quibus ab immenso prope errore nihil  
praeter arma et naues superesset, cum praedam ex agris  
agerent, Latinus rex Aboriginesque qui tum ea tenebant loca

*Inscriptio.* ‘Titi Liui historiarum ab urbe condita Liber I incipit’  
M: ‘Explicit prefatio. Incipit Textus Eiusdem’ O. Sed in PFBEHDL  
Praefationem sequitur cap. i nullo intervallo

I 1 fuerant MP<sup>2</sup>(marg.)HRDL: fuerunt M<sup>3</sup>F<sup>2</sup>UpOE: ferunt PF?  
Ba 2 Pylaemene H, cf. Hom. Il. 5. 576: Pylemene PBE:  
Pilemene M: Phil- FU<sub>p</sub>RnD: Phyl- F<sup>3</sup> in ras. L: Pilimene O  
maris Hadriatici PFOEH: maris adriatici BaDL: Hadriatici maris  
MUp: num maris delendum? 3 Et in MPFU<sub>p</sub>BOEHRDL:  
ei in Madv. primo PFU<sub>p</sub>BaOEHRL: primum M inde  
Troiano PFU<sub>p</sub>BOEHRDL: Troiano inde M 4 maiora MPF  
UpBOEHRnDL: maiorum Novák tenuisse M<sup>3</sup>PFBOEHRDL  
Edd. uet.: uenisse M: tendisse Up Troia . . . nomen est om.  
O, add. O<sup>3</sup> in marg. Troia MPF<sup>3</sup>UpBO<sup>3</sup>EHRnDL: Troiae F,  
Drak. 5 Ibi PFU<sub>p</sub>BOEHRnD<sup>2</sup>L: ubi MD? ut quibus  
MOEHRnDL: in quibus PFU<sub>p</sub>Ba superesset UpOEHRnDL:  
superessent MPFB uix recte

ad arcendam uim<sup>7</sup> aduenarum armati ex urbe atque agris  
 6 concurrunt. Duplex inde fama est. Alii proelio uictum Latinum pacem cum Aenea, deinde adfinitatem iunxisse tradunt :  
 7 alii, cum instructae acies constitissent, priusquam signa canerent processisse Latinum inter primores ducemque aduenarum euocasse ad conloquium ; percontatum deinde qui mortales essent, unde aut quo casu profecti domo quidue  
 8 quaerentes in agrum Laurentinum exissent, postquam audierit multitudinem Troianos esse, ducem Aeneam filium Anchisae et Veneris, cremata patria domo profugos, sedem condendaque urbi locum quaerere, et nobilitatem admiratum gentis uirique et animum uel bello uel paci paratum, dextra data  
 9 fidem futurae amicitiae sanxisse. inde foedus ictum inter duces, inter exercitus salutationem factam. Aeneam apud Latinum fuisse in hospitio ; ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adiunxisse foedus, filia Aeneae in matrimoniū data. Ea res utique Troianis spem adfirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris. Oppidum condunt ;  
 11 Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat. Breui stirpis quoque uirilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixerū nomen.

**2** Bello deinde Aborigines Troianique simul petiti. Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneae fuerat, praelatum sibi aduenam aegre patiens simul Aeneae Latinoque bellum intulerat. Neutra acies laeta ex eo certamine abiit : uicti Rutuli : uictores Aborigines Troianique ducem Latinum amisere. Inde Turnus Rutulique diffisi rebus ad florentes opes Etruscorum Mezentiumque regem

<sup>7</sup> quidue *MHRnDL* : quid *PFUpBaOE* Laurentinum *PFUp BaOEH* : Laurentem (*ut in § 4 sup. codd. omnes*) *MO<sup>2</sup>DL Ald.*

<sup>8</sup> urbi *PFUpBaOEH RnDL* : urbis *M* dextra *MP<sup>2</sup>FBOE* : dextera *PUpHRnDL* dett. *alig. Ald.* <sup>10</sup> res utique *PFUpBaOEH RnDL* : utique res *M*, *Edd. uet. alig., Ald.* <sup>11</sup> stirpis *MPFBa OEDL*, cf. 26. 13. 16 (*Puteanus*) : styris *UpH* : stirps *F<sup>2</sup>RnD<sup>2</sup>*; de forma cf. *adn. ad 2. 21. 2 in édit. mea Lib. II (Cantab. 1901)*

<sup>2</sup> simul petiti *PFUpBOEH RnDL* : om. simul *M*

eorum confugiunt, qui Caere opulento tum oppido imperitans, iam inde ab initio minime laetus nouae origine urbis et tum nimio plus quam satis tutum esset accolis rem Troianam crescere ratus, haud grauatum sociā arma Rutulis iunxit. Aeneas aduersus tanti belli terrorem ut animos<sup>4</sup> Aboriginem sibi conciliaret nec sub eodem iure solum sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellauit; nec deinde Aborigines Troianis studio ac fide<sup>5</sup> erga regem Aeneam cessere. Fretusque his animis coalescentium in dies magis duorum populorum Aeneas, quamquam tanta opibus Etruria erat ut iam non terras solum sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui implesset, tamen cum moenībus bellum propulsare posset in aciem copias eduxit. Secundum inde proelium Latinis, Aeneae etiam ultimum<sup>6</sup> operum mortalium fuit. Situs est, quemcumque eum dici ius fasque est super Numicū flumen: Iouem indigetem appellant.

Nondum maturus imperio Ascanius Aeneae filius erat; <sup>3</sup>  
 tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolumē mansit; <sup>secure</sup>  
 tantisper tutela muliebri—tanta indoles in Lauinia erat—res <sup>inventor of the</sup>  
*just solung* Latina et regnum auitum paternumque puero stetit. Haud<sup>2</sup> ambigam—quis enim rem tam ueterem pro certo adfirmet?— hicine fuerit Ascanius an maior quam hic, Creusa matre<sup>aa</sup> Ilio<sup>aa</sup> incolumi natus comesque inde paterna fugae, quem Iulum eundem Iulia gens auctorem nominis sui nuncupat. Is Ascanius, ubicumque et quācumque matrē genitus—certe natum

<sup>5</sup> eneas quamquam . . . longitudinem *om.* *D.*, *add.* *D<sup>2</sup>* *in marg.* *sup.* ut iam *MOEHRnL*; ut etiam *PFUpBD<sup>2</sup>*: ut *D<sup>x</sup>*

<sup>6</sup> operum mortalium *PFUpBaOEHRnDL*: mortalium operum *M* ius fasque est *MPUpBEHRnDL*: iusque fas est *F*: iusque fasque est *F<sup>3</sup>*: fas est *O fort. recte* flumen *P<sup>1</sup>F<sup>1</sup>UpBaOEHRn* *DL*: fluuium *M* (*et sic Serv. ad Aen. 4. 620*): fluminum *P* (*et in F aliquid post flum supra lineam erasum est*) indigetem *PFUpB* *OEHRn*: indietem *DL*: indigitem *MD<sup>4</sup>*

<sup>3 2</sup> hicine *PFUpBOEHDX* (*ut credo D<sup>1</sup>, nam -i- simile appetet in 1.* 14. 5 *et 1. 27. 10*) *L*: hicine *MP<sup>3</sup>F<sup>3</sup>Rn*: hicne *D*

Aenea constat—abundante Lauinii multitudine florentem iam ut tum res erant atque opulentam urbem matri seu nouercae relinquunt, nouam ipse aliam sub Albano monte condidit quae ab situ porrectae in dorso urbis Longa Alba appellata.

- 4 Inter Lauinium et Albam Longam coloniam deductam triginta ferme interfuere anni. Tantum tamen opes creuerant maxime fusis Etruscis ut ne morte quidem Aeneae nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumque primum puerilis regni mouere arma aut Mezentius Etruscique aut ulli alii 5 accolae ausi sint. Pax ita conuenerat ut Etruscis Latinisque fluuius Albula, quem nunc Tiberim uocant, finis esset.
- 6 Siluius deinde regnat Ascani filius, casu quodam in siluis 7 natus; is Aeneam Silium creat; is deinde Latinum Silium. Ab eo coloniae aliquot deductae, Prisci Latini appellati. Mansit Siluiis postea omnibus cognomen, qui Albae regna- 8 runt. Latino Alba ortus, Alba Atys, Atye Capys, Capye Capetus, Capeto Tiberinus, qui in traiectu Albulae amnis 9 submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit. Agrippa inde Tiberini filius, post Agrippam Romulus Siluius a patre accepto imperio regnat. Auentino fulmine ipse ictus regnum

3 relinquunt FBaO<sup>1</sup>EH (sed in O reliquit cum n suprascr., omnia a prima manu): reliquid P: reliquit MP<sup>1</sup>UpORnDL, cf. I. 15. 4; I. 27. 10; I. 34. 8; I. 37. 2; I. 59. 12; 4. 19. 5; 4. 22. 2; 4. 43. 7 (cum Drak. adn.); 5. 29. 5; 21. 33. 11; et uide Frigellii Epileg. ad Lib. I, p. 16. His in locis et sescentis aliis Liuius Perfectum cum Praesenti quod uocant Historico ita uariat ut illud actionem unam simpliciter ponat, hoc totam rerum condicionem pleniore aliquo colore pingat. Hoc semel monito, quod et scribas et editores nimis saepe fugit, ubi- cunque maior uel melior pars codicum hanc dicendi uarietatem praestat, lectorem sinemus eam confidenter amplecti 4 coloniam deductam PFUpBOEHRnDL: dieductam coloniam M: diductam coloniam M<sup>2</sup> 7 coloniae aliquot deductae ORDL: coloniae aliquo (t suprascr.) deductae E, omnia a pr. manu: coloniae aliquo deductae M<sup>2</sup>H: coloniae aliquot eductae PFBA. sed in P inter aliquo et t deducere aut erasum est aliquid aut iunctura a P<sup>2</sup> addita inter -o et t- in longam lituram per casum conuersa est. Non fuit deducta. Infra -te addit siglum ae significans P<sup>2</sup>: ali coloniae aliquo deductae M: aliquot coloniae eductae Up regnarunt PFUpBaOEHRnDL Edd. uet. (cf. c. 5. 2 adn.): regnauerunt M 8 traiectu R<sup>2</sup> in rasura D<sup>2</sup> uel D<sup>1</sup> Edd. uet., cf. 4. 34. 7: traiecto MPFU<sup>p</sup>BaOEHD: (in)tra iecta L

per manus tradidit. Is sepultus in eo colle qui nunc pars Romanae est urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat. Is Numitorem atque Amulium procreat; Numitor, 10 qui stirpis maximus erat, regnum uetustum Siluiae gentis legat. Plus tamen uis potuit quam uoluntas patris aut uerecundia aetatis: pulso fratre Amulius regnat. Addit sceleri 11 scelus: stirpem fratris uirilem interemit, fratris filiae Reae Siluiae per speciem honoris cum Vestalem eam legisset perpetua uirginitate spem partus admit.

Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis maxime secundum deorum opes imperii principium. Vi com- 2 pressa Vestalis cum geminum partum edidisset, seu ita rata seu quia deus auctor culpae honestior erat, Martem incertae stirpis patrem nuncupat. Sed nec di nec homines aut ipsam 3 aut stirpem a crudelitate regia uindicant: sacerdos uincta in custodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti iubet. Forte quadam diuinitus super ripas Tiberis effusus lenibus 4 stagnis nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis et posse quamvis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat. Ita uelut defuncti regis imperio in proxima alluie 5 ubi nunc ficus Ruminalis est—Romularem uocatam ferunt—pueros exponunt. Vastae tum in his locis solitudines erant. 6 Tenet fama cum fluitantem alueum, quo expositi erant pueri,

10 stirpis *MF<sup>3</sup>UpOE<sup>2</sup>RnDL* Ald.: stripis *E? H*: stirps *PFBa*  
11 Addit *MPFBaOEHRnDL*: addidit *Up* dett. aliq. interemit  
*PFUpBaO(uel O<sup>1</sup>)EDL*: interimit *MO? HRn*; cf. adn. ad § 3  
admit *MPFBaEHRnDL*: ademit *UpOE<sup>2</sup>*

4 2 Vi *M<sup>3</sup>RnD<sup>3</sup>*: ut *MPFBaOEHD<sup>1</sup>L*: et *Up* patrem *MPF*  
*UpBOE*: patrem esse *P<sup>2</sup> marg. HRnDL* 4 quadam *MP<sup>2</sup>UpO*  
*EHRnDL*: quadam *PFBa*: quadam an *Gruter, Madv.*, sed cf. (cum Novák) casu quadam ac diuinitus *Suet. Claud. 13 ad fin.* 5 alluie  
*MUUpOEHD<sup>2</sup>L*: alluiae *FB*: adluiae *PD*: adluiae *R*: eluuie *Gron.*

6 in his *MPFBaOEHRnDL*: in iis *Up*; sed in talibus (his, is, hiis, iis; hi, hii, ii) tanta ubique codicum uariatio est ut in unoquoque loco paene liberum arbitrium nobis relinquatur: hiis et hii tamen saepius pro iis, ii ponit quam pro his, hi obseruasse nobis uidemur quo expositi *PFUpBOEHRnDL*: quo iam expositi *M fort. recte* (cf. 2. 39. 9 cum adn. in edit. mea eius *Libri*); et in *E* post pueri tres uel quattuor litterae erasae sunt

tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus qui circa sunt ad puerilem uagitum cursum flexisse; eam submissas infantibus adeo mitem praebuisse mammas ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris inuenierit.

7 Faustulo fuisse nomen ferunt—ab eo ad stabula Larentiae uxori educandos datos. Sunt qui Larentiam uolgato corpore lupam inter pastores uocatam putent; inde locum fabulae ac 8 miraculo datum. Ita geniti itaque educati, cum primum adoleuit aetas, nec in stabulis nec ad pecora segnes uenando 9 peragrare saltus. Hinc robore corporibus animisque sumpto iam non feras tantum subsistere sed in latrones praedā onustos impetus facere pastoribusque raptā diuidere et cum his crescente in dies grege iuuenum seria ac iocos celebrare.

5 Iam tum in Palatio [monte] Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, et a Pallanteo, urbe Arcadica, Pallantium, dein Palatum montem appellatum; ibi Euandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante tempestatibus tenuerit loca, sollemne allatum ex Arcadia instituisse ut nudi iuuenes Lycaeum Panauenerantes per lusum atque lasciuiam currerent, quem Romani deinde uocarunt Inuum. huic deditis ludicro cum sollemne notum esset insidiatos ob iram praedae amissae latrones, cum Romulus ui se defendisset, Remum cepisse, 4 captum regi Amulio tradidisse, ultro accusantes. Crimini maxime dabant in Numitoris agros ab iis impetum fieri;

7 Larentiae et Larentiam *MDL* (*cf. Larentia*): laurent- *M<sup>4</sup>PFU<sub>p</sub>B OEHRL* (*sed stabula rentiae B*) 8 saltus *MPFU<sub>p</sub>BaE*: circa saltus *P<sup>2</sup>OE<sup>2</sup>HRDL* 9 subsistere *MPFBOEHRnDL*: sternere *F<sup>3</sup>Up*

in dies *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOEHRnDL*: indiges *P*: *om. M fort. recte*

5 1 Palatio *PFU<sub>p</sub>BaOEHDL*: palantio *MR*: palatino *M<sup>4</sup>R<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* monte *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL*: *seclusit Madv.* —te lupercal... palatinum mon- *om. D*, add. *D<sup>2</sup> marg. sed cum noce aliqua in -atam uel -antam desinente in uocis palatum loco; hoc marginale ita rescriptsit*

*D<sup>3</sup> ut pro hac noce palatinum posuerit* —dein *MPOEHL*: deinde *M<sup>4</sup>UpO<sup>3</sup>RnD<sup>2</sup>*: dehinc *FBa* 2 tenuerit loca *MPFUpBaEHRn DL*: ea tenuerit loca *O Edd. uet.*: tenuerat ea loca *dett. aliq.*: tenuerat loca *Ed. Rom. 1470*: ea tenuerat loca *Aldus* allatum] *cf. 3.*

42. 6 lusum *MP<sup>2</sup>FBOE<sup>1</sup>HRnD<sup>2</sup> in ras. L*: iusum *PE*: usum *Up*: luxum *dett. aliq.* uocarunt *PFU<sub>p</sub>BaOEHRL*: uocauerunt *M*

4 impetum *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL*: impetus *Gron., fort. recte, quoniam ante f facile excidit f*

inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum praedas agere. Sic Numitor ad supplicium Remus deditur. Iam 5 inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari; nam et expositos iussu regis infantes sciebat et tempus quo ipse eos sustulisset ad id ipsum congruere; sed rem immaturam nisi aut per occasionem aut per necessitatem aperiri noluerat. Necessitas prior uenit: ita, metu subactus 6 Romulo rem aperit. Forte et Numitor cum in custodia Remum haberet audissetque geminos esse fratres, comparando et aetatem eorum et ipsam minime seruilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum; sciscitandoque eodem peruenit ut haud procul esset quin Remum agnosceret. Ita undique regi dolus nectitur. Romulus non cum globo 7 iuuenum—nec enim erat ad uim apertam par—sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam uenire pastoribus ad regem impetum facit; et a domo Numitoris alia comparata manu adiuuat Remus. Ita regem obtruncat.

Numitor inter primum tumultum, hostes inuasisse urbem 6 atque adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem praesidio armisque obtinendam auocasset, postquam iuuenes (perpetrata caede) pergere ad se gratulantes uidit, extemplo aduocato concilio scelera in se fratri, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, caedem deinceps tyranni seque eius auctorem ostendit. Iuuenes per 2 medianam contionem agmine ingressi cum auum regem salutassent, secutæ ex omni multitudine consentiens uox ratum 3 nomen imperiumque regi efficit.

Ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque 3

4 Numitori ad supplicium *PFUpBOEHRnDL*: ad supplicium numitori *M* 5 aperiri *MRnDL*: apperiri *H*: aperire *PFUp BaOE* 6 et aetatem *MP<sup>1</sup>H*: aetatem *PFUpBOERnDL* eodem *MPUpBOHRnDL*: eo de *E?* (eo dem *E<sup>3</sup>*): eo *F<sup>3</sup> in ras.*: eo dein *Lipsius*: eo denique *Crevier* 7 uim apertam *PFUpBaEH RnDL*: apertam uim *M*: uim tam apertam *O fort. recte*: tam apertam uim *Ed. Rom. 1470* obtruncat *MPFU<sup>p</sup>BOEHRnDL*: obtruncant *M<sup>2</sup>R<sup>2</sup>D<sup>2</sup> dett. Ed. uet.*

6 in scelera *PFUpBOEHRnDL*: scelus *M*

3 re permissa

cupido cepit in iis locis ubi expositi ubique educati erant  
 urbis condendae. Et supererat multitudine Albanorum Latino-  
 rumque; ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile  
 spem facerent paruam Albam, paruum Lauinium, p[ro]ea ea  
 4 urbe quae conderetur fore. Interuenit deinde his cogitatio-  
 nibus auitum malum, regni cupidus, atque inde foedum cer-  
 tamen coortum a satis miti principio. Quoniam gemini essent  
 nec aetatis uerecundiā discriminē posset, ut di quorum  
 tutelae ea loca essent) auguriis legerent qui nomen nouae  
 urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatum Romulus,  
 Remus Auentinum ad inaugurandum temp[or]a capiunt.

7 Priori Remo augurium uenisse fertur, sex uoltures; iamque  
 nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset,  
 utrumque regem sua multitudine consalutauerat: tempore illi  
 2 praecepto, at hi numerō auium regnum trahebant. Inde cum  
 altercatione congressi certamine irarum ad caedem uertuntur;  
 ibi in turba ictus Remus cecidit. Volgatior fama est ludibrio  
 fratris Remum nouos transiluisse muros; inde ab irato Ro-  
 mulo, cum uerbis quoque increpitans adieciisset, 'Sic deinde,  
 3 quicumque alias transiliet moenia mea,' interfectum. Ita  
 solus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris  
 nomine appellata.

Palatum primum, in quo ipse erat educatus, muniit. Sacra  
 dis aliis Albano ritu, Graeco Herculi, ut ab Euandro insti-  
 4 tuta erant, facit. Herculem in ea loca Geryone interempto  
 boues mira specie abegisse) memorant, ac prope Tiberim  
 fluuim, qua p[ro]ae se armentum agens nando traiecerat, loco  
 herbido ut quiete et pabulo laeto reficeret boues et ipsum

*MPFU<sub>p</sub>BO*: re (*i suprascr.*) permissa *E*: permissa re *HRnDL* (*sed  
 rē H, re cum i suprascr. L*); *ante pe- in uncialibus facile re-excidere  
 potest* iis locis *Ed. Rom. 1469*: his locis *MPFU<sub>p</sub>BaOEHRnDL*

4 Quoniam *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL*: add. cum *O*, cf. I. 35. 3;  
 I. 41. 7; 3. 50. 10 cum *adn.* uerecundia *MOHRnDL*: uerecun-  
 diam *PFU<sub>p</sub>BaE* quorum tutelae *MP<sup>2</sup>HR<sup>2</sup>DL*: quorum tutela  
*F<sup>2</sup>R*: quorum tutelam *PF<sup>2</sup>B*: in quorum tutela *OE Edd. uet., fort.  
 recte*: quorum in tutela *Up*

7 4 laeto reficeret *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: uerbis male diuisis laetor  
 efficeret *E*: letiores efficeret *M*

fessum uiā procubuisse. Ibi cum eum cibo uinoque graūa- 5  
 tum sopor oppressisset, pastor accola eius loci, nomine Cacus,  
 ferox uiribus, captus pulchritudinē boum cum auertere eam  
 praedam uellet, quia si agendo armentum in speluncam com-  
 pulisset ipsa uestigia quaerentem dominum eo deductura  
 erant, auersos boues eximium quemque pulchritudine caudis  
 in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram somno 6  
 excitus cum gregem perlustrasset oculis et partem abesse  
 numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si forte eo  
 uestigia ferrent. Quae ubi omnia foras uersa uidit nec in  
 partem aliam ferre, confusus atque incertus animi ex loco  
 infesto agere porro armentum occipit. Inde cum actae 7  
 boues quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent,  
 redditā inclusarum ex spelunca boum uox Herculem con-  
 uertit. Quem cum uadentem ad speluncam Cacus uī pro-  
 hibere conatus esset, ictus claua fidem pastorum nequ quam  
 inuocans [morte] occubuit. Euander tum ea, profugus ex 8  
 Peloponneso, auctoritate magis quam imperio regebat loca,  
 uenerabilis uir miraculo litterarum, rei nouae inter rudes  
 artium homines, uenerabilior diuinitate creditā Carmentae  
 matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam aduentum  
 miratae eae gentes fuerant. Is tum Euander concursu pas- 9  
 torum trepidantium circa aduenam manifestae reum caedis  
 excitus postquam facinus facinorisque causam audiuit, habi-  
 tum formamque uiri aliquantum ampliorem augustioremque  
 humana intuens rogitat qui uir esset. Vbi nomen patremque 10  
 ac patriam accepit, 'Ioue nate, Hercules, salue,' inquit; 'te

5 quia si *F*<sup>2</sup>? *UpOE*<sup>3</sup>*RDL*: quasi *PF?* *BEH*: in *M* ambiguum signum,  
*ut solet, summa cura exprimitur; secunda littera (q) plus est quam u*  
*uix tamen plenum ui; cf. § 15 inf.; 1. 9. 14; 2. 30. 9; 2. 63. 7; 3. 51.*  
*2; 3. 67. 8; 4. 8. 2; 4. 26. 7; 4. 43. 7; 5. 11. 2; 8. 17. 2; 8. 19. 6*  
*6 occipit MP<sup>2</sup>HRnD*: occipit *OE*<sup>3</sup>: occoepit *L*: accepit *PF?* *B*:  
 cepit *F*<sup>2</sup>: accipit *E*      7 uadentem ad speluncam *PFUpBaOEH*  
*RnDL*: ad speluncam uadentem *M*: *malim* ad sp. *seclusum*, et in-  
 uadentem *pro* uadentem (*facile perit in inter cum et u-*)      morte  
*PFUpBOEHRnDL*: *om. M*, add. *M*<sup>4</sup>: mortem *Wesenberga*

mihi mater, ueridica interpres deum, aucturum caelestium numerum cecinit, tibique aram hic dicatum iri quam opulentissima olim in terris gens maximam uocet tuoque ritu colat.

- 11 Dextra Hercules data, accipere se omen impleturumque fata  
 12 ara condita ac dicata, ait. Ibi tum primum boe eximia capta de grege sacrum Herculi, adhucbitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quae tum familiae maxime  
 13 inclitae ea loca incolebant, factum. Forte ita euenit ut Potitii ad tempus praesto essent iisque exta apponenterunt, Pinarii extis adesis ad ceteram uenirent dapem. Inde institutum mansit donec Pinarium genus fuit, ne extis eorum sollemnium  
 14 uescerentur. Potitii ab Euandro edocti antistites sacri eius priests per multas aetas fuerunt, donec tradito seruis publicis sollemni familiae ministerio genus omne Potitorum interiit.  
 15 Haec tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit, iam tum immortalitatis uirtute partae ad quam, eum sua fata ducebant fautor.
- 8 Rebus diuinis rite perpetratis, uocataque ad concilium multitudine quae coalescere in populi unius corpus nullá re praeterquam legibus poterat, iura dedit; quae ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse uenerabilem insignibus imperii fecisset, cum cetero habitu se augustio rem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis fecit. Alii ab numero auium quae augurio regnum portenderant eum,

12 Ibi tum *OED<sup>2</sup>* dett. *aliq. Edd. uet. aliq.* : ibi dum *MPFUpBa HRnDL* Herculi . . . dapemque *MP<sup>2</sup>* marg. hd. addens (*u. Walters, Class. Rev.* xvii, 1903, p. 161) *D<sup>5</sup>* marg. dett. *aliq.* : *om. PF UpBaOEHRnDL* 13 (*ad fin.*) eorum sollemnium *Walters* (*cf. 5. i. 4*) : eo sollemnium *L* : eos ollempnium *H* : eo sollempnium *O* : eo sollemnium *RnD* : ea sollemnium *E<sup>3</sup>* : sollemnium *M* : solemnibus *F* : solemnibus *PUpBaO<sup>2</sup>* (-mpn- *O*) *E* *Corruptela ex siglo eoꝝ (=eorum) male scripto et male intellecto orta est*; cf. *Class. Quarterly* iv (1910), p. 268 15 partae *Sobius, Grut.*, iam ab *E* confirmati : parta *MPFUpBaOE<sup>1</sup>* (*uel E<sup>2</sup>*) *HRnD<sup>2</sup>* (*uel D<sup>1</sup>*) sed in *M punctum post -a ita cum litterae prolongatae fine coniunctum est* (*ω*) *ut uideatur scriba formam insolitam accurate imitatus esse, eaque fuisse nihil aliud quam ae obscuratum* : *eodem referenda est lectio partia DL fata MP<sup>2</sup> marg. OEHR<sup>2</sup>DL* : *facta PFUpBaO<sup>2</sup>R?*

secutum numerum putant: me haud paenitet eorum sententiae <sup>at least offend</sup> esse quibus et apparitores, hoc genus ab Etruscis finitimus, unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est, <et> numerum quoque ipsum ductum placet, et ita habuisse Etruscos quod ex duodecim populis, communiter creato rege, singulos singuli populi lictores dederint. <sup>tate</sup> <sup>in agreement</sup> <sup>each people gave up their</sup>

Crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia appendebat loca, cum in spem magis futurae multitudinis quam ad id quod tum hominum erat munirent. Deinde ne uana urbis magnitudo esset, adicienda multitudinis causa ueterem consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem emeniebantur, locum qui nunc saeptus escendentibus inter duos lucos est, <sup>to hold</sup> asylum aperit. Eo ex finitimus populis turba omnis sine discrimine, liber an seruus esset, auida nouarum rerum perfugit, idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit. Cum iam uirium haud paeniteret consilium deinde uiribus parat. Centum creat senatores, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant qui creari patres possent. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum, appellati.

Iam res Romana adeo erat ualida ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset; sed penuria mulierum hominis <sup>scarcity</sup> aetatem duratura magnitudo erat, quippe quibus nec domi <sup>of course</sup> spes prolixi nec cum finitimi conubia essent. Tum ex con-

<sup>merger</sup> 83 hoc genus optime Iac. Gron.: et hoc genus *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* et numerum Heumann (*et in E post est aliquid erasum est in fine lineae*): numerum *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* adicienda MPF *Up* *BOEHRnDL* (*vide sis Class. Quarterly* iv (1910), p. 268): adicienda Ed. Ascens. 1513 escendentibus H. J. Edwards, optime (*cf. I. 10. 5*): descendebatibus *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL?* L: densis sentibus *Rn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>* ubi -nsis s- in rasura creari *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* (*in O omnia ab uirium ad patres in ras.*): ciere ex 10. 8, 10 Sigan. optime et, paene credo, recte

91 ciuitatum *MF<sup>2</sup>OR<sup>3</sup>DL*: ciuitatum *PFU<sub>p</sub>BEHRL?* erat *MPFBOEHRnDL*: deerat *Up*: *et in M aliquid (fort. de-) supra lineam additum mox erasum* quippe quibus *MP<sup>2</sup>EHRnDL*: quippe *P*: quibus *P<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BO* conubia *MPF<sup>2</sup>BOEDL*: canubia *F*: connubia *UpHRn* (*similiter in § 2*)

silio patrum Romulus legatos circa uicinas gentes misit qui  
 3 societatem conubiumque nouo populo peterent: urbes quo-  
 que, ut cetera, ex infimo nasci; dein, quas sua virtus ac di  
 4 iuuent, magnas opes sibi magnumque nomen facere; satis  
 scire, origini Romanae et deos adfuisse et non defuturam  
 uirtutem; proinde ne grauarentur homines cum hominibus  
 5 sanguinem ac genus miscere. Nusquam benigne legatio  
 audita est: adeo simul spernebant, simul tantam in medio  
 crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. Ac  
 plerisque rogitantibus dimissi whither ecquod feminis quoque asy-  
 lum aperuissent; id enim demum compar conubium fore.  
 6 Aegre id Romana pubes passa et haud dubie ad uim spec-  
 tare res coepit. Cui tempus locumque aptum ut daret  
 Romulus aegritudinem animi dissimulans ludos ex industria  
 7 parat Neptuno equestri sollemnes; Consualia uocat. Indici  
 deinde finitimis spectaculum iubet; quantoque apparatu tum  
 sciebant aut poterant, concelebrant ut rem claram exspecta-  
 8 tamque facerent. Multi mortales conuenere, studio etiam  
 uidendae nouae urbis, maxime proximi quique, Caeninenses,  
 9 Crustumini, Antemnates; iam Sabinorum omnis multitudo  
 cum liberis ac coniugibus uenit. Inuitati hospitaliter per  
 domos cum situm moeniaque et frequentem tectis urbem  
 10 uidissent, mirantur tam breui rem Romanam creuisse. Vbi  
 spectaculi tempus uenit deditaeque eo mentes cum oculis

3 quas sua Aldus: qua (cum i <sup>hunc</sup> suprascr.) sua M (omnia a pr. manu):  
 qua sua PFUpBaOEHD: q (a suprascr.) sua RL: quam sua F<sup>1</sup>  
 uel P<sup>3</sup>: quae sua D<sup>2</sup> opes sibi PFUpBaOEHRnDL et Quintil.  
 9. 2. 37: om. sibi M, add. ante opes M<sup>3</sup> 5 Ac plerisque MPFUpBa  
OEHRnDL: a plerisque D<sup>x</sup>Rn? dett. alig. Ald.: plerisque Edd.  
 uet. alig. ecquod POEHRnD<sup>1</sup> (per rasuram): ecquod uel et quod  
M (nam in hac scribae Veteris manu—de qua uide Praef. nostram  
inter ec et et minimum uel saepe nullum est discrimin): haec quod  
D<sup>2</sup>L: eo quod P<sup>2</sup>FUpBa 6 daret MPFUpBOEHD<sup>x</sup>: donaret  
RnDL uocat PFBOEHD<sup>x</sup> uel D<sup>1</sup>: uocauit Up: uocat RnDL: om.  
M (uix recte) 7 concelebrant . . . facerent MPFUpBOE<sup>3</sup>HRnDL  
 (in E nec celebrant corr. E<sup>3</sup>): concelebrat . . . faceret Madv. melius  
 sed uix necessario 9 iam Sabinorum MPFUpBOEHRnDL: etiam  
 Sabinorum Scheibe 10 eo MPUpBOERnDL: et F: om. H: ei  
 Novák

erant, tum ex composito orta uis signoque dato iuuentus  
 Romana ad rapiendas uirgines discurrit. Magna pars forte  
 in quem quaeque inciderat raptæ: quasdam forma excelle-  
 lentes, primoribus patrum destinatas, ex plebe homines qui-  
 bus datum negotium erat domos deferebant. Vnam longe  
 ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Thalassi  
 cuiusdam raptam ferunt multisque sciscitantibus cuinam eam  
 ferrent, identidem ne quis uiolaret Thalassio ferri clamitatum;  
 inde nuptialem hanc uocem factam.

Turbato per mētūm ludicro maesti parentes uirginum  
 profugiunt, incusantes uiolati hospitii foedus deumque inuo-  
 cantes cuius ad sollemne ludosque per fas ac fidem decepti  
 uenissent. Nec raptis aut spes de se melior aut indignatio  
 est minor. Sed ipse Romulus circumbat docebatque patrum  
 id superbia factum qui conubium finitimis negassent; illas  
 tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium  
 ciuitatisque et quo nihil carius humano generi sit libe-  
 rum fore; mollirent modo iras et, quibus fors corpora  
 dedisset, darent animos; saepe ex iniuria postmodum gra-  
 tiā ortam; eoque melioribus usuras uiris quod adnisurus  
 pro se quisque sit ut, cum suam uicem functus officio sit,  
 parentium etiam patriaeque expleat desiderium. Accedebant

10 rapiendas *MHRnDL*: capiendas *PFUpBaOE* 11 in quem  
*MPFUpBOEHDL*: in *Rn erasum*: ut in quem *D<sup>x</sup>* (*fort. D<sup>1</sup>*), *Edd. uet.*  
 duo, probante *Postgatio* *fort. recte nam ante* in facile perit ut  
 13 uiolati *MPFUpBOEHRnDL*: uiolatum *Perizonius*, optime quidem  
 sed cf. I. I. 4 maiora rerum initia: *fatendum est tamen in M rasuram*  
 aliquam fuisse inter -ti et osp- ubi nunc stat h- prima manu et ipsum  
 projectum, et -i ab *M<sup>2</sup>* denuo et nigriore atramento rescriptum. Potest  
 igitur credi primo -tum osp- uel tū hosp- ab *M* scriptum esse; et sic ipse,  
 codice iam saepe inspecto, fuisse conuincor, et ad lectionem hanc *Liui*  
 tribuendam inclinor foedus *MPFUpBOEHRnDL*: scelus *Grunauer*

14 generi *F? UpOEHnD<sup>x</sup>* (*fort. D<sup>2</sup>*): genere *MPF<sup>1</sup>? BaDL*; in  
*F litterae -ri s- sic apparent r̄p̄l̄ pleniore calamo*; scriba scilicet incertum  
 signum repperit et fideliter repreäsentauit; cf. *adn. ad I. 7. 5* 15 dedis-  
 set *UpOD<sup>3</sup>*: dedissent *MPFBaEHRnDL* patriaeque expleat] his  
 verbis in *M* concluditur quaternionis primi folium quartum desinitque  
 (usque ad 4. 71. 8) scriba quem *Veterem appellaui*; incipit optimus ille

blanditiae uirorum, factum purgantium cupiditate atque amore, quae maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.

10 Iam admodum mitigati animi raptis erant; at raptarum parentes tum maxime sordida ueste lacrimisque et querellis ciuitates concitabant. Nec domi tantum indignationes continebant sed congregabantur undique ad T. Tatium regem Sabinorum, et legationes eo quod maximum Tati nomen in iis regionibus erat) conueniebant. Caeninenses Crustumini et Antemnates erant ad quos eius iniuriae pars pertinebat. Lente agere his Tatius Sabinique uisi sunt: ipsi inter se tres populi communiter bellum parant. Ne Crustumini quidem atque Antemnates pro ardore iraque Caeninium satis se impigre mouent; ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum Romanum impetum facit. Sed effuse uastantibus fit obuius cum exercitu Romulus leuique certamine docet uanam sine uiribus iram esse. Exercitum fundit fugatque, fusum persequitur: regem in proelio obtruncat et spoliat: duce hostium occiso) urbem primo impetu capit. Inde exercitu uictore reducto, ipse cum factis uir magnificus tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium caesi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium escendit; ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines cognomenque addidit deo: 'Iuppiter Feretri' inquit, 'haec

*'Leo Diaconus' cuius fidei insigni auctoritatem suam primariam debet hic codex (u. Praef. nostrae § 9)*

10 1 tum maxime *M<sup>2</sup>PUpBOEHD<sup>3</sup>* (cf. 27. 4. 3): tunc maxime *F* sed t- ab *F<sup>2</sup>* in rasura magnae alicuius capitalis (*C ut credo*): cum maxime *M? RnDL*: tum cum maxime *H. J. Mueller* (cf. 33. 9. 3) 2 his Tatius *MPFUpBOEHD<sup>3</sup>*: illis tatius *D?*: His tatius (*sic cum capitali*) *L*: iis tatius *Ald.*; cf. c. 4. 6 adn. ipsi *MP<sup>2</sup>HRnDL* (in *D* -t i- in ras.; fort. sunos ipsi pro sunt ipsi *D*): om. *PFUpBOE Edd. uet.*

3 Ne Crustumini *MFBaOERnDL*: nec crustumini *M<sup>3</sup>PUpHD<sup>3</sup>* mouent *MP<sup>3</sup>F<sup>2</sup>OE<sup>3</sup>HRDL*: moueant *PFUpBaE*: mouebant *Up<sup>2</sup>*

4 iram esse *MHRnDL Ald.*: om. esse *PFUpBaOE Edd. uet.* plerique, sed iram. Effundit exercitum fugatque in *OE* 5 escendit *MPH*: ascendit *M<sup>2</sup>FUpBaOERnDL Ed. Rom. 1469 Ald.*

tibi uictor Romulus rex regia arma fero, templumque<sup>in</sup> his  
 regionibus quas modo animo metatus sum, dedico, sedem  
 opimis spoliis quae regibus ducibusque hostium caesis me  
 auctorem sequentes, posteri ferent.' Haec templi est origo 7  
 quod primum omnium Romae sacratum est. Ita deinde dis  
 uisum nec inritam conditoris templi vocem esse qua laturos  
 eo spolia posteros nuncupauit nec multitudine compotum  
 eius doni uolgari laudem. Bina postea, inter tot annos, tot  
 bella, opima parta sunt spolia : adeo rara eius fortuna decoris  
 fuit.

Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatum exercitus per II  
 occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos in-  
 cursionem facit. Raptim et ad hos Romana legio ducta  
 palatos in agris oppressit. Fusi igitur primo impetu et cla- 2  
 more hostes, oppidum captum ; duplique uictoria ouantem exult  
 Romulum Hersilia coniunx precibus raptarum fatigata orat  
 ut parentibus earum det ueniā et in ciuitatem accipiat : ita  
 rem coalescere concordia posse. Facile impetratum. Inde 3  
 contra Crustuminos profectus bellum inferentes. Ibi minus exult  
 etiam quod alienis cladibus ceciderant animi certaminis fuit.  
 Vtroque coloniae missae : plures inuenti qui propter uberta- 4, fertility  
 tem terrae in Crustumino nomina darent. Et Romam inde  
 frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis relatives  
 raptarum.

Nouissimum ab Sabinis bellum ortum multoque id maxi- 5 L. 30  
 mum fuit ; nihil enim per iram aut cupiditatem actum est,  
 nec ostenderunt bellum prius quam intulerunt. Consilio 6  
 etiam additus dolus. Sp. Tarpeius Romanae praerat arcis.  
 Huius filiam uirginem auro corrumpit Tatius ut armatos in  
 arcem accipiat ; aquam forte ea tum sacris extra moenia  
 petitum ierat. Accepti obrutam armis necauere, seu ut ui 7  
 capta potius arx uideretur seu prodendi exempli causa ne  
 it might be seen by power

7 compotum  $MP^2$  (marg.)  $F^4OE^3HRDL$  : compositum  $PFBa$  : com-  
 positorum  $E$  : compositum  $Up$   
 II 2 coniunx  $MPOE^1HD$  : coniux  $FUpBaERnL$

*kept*

8 quid usquam fidum proditori esset. Additur fabula, quod uolgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laevo gemmatosque magna specie anulos habuerint, pepigisse eam quod in sinistris manibus haberent; eo scuta illi pro aureis <sup>left</sup> <sup>bargain</sup> donis congesta. Sunt qui eam ex pacto tradendi quod in sinistris manibus esset derecto arma petisse dicant et fraude uisam agere sua ipsam peremptam mercede.

<sup>for what</sup> <sup>wild up against</sup> 12 Tenuere tamen arcem Sabini; atque inde postero die, cum Romanus exercitus instructus quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi est complessset, non prius descederunt in aequum quam irā et cupiditatē recipera<sup>that part</sup>ndae <sup>relaxing</sup> 2 arcis stimulante animos in aduersum Romani subiere. Principes utrumque pugnam ciebant ab Sabinis Mettius Curtius, ab Romanis Hostius Hostilius. Hic rem Romanam iniquo <sup>ab - quality</sup> 3 loco ad prima signa animo atque audacia sustinebat. Ut Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies fusaque est. Ad ueterem portam Palati Romulus et ipse turba <sup>where</sup> 4 fugientium actus, arma ad caelum tollens, 'Iuppiter, tuis' <sup>affekt</sup>

8 fabula *Glareanus* (cf. e.g. I. 4. 7): fabule (a suprascr. quod delect *M<sup>2</sup>*) *M*: fabulae (uel -le) *M<sup>4</sup>FU<sub>p</sub>BOEHRnDL* <sup>haberent</sup> *MP<sup>2</sup>OEH* *RnD<sup>3</sup>L*: haberant *D?*: esset haberent *P?* *F?*: esset haberet *UpBa*: esset habere *F<sup>3</sup>* <sup>9</sup> derecto *MPFBOEHRnDL*: decreto *UpEdd*. *uet. aliq. Ald.*: directo *D<sup>2</sup>* dett.

12 i recipera<sup>ndae</sup> *H*: recip- *MPFU<sub>p</sub>BOERnDL*. *Hanc nostram per i- scripturam multis in locis tuentur MPF*: recip- *tuentur UpOL* et (nisi in 5. 51. 3) *E* constanter, plerumque *HRnD*: in Ver. bis recip- ter recip- notauiimus; duo alia formae recip- exempla *Mommsenius* se repperisse dicit (Cod. Veron. p. 137), sed numero paginae ibi citatae error aliqui inest nec nos haec duo exempla repperire potuimus. In Mon. Ancyran. 34 scripsit Augustus reciperaui. Testimonia uaria reperies in adnn. nostris ad 2. 2. 6; 2. 3. 6; 2. 53. 5; 3. 18. 6-10; 3. 23. 4; 3. 53. 10; 3. 58. 4; 3. 70. 13; 5. 10. 3; 5. 12. 4; 5. 49. 3; 5. 51. 3; 7. 13. 5; 7. 18. 1; 9. 22. 10; 9. 23. 2; 9. 24. 11. De re grammatica uide sis Brugmann, Kurze Vergl. Gram. p. 254, unde, quamquam de hac uoce nihil pro certo statui potest, ueri similitudinem maiorem uidetur habere Augusti ipsius scriptura; quam nos eo libentius amplectimur quod in uetustioribus tantum codd. occurrit. Apud recentiores, ut puto, uicit grammaticorum doctrina recipere et recuperare quam longissime distinguens 3 fusaque est. Ad ueterem] De sententiarum divisione uide sis Madv. Emend.<sup>2</sup> p. 48; quem iam confirmare aliquatenus fortasse uidebitur clausulae (*Ciceronianæ*) numerus -tūr äc-i-es fu-sa-qu(e) est

strictly & verily the quoth the reward bought

inquit 'iussus auibus hic in Palatio prima urbi fundamenta ieci. Arcem iam scelerē emptam Sabini habent; inde huc armati superata media ualle) tendunt; at tu, pater deum 5 hominumque, hinc saltem arce hostes; deme terrorem Ro- 6 manis fugamque foedam siste. Hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monumentum sit posteris tua praesenti opē seruatam urbem esse, uoueo.' Haec precatus, ueluti sensisset 7 (auditae preces, 'Hinc' inquit, 'Romani, Iuppiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam iubet.' Restitere Romani tamquam caelesti uocē iussi: ipse ad primores Romulus prouolat. Mettius Curtius ab Sabinis princeps ab 8 arce decucurrerat et effusos egerat Romanos toto quantum foro spatium est. Nec procul iam a porta Palati erat, clamitans: 'Vicimus perfidos hospites, imbelles hostes; iam sciunt longe aliud esse uirgines rapere, aliud pugnare cum uiris.' In eum haec gloriantem cum globo ferociissimorum 9 iuuenum Romulus impetum facit. Ex equo tum forte Mettius pugnabat; eo pelli facilis fuit. Pulsum Romani persequuntur; et alia Romana acies, audacia regis accensa, fundit Sabinos. Mettius in paludem sese strepitū sequentium trepidante equo coniecit; auerteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo uiri. Et ille quidem adnuentibus ac uocantibus suis fauore multorum addito animo euadit: Romani Sabinique in media conualle duorum montium redintegrant proelium; sed res Romana erat superior.

Tum Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum 13 erat, crinibus passis scissaque ueste, uicto malis muliebri pauore, ausae se inter tela uolantia inferre, ex transuerso

6 monumentum *MP<sup>1</sup>FBOE<sup>2</sup>HRnL*: monumentum *UpED* (*sed in D-i- pliōre calamo, cf. I. 41. 4 adn.*): monumento *P* praesenti ope seruatam *PFBOEHRnDL* (*ubi tamen e longiore lingulam habet, &c.*): praesenti oper seruatam *M*: praesentia perseruatam *M<sup>3</sup>*: praesenti opere seruatam *Up*: praesentis ope seruatam *D<sup>2</sup>* uel *D<sup>4</sup>*: praesenti opera seruatam *in codice Medicei parente stetisse conicit Frigell* 7 ueluti *BaRn* (*cf. e.g. 2. 36. 1*): uelutis *M?* *P?*: uelut si *M<sup>1</sup>?* dett.: ueluti si *P<sup>1</sup>* uel *P<sup>2</sup>FUpOEHDL* 8 decucurrerat *MUpBHD<sup>4</sup>* dett. *aliqui*: decucurrerat *OE Edd. uet.*: cucurrerat *PFRnDL*

2 impetu facto dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc  
 patres, hinc uiros orantes, ne sanguine se nefando soceri  
 generique respergerent, ne parricidio macularent partus  
 3 suos, nepotum illi, hi liberum progeniem. 'Si adfinitatis  
 inter uos, si conubii piget, in nos uertite iras; nos causa  
 belli, nos uolnerum ac caedium uiris ac parentibus sumus;  
 melius peribimus quam sine alteris uestrum uiduae aut orbae  
 4 uiuemus.' Mouet res cum multitudinem tum duces; silen-  
 tium et repentina fit quies; inde ad foedus faciendum duces  
 prodeunt. Nec pacem modo sed ciuitatem unam ex duabus  
 faciunt. Regnum consociant: imperium omne conferunt  
 5 Romam. Ita geminata urbe ut Sabinis tamen aliquid dare-  
 tur Quirites a Curibus appellati. Monumentum eius pugnae,  
 ubi primum ex profunda emersus palude equus Curtium in  
 uado statuit, Curtium lacum appellarunt.  
 6 Ex bello tam tristi laeta repente pax cariores Sabinas uiris  
 ac parentibus et ante omnes Romulo ipsi fecit. Itaque cum  
 populum in curias triginta diuideret, nomina earum curiis  
 7 imposuit. Id non traditur, cum haud dubie aliquanto nume-  
 rous maior hoc mulierum fuerit, aetate an dignitatibus suis  
 uirorumue an sorte lectae sint, quae nomina curiis darent.  
 8 Eodem tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt.  
 Ramnenses ab Romulo, ab T. Tatio Titienses appellati:  
 Lucerum nominis et originis causa incerta est. Inde non  
 modo commune sed concors etiam regnum duobus regibus  
 fuit.

13 2 sanguine se *MO Ed. Rom. 1470, sed in M se (primo fortasse  
 omissum) in margine ad finem lineae additum deleuit M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>: se  
 sanguine PFUpBaEHRnDL: malim se omissum et respergerentur  
 pro respergerent; et in D supra -nt signum parvolum v ex (i.e.  
 -ur) natum esse potest* 4 mouet M<sup>1</sup> (nam -e- in rasura aliqua  
 scriptum est) dett. aliq. *Edd. Rom. 1469 et 1470: mouit F (sed sequitur  
 rasura): moues L: mouent PUUpBaOEHRD* 5 equus MP<sup>2</sup> marg.  
*OE<sup>3</sup>HL: equos PFUpBaER? : eques D: equum uel equom M<sup>1</sup> uel  
 M<sup>2</sup>: equum R<sup>2</sup>D<sup>4</sup> dett. aliq.* Curtium *Sabellicus, iam ab O et E<sup>1</sup>*  
*uel E<sup>2</sup> confirmatus: curtios P: curtius MP<sup>2</sup>FUUpBaEHRDL (-iūs E,*  
*ubi nihil, nisi fort. punctum infra f, non a prima manu proiectum est)*

Sive  
latives

Post aliquot annos propinqui regis Tati legatos Laurentium pulsant; cumque Laurentes iure gentium agerent, apud Tatium gratia suorum et preces plus poterant. Igitur illorum poenam in se uertit; nam Lauinii cum ad sollempne sacrificium eo uenisset concursu facto interficitur. Eam rem minus aegre quam dignum erat tulisse Romulum ferunt, seu ob infidam societatem regni seu quia haud iniuria caesum credebat. Itaque bello quidem abstinuit; ut tamen expiarentur legatorum iniuria regisque caedes, foedus inter Romam Lauiniumque urbes renouatum est.

Et cum his quidem insperata pax erat: aliud multo propius atque in ipsis prope portis bellum ortum. Fidenates nimis uicinas prope se conualescere opes rati, priusquam tantum roboris esset quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. Iuuentute armata immissa uastatur agri quod inter urbem ac Fidenas est; inde ad laeuam uersi quia dextra Tiberis arcebant, cum magna trepidatione agrestium populantur, tumultusque repens ex agris in urbem inlatus pro nuntio fuit. Excitus Romulus—neque enim dilationem pati tam uicinum bellum poterat—exercitum educit, castra a Fidenis mille passuum locat. Ibi modico praesidio relicto, egressus omnibus copiis partem militum locis circa densa obsita uirgulta obscuris subsidere in insidiis iussit: cum parte maiore atque omni equitatu profectus, id quod quaerebat, tumultuoso et minaci genere pugnae adequitando ipsis prope portis hostem exciuit. Fugae quoque, quae simulanda

<sup>14 3</sup> renouatum est *PFUpBaOEHRnDL*: om. est *M* <sup>4</sup> occupant *PFUpBaOEHRnDL*: occupabant *M* <sup>4</sup> uastatur *UpOEHR<sup>2</sup>D<sup>5</sup>*: uastantur *MPFBaRDL*: add. id *D<sup>5</sup>* <sup>5</sup> quia dextra *BaHR<sup>2</sup>D<sup>1</sup>*: quia dexteram *Up*: qua dextra *MPFOERDL* <sup>5</sup> cum magna *FRn* <sup>4</sup> *D<sup>8</sup>*: tum magna *PUpBaOEHDL*: *utrum uoluerit M credo ipsum dicere nequissime* <sup>6</sup> tam *MOHRD*: tan *L*: tantum *PFUpBa* <sup>7</sup> densa obsita uirgulta *MPFUpBOEHRDL* (*nisi quod in L uirgulata*); cf. 3. 43. 6 et cum *Frigellio* 40. 56. 9 umbrae insontis perempti filii: *damnat obsita H. J. Mueller*, sed si quid mutandum esset, facilius sane densa omitteretur. *Contra audaciores coniecturas uide Frig. Epilegom.* ad *Lib. I*, p. 30, et *Madv. Emend.<sup>2</sup>* p. 50

erat, eadem equestris pugna causam minus mirabilem dedit.  
 8 Et cum, uelut inter pugnae fugaeque consilium trepidante  
 equitatu, pedes quoque referret gradum, plenis repente  
 portis effusi hostes impulsa Romana acie studio instandi  
 9 sequendique trahuntur ad locum insidiarum. Inde subito  
 exorti Romani transuersam inuadunt hostium aciem; addunt  
 pauorem mota e castris signa eorum qui in praesidio relict  
 fuerant. Ita multiplici terrore perculti Fidenates prius paene,  
 quam Romulus quique (auehi) cum eo uisi erant circum-  
 10 agerent frenis equos, terga uertunt; multoque effusius, quippe  
 uera fuga, qui simulantes paulo ante secuti erant oppidum  
 11 repetebant. Non tamen eripuere se hosti: haerens in ter-  
 go Romanus, priusquam fores portarum obicerentur, uelut  
 agmine unq. inrumpit.

15 Belli Fidenatis contagione inritati Veientium animi et con-  
 sanguinitate—nam Fidenates quoque Etrusci fuerunt—et  
 quod ipsa propinquitas loci, si Romana arma omnibus infesta  
 finitimis essent, stimulabat. In fines Romanos excucurrerunt  
 2 populabundi magis quam iusti more belli. Itaque non castris  
 positis, non exspectato hostium exercitu, raptam ex agris  
 praedam portantes Veios rediere. Romanus contra post-  
 quam hostem in agris non inuenit, dimicacioni ultimae  
 3 instructus intentusque Tiberim transit. (Quem postquam  
 castra ponere et ad urbem accessurum) Veientes audiueret,  
 obuiam egressi ut potius acie decernerentur quam inclusi de-

8 pugnae *MP<sup>2</sup>HRnDL*: pugnam *PFUpBaOE* 9 quique  
*(auehi)* cum eo uisi erant *Walters* (*nam in codd. auehi saepe auei*  
*scriptum et qu nonnumquam cum ciu-* (9. 9. 16) *et cum au-* confusum  
*est*): quiq. (uel quique) cum eo uisi erant *UpOEH* dett. aliq.: quiq.  
*cum eo quisierant P*: quiq. cum eo equis ierant *P<sup>2</sup>F* (*sic Ba qui tamen*  
*-que plene scribit*): quiq. cum eo quiq. cum equis abierant usi erant  
*MDL* (*nisi quod in DL uisi, non usi; similia praebent M<sup>2</sup>R*): quiq. cum  
*eo equites erant D<sup>2</sup>* dett. *Edd. uet. Ald.* *Plura uide sis in Classical*  
*Quarterly*, iv (1910), p. 268

15 1 stimulabat *UpO<sup>1</sup>D<sup>3</sup>*: stimulabant *MPFBaOEHD<sup>2</sup>*: simulabant  
*RD*: simulabat *R<sup>2</sup>*: simulant (*ba suprascr.*) *L*. *In O littera -n- infra*  
*per punctum primo atramento notata est*

tectis moenibusque dimicarent. Ibi viribus nulla arte ad<sup>au</sup>  
iutis, tantum veterani robore exercitus rex Romanus uicit;  
persecutusque fusos ad moenia hostes, urbe ualida muris ac  
situ ipso munita abstinuit, agros rediens uastat, ulciscendi  
magis quam praedae studio; eaque clade haud minus quam  
aduersa pugna subacti Veientes pacem petitum oratores  
Romam mittunt. Agri parte multatis in centum annos  
indutiae datae.

Haec ferme Romulo regnante domi militiaeque gesta, quo-  
rum nihil absonum fidei diuinae originis diuinatusque post  
mortem creditae fuit, non animus in regno aucto recipiendo,  
non condendae urbis consilium, non bello ac pace firmandae.

Ab illo enim profecto viribus datis tantum ualuit ut in quad-  
raginta deinde annos tutam pacem haberet. Multitudini 8  
tamen gratior fuit quam patribus, longe ante alios acceptissi-  
mus militum animis; trecentosque armatos ad custodiam  
corporis quos Celeres appellauit non in bello solum sed etiam  
in pace habuit.

His immortalibus editis operibus cum ad exercitum recen- 16  
sendum contionem in campo ad Caprae paludem haberet,  
subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque  
tam denso regem operuit nimbo ut conspectum eius contioni  
abstulerit; nec deinde in terris Romulus fuit. Romana  
pubes sedato tandem pauro postquam ex tam turbido die  
serena et tranquilla lux rediit, ubi uacuam sedem regiam  
uidit, etsi satis credebat patribus qui proximi steterant sub-  
limem raptum procella, tamen uelut orbitatis metu icta  
maestum aliquamdiu silentium obtinuit. Deinde a paucis 3  
initio facto, deum deo natum, regem parentemque urbis

4 nulla arte F<sup>3</sup> dett. aliq. Petrus Nannius: nulla parte MPUpBa  
OEHRnDL: nulla paite F adiutis PF<sup>8</sup>UpBOEHRnDL Ed.  
Rom. 1470 Ald. (sed in P iu- in rasura a P<sup>2</sup> scripta): adiuti MF:  
adiuntis D<sup>2</sup> tantum veterani PFUpBOEHRnD<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>: tum uete-  
rani M: iam veterani tantum veterani DL 6 recuperando cf.  
I. 12. I adn.: recuperando MPFUUpBOEHRnDL

Romanæ saluere uniuersi Romulum iubent; pacem precibus exposcunt, uti uolens propitius suam semper sospitet progeniem. Fuisse credo tum quoque aliquos qui disceptum regem patrum manibus taciti arguerent; manauit enim haec quoque sed perobscura fama; illam alteram admiratio uiiri et pauor praesens nobilitauit. Et consilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. Namque Proculus Iulius, sollicita ciuitate desiderio regis et infensa patribus, grauis, ut traditur, quamvis magnae rei auctor in contionem prodit.

‘Romulus’ inquit, ‘Quirites, parens urbis huius, prima hodierna luce caelo repente delapsus se mihi obuium dedit. Cum perfusus horrore uenerabundusque adstisset petens precibus ut contra intueri fas esset, “Abi, nuntia” inquit “Romanis, caelestes ita uelle ut mea Roma caput orbis terrarum sit; proinde rem militarem colant sciantque et ita posteris tradant nullas opes humanas armis Romanis resistere posse.” Haec’ inquit ‘locutus sublimis abiit.’ Mirum quantum illi uiro nuntianti haec fidei fuerit, quamque desiderium Romuli apud plebem exercitumque facta fide immortalitatis lenitum sit.

17 Patrum interim animos certamen regni ac cupido uersabat; neqdum ta singulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruererat: factionibus inter ordines certabatur.

16 aliquos *MP<sup>2</sup>HRnDL*: alios *PFUpBaOE* sed perobscura *MP<sup>2</sup>HRnDL*: sed obscura *POE*: subobscura *FUp*: perobscura *Ba*: 5 Et consilio etiam *PFUpBaOEH*: et consilio et tam *ME<sup>1</sup> uel E<sup>2</sup>*: consilio etiam *RnDL* dett. *Ald.* (*sed in D C in consilio in ras., fort. litterae E*): *malim* etiam *seclusum* 6 uenerabundusque *PFUpB* *OEH**RnDL*: om. -que *M* dett. *alig. non male* 8 fidei *Gron. Madv.*: fides *MPFUpBaOEH**RnDL* dett. *Edd. uet. Ald. Drak.* (*an recte? cf. mirum quantum profuit 2. 1. 11*)

17 i a singulis *MPUpBaOEH**RnDL*: singulis *F*: ad singulos *Graevius* magnopere] sic hic et 3. 65. 2 et 3. 71. 8 *MPUpBOH* *RnDL* et (*nisi hic magno opere*) *F* peruererat: factionibus *MP* *FUpBaO* uel *O<sup>2</sup>EH*: peruererat factiones *O*: peruererant factiones *RnDL* dett. *Edd. uet. alig.* *Locus uariis modis templatus* (a singulis, quia . . . populo, per uim aut factionibus: inter ordines certabatur *Weissenb.*: a singulis, quia . . . populo, per uim affectabatur: inter ordines certabatur *Reuss*) nondum medicinam suam repperit, sed proxima uero uidetur *Graevi* conjectura

Oriundi ab Sabinis, ne quia post Tati mortem ab sua parte 2 non erat regnum, in societate aequa possessionem imperii amitterent, sui corporis creari regem uolebant: Romani ueteres peregrinum regem aspernabantur. In uariis uoluntatibus regnari tamen omnes uolebant, libertatis dulcedine nondum experta. Timor deinde patres incessit ne ciuitatem 4 sine imperio, exercitum sine duce, multarum circa ciuitatum inritatis animis, uis aliqua externa adoriretur. Et esse igitur aliquod caput placebat, et nemo alteri concedere in animum inducebat. Ita rem inter se centum patres, decem decuriis 5 factis singulisque in singulas decurias creatis qui summae rerum praeessent consociant. Decem imperitabant: unus 6 cum insignibus imperii et lictoribus erat: quinque dierum spatio finiebatur imperium ac per omnes in orbem ibat, annumque interuallum regni fuit. Id ab re quod nunc quoque tenet nomen interregnum appellatum. Fremere 7 deinde plebs multiplicatam seruitutem, centum pro uno dominos factos; nec ultra nisi regem et ab ipsis creatum, uidebantur passuri. Cum sensissent ea moueri patres, 8 offerendum ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt summa potestate populo permissa ut non plus darent iuris quam detinerent. Decreuerunt enim ut cum populus regem 9 iussisset, id sic ratum esset si patres auctores fierent. Hodie quoque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem 10 empoly

2 aequa  $PF^3UpOE^3RnDL$ : de qua  $H$ : quia  $MBa$ : quia  $M^2F?E$ : aequam  $Madv.$  3 regnari dett. aliq.: regnare  $MPFU_pBaOEH$   $RnDL$ : regem  $D^3$  dett. aliq. 7 nisi  $M^3PF^1UpBOEHRnDL$ : om.  $MF$  8 sensissent  $MP^2$  marg.  $F^3OHRnDL$ : censissent  $PFBa$ : censuerint  $Up$ : cessissent  $E$  ea moueri  $MRnDL$ : amoueri  $H$ : et amoueri  $PF$ ?  $UpBaE$ ; id amoueri  $F^3$ : se ammoueri  $O$  detinerent  $MPFU_pBOEHRnDL$  (sed tine ab  $M^3$  in rasura;  $M$  fortasse decernerent): retinerent  $Gron.$ , quod clausulam pessimam facit 9 sic ratum  $F^3D^4$  dett. aliq. Ald.: si gratum  $MPFBaOEHRnDL$ : sic gratum  $Up$  idem  $F^3$  Ed. Rom. 1470: id enim  $MPFU_pBaOEH$   $RnDL$ ; sed in  $E$  uerba enim ius ui adempta prius quam largiore manu scripta; scilicet librarius cum archetypum suum hic legere ipse nequirit locum seniori scribæ explendum reliquit, ut alias et in hoc codice et in aliis notaui (cf. I. 41. 4 adn.)

ius, ui adempta: priusquam populus suffragium ineat, in  
 10 incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt. Tum  
 interrex contione aduocata, 'Quod bonum, faustum felixque  
 sit' inquit, 'Quirites, regem create: ita patribus uisum est.  
 Patres deinde, si dignum qui secundus ab Romulo numerem-  
 11 tur crearitis, auctores fient.' Adeo id gratum plebi fuit ut,  
 ne uicti beneficio uiderentur, id modo sciscerent iuberentque  
 ut senatus decerneret qui Romae regnaret.

18 Inclita iustitia religioque ea tempestate Numae Pompili  
 erat. Cribus Sabinis habitabat, consultissimus uir, ut in  
 illa quisquam esse aetate poterat, omnis diuini atque humani  
 2 iuris. Auctorem doctrinae eius, quia non exstat aliis, falso  
 Samium Pythagoram edunt, quem Seruio Tullio regnante  
 Romae centum amplius post annos in ultima Italiae ora  
 circa Metapontum Heracleamque et Crotona iuuenum aemu-  
 3 lantium studia coetus habuisse constat. Ex quibus locis,  
 etsi eiusdem aetatis fuisset, quae fama in Sabinos? Aut  
 quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem discendi  
 excuiisset? Quoue praesidio unus per tot gentes dissonas  
 4 sermone moribusque peruenisset? Suopte igitur ingenio  
 temperatum animum uirtutibus fuisse opinor magis instruc-  
 tumque non tam peregrinis artibus quam disciplina tetrica ac  
 tristi ueterum Sabinorum, quo genere nullum quondam in-  
 5 corruptius fuit. Audito nomine Numae patres Romani,  
 quamquam inclinari opes ad Sabinos rege inde sumpto uide-  
 bantur, tamen neque se quisquam nec factionis suae alium  
 nec denique patrum aut ciuium quemquam praeferre illi uiro  
 ausi, ad unum omnes Numae Pompilio regnum deferendum  
 6 decernunt. Accitus, sicut Romulus augurato urbe condenda

<sup>ad hoc</sup> o in incertum  $M^3P^2U\bar{p}EHRnDL$ : incertum  $MPFBaO$

18 i uir  $M^3PFU\bar{p}BOEHRnDL$ : om.  $M$  fort. recte <sup>2</sup> Crotona

$D$ , Glareanus. quod probat Gron.: grotonam  $M$ : crottonam  $P$ : crotone-  
 nam  $P^1FU\bar{p}BaOEHRnD^2L$  Edd. uet. ; v. Drak. ad loc. qui Crotonem  
 pluribus ex locis tertiae et quartae decadis citat <sup>3</sup> quae fama  $MPF$   
 $U\bar{p}BOEHRnDL$  Edd. uet. : qua fama  $F^2$  Sigonius fort. recte in  
 Sabinos? sic interpusxit Wex, recte, si quae retinetur

regnum adeptus est, de se quoque deos consuli iussit. Inde ab augure, cui deinde honoris ergo publicum id perpetuumque sacerdotium fuit, deductus in arcem, in lapide ad meridiem uersus consedit. Augur ad laeuam eius capite uelato <sup>bp concavus</sup> 7 sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellarunt. Inde ubi prospectu in urbem agrumque capto deos precatus regiones ab oriente ad occasum determinauit, dextras ad meridiem partes, laevas ad septentrionem esse <sup>Numae</sup> dixit; signum contra, quo longissime 8 conspectum oculi ferebant, animo finiuit; tum lituo in laeuam manum translato, dextra in caput Numae imposita, ita precatus est: 'Iuppiter pater, si est fas hunc Numam Pom- 9 pilum cuius ego caput teneo regem Romae esse, uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos fines quos feci.' Tum peregit 10 uerbis auspicia quae mitti uellet. Quibus missis declaratus rex Numa de templo descendit.

Qui regno ita potitus urbem nouam conditam ui et armis, 19

uire eam legibusque ac moribus de integro condere parat.

Quibus cum inter bella adsuescere uideret non posse—quippe 2

6 in lapide *Rn* dett. *Edd.* uet. aliq.: in lapidem *MP<sup>2</sup>DL* (*sed in M* in lapi litteris solito maioribus, cf. 1. 17. 9 adn.): lapidem *PFUpBaOEH*: *malim* in lapide *seclusum* 7 quem lituum appellarunt et dextras ad meridiem . . . esse dixit *MPFUpBOEHRnDL* (*sed in RnDL* appellauerunt): *secludit Regell*, *N. Jahrb. Philol.* 1881, 618 ff. *Si uera sunt, ex praecedentibus* (ad meridiem uersus et ad laeuam eius . . . sedem cepit) *necessario sequitur ut oporteat aut in § 8 conuersus uel simile aliquid inter tum et lituo inscrere; aut, quod probat Walters, dextras partes ab occidente ad meridiem, laevas a meridie ad orientem extendi intellegere; aut statuere uerba dextras et laevas significare nihil aliud quam 'felices' et 'infelices'* 8 quo *P<sup>2</sup>* dett. aliq.: quō *M*: quod *PFUpBaOEHRnDL*: quoad *Weissb.* imposta *MPFUpBOEHD*: posita *RnDL* ita precatus est *Walters*, *aduerbum post imposta excidisse, dein perperam repositum esse statuens*: precatus est ita *ORn DL*: precatus ita est *MPFUpBEH* 9 adclarassis (*uel acc-*) *MP<sup>2</sup>UpBaOEHR?DL*: adclares sis *M<sup>3</sup>*: adclarussis *P*: ac clara assis *F<sup>3</sup>* in rasura: ac clara sint *R<sup>2</sup>D<sup>2</sup>*, a *D<sup>3</sup>* partim rescripta, dett. aliq.

19 I eam *MPFUpBOEHRnDL*: eandem olim *Harrison* (*per litteras nobis benigne missas*), sed cf. 1. 49. 9 et 3. 58. 1: *malit fort. aliquis urbe noua condita; et praebet urbem nouam condita M (-item M<sup>2</sup>) sed ceteri nihil uariant, nisi quod urbem noua- conditam (sic) praebet O*

efferari militiā animos---, mitigandum ferocem populum armo-  
rum desuetudine, ratus, Ianum ad infimum Argiletum indi-  
cem pacis bellique fecit, apertus ut in armis esse ciuitatem,  
3 clausus pacatos circa omnes populos significaret.—Bis deinde  
post Numae regnum clausus fuit, semel T. Manlio consule  
post Punicum primum perfectum bellum, iterum, quod no-  
straet aetati di dederunt ut uideremus, post bellum Actiacum  
ab imperatore Caesare Augusto pace terra marique parta.—  
4 Clauso eo cum omnium circa finitimorum societate ac  
foederibus iunxisset animos, positis externorum periculorum  
curis, ne luxuriarent otio animi quos metus hostium disci-  
plinaque militaris continuerat, omnium primum, rem ad  
multitudinem imperitam et illis saeculis rudem efficacissimam,  
5 deorum metum iniciendum ratus est. Qui cum descendere  
ad animos sine aliquo commento miraculi non posset, simulat  
sibi cum dea Egeria congressus nocturnos esse; eius se mo-  
nitu quae acceptissima dis essent sacra instituere, sacerdotes  
6 suos cuique deorum praeficere. Atque omnium primum ad  
cursus lunae in duodecim menses describit annum; quem quia  
tricenos dies singulis mensibus luna non explet desuntque sex <sup>lock</sup>  
dies solido anno qui solstitiali circumagitur orbe, intercalariis <sup>nundin</sup>  
mensibus interponendis ita dispensauit, ut uicesimo anno ad

2 efferari *MP<sup>2</sup>FBaHD?* : effariri *P* : afferri *RL* : efferos *UpOED<sup>3</sup>* :  
*sed* al efferari *E<sup>1</sup>* *marg.* : efferatis (militia animis) *D?* *dett.*

4 periculorum curis *MPFU<sub>p</sub>BEHRnL* : *ord. inuero O* : periculorum  
curis *D<sup>3</sup>* *ubi in curis littera -r- in rasura est et -s additum* : *num* peri-  
culorum *delendum?* luxuriarent *MPFU<sub>p</sub>BaOEH* : luxuriarentur  
*P<sup>2</sup>RnDL* *dett. aliq.*; *in E supra -n-* stat *punctum primi atramenti semi-*  
*oblitum quo scriba compendium litterarum -ur* (<sup>2</sup>) *incipere fortasse uoluit*

6 lunae in *M<sup>4</sup>PFU<sub>p</sub>EHRnDL* : *om. in MO* : *in B ordo est ad primū*  
lune cursus in *describit Buecheler* (*cf. adn. ad I. 42. 5; 4. 4. 2*) :  
*describit MPFBOEHRnDL Edd. uet.* : *distribuit Up* sex dies  
*scripti ex B ubi deſ qui dies* : *excidit numerus in MPUpOEHRn* : *sed*  
*ante dies in E -e in quae post rasuram scripta fuisse potest et in F dua-*  
*rum litterarum spatium occupat rasura*; *in D post dies scriptum est so-*  
*a D<sup>3</sup> in rasura quae quattuor litterarum spatium occupat* qui sol-  
stitali . . . uicesimo anno *om. F*, *add. F<sup>1</sup> infra* intercalariis  
*Heerwagen* : *intercalares F<sup>1</sup>UpBaOERnDL* : *intercaelares M<sup>3</sup> in*  
*rasura* : *intercaleres P* : *interaclares H* interponendis *MPUpOE*  
*HRn? DL* : *interponendos P<sup>2</sup>F<sup>1</sup>Ba* *dett. aliq.* : *interponendo D<sup>3</sup> : fort.*  
*legendum* *intercalares mensibus interponendo*.

metam eandem solis unde orsi essent, plenis omnium annorum spatiis dies congruerent. Idem nefastos dies fastosque fecit 7 quia aliquando nihil cum populo agi, utile futurum erat.

Tum sacerdotibus creandis animum adiecit, quamquam 20 ipse plurima sacra obibat, ea maxime quae nunc ad Dialem flaminem pertinent. Sed quia in ciuitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges putabat fore iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiae uicis desererentur, flaminem Ioui adsiduum sacerdotem creauit insignique eum ueste et curuli regia sella adornauit. Huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino, uirginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium et genti conditoris haud alienum. His ut adsiduae templi antistites essent stipendum de publico statuit; uirginitate aliisque caerimoniis uenerabiles ac sanctas fecit. Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, 4 tunicaeque pictae insigne dedit et super tunicam aeneum pectori tegumen; caelestiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu iussit. Pontificem deinde Numam 5 Marcium Marci filium ex patribus legit eique sacra omnia exscripta exsignataque attribuit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quae templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. Cetera quoque omnia publica priuata- 6 que sacra pontificis scitis subiecit, ut esset quo consultum plebes ueniret, ne quid diuini iuris neglegendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo turbaretur; nec caelestes modo 7 caerimonias, sed iusta quoque funebria placandosque manes ut idem pontifex edoceret, quaeque prodigia fulminibus alioue quo uisu missa susciperentur atque curarentur. Ad ea elicienda ex mentibus diuinis Ioui Elio aram in Auentino dicauit deumque consuluit auguriis, quae suscipienda essent.

20 3 His UpOED<sup>3</sup> dett. aliq.: iis MP<sup>2</sup>Rn<sup>2</sup>D?: is PFBaHD?L

4 Salios HRn<sup>2</sup>D<sup>1</sup> dett.: salii P<sup>2</sup> marg.: alias MPFU<sup>p</sup>BaOERnDL

5 erogaretur P<sup>p</sup>FU<sup>p</sup>BaOEHRn<sup>2</sup>DL (sed in E pecuniae rogaretur, corr. E<sup>2</sup>): erogarentur Rn: rogarentur P: rogaretur M

21 Ad haec consultanda procurandaque multitudine omni a  
 ui et armis conuersa, et animi aliquid agendo occupati erant,  
 et deorum adsidua insidens cura, cum interesse rebus humanis  
 caeleste numen uideretur, ea pietate omnium pectora im-  
 buerat ut fides ac ius iurandum †proximo† legum ac poenarum  
 2 metu ciuitatem regerent. Et cum ipsi se homines in regis  
 uelut unici exempli mores formarent, tum finitimi etiam  
 populi, qui antea castra non urbem positam in medio ad  
 sollicitandam omnium pacem crediderant, in eam uerecum-  
 diam adducti sunt, ut ciuitatem totam in cultum uersam  
 3 deorum uiolari ducerent nefas. Lucas erat quem medium ex  
 opaco specu fons perenni rigabat aqua. Quo quia se per-  
 saepe Numa sine arbitris uelut ad congressum deae inferebat,  
 Camenis eum lucum sacrauit, quod earum ibi concilia cum  
 4 coniuge sua Egeria essent. Et [soli] Fidei sollemne instituit.  
 Ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iussit manu-  
 que ad digitos usque inuoluta rem diuinam facere, signifi-  
 cantes fidem tutandam sedemque eius etiam in dexteris  
 5 sacratam esse. Multa alia sacrificia locaque sacris faciendis,  
 quae Argeos pontifices uocant, dedicauit. Omnium tamen  
 maximum eius operum fuit tutela per omne regni tempus

21 1 proximo Vorm. MPFU<sub>p</sub>BaOEHRnDL Ed. Rom. 1469, sed in  
*E* et *O* punctum praecedit media in linea (-proximo): propulso dett.  
 alig.: pro Novák probante H. J. Muellerio: proxime (*cum metum in seq.*)  
*Muretus*, quem secutus Gron. conjecturam suam pro summo reuocauit:  
 pro anxio uel pro obnoxio Madv. : pro nimio optime Walters; *ipsa prae-*  
*positio pro per Ouidii testimonium stabilita paene certa est* (Proque metu  
 populum sine ui pudor ipse regebat, *Fast. I. 251*)      ante M : ante  
*PFU<sub>p</sub>BaOEHRnDL* (recte? cf. 4. 26. 4; 9. 39. 5)      uiolari *MOEH*  
*RnDL*: uiolare *PFU<sub>p</sub>Ba fort.* recte (sed cf. I. 5. 5)      3 ibi *Nannius*,  
 dett. alig.: sibi *MPFU<sub>p</sub>BaOEHRnDL Edd* uet. *Ald.* (sed in *M* litteris  
 solito maioribus)      concilia *PFU<sub>p</sub>BOEHRnDL*: consilia *M*  
 4 soli seclusit *Sigonius* et s'c *Rycquius* pro soll ex sequenti sollemne  
*prae sumpto habens*: solus *Seeley* (cf. *Dion. Hal.* 2. 75 πρῶτος ἀνθρώπων  
 ἵερὸν ἐδρύσατο πίστεως) uix recte: melius *Sollae* (i.e. intemeratae) *Hayley*,  
*Harvard Studies* 7. 215. *Conspirant codd.* (*MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL*) et  
*Edd.* uet. omnes nisi quod in *E* supra -i aliquid (fort. ae, fort. ū, i.e.  
 solium, erasum est)      Ad id] ante Ad quattuor uel quinque litterae  
 in *M* erasae et in *E* ibidem uacat tantundem spatii: om. id *B*

haud minor pacis quam regni. Ita duo deinceps reges, alias 6  
alia uia, ille bello, hic pace, ciuitatem auxerunt. Romulus  
septem et triginta regnauit annos, Numa tres et quadraginta.  
Cum ualida tum temperata et belli et pacis artibus erat  
ciuitas.

Numae morte ad interregnum res rediit. Inde Tullum 22  
Hostilium, nepotem Hostili, cuius in infima arce clara pugna  
aduersus Sabinos fuerat, regem populus iussit; patres auc-  
tores facti. Hic non solum proximo regi dissimilis sed 2  
ferocior etiam quam Romulus fuit. Cum aetas uiresque  
tum auita quoque gloria animum stimulabat. Senescere  
igitur ciuitatem otio ratus undique materiam excitandi belli  
quaerebat. Forte euenit ut agrestes Romani ex Albano 3  
agro, Albani ex Romano praedas in uicem agerent. Imperi- 4  
tabat tum Gaius Cluilius Albae. Vtrimeque legati fere sub  
idem tempus ad res repetendas missi. Tullus praeceperat  
suis ne quid prius quam mandata agerent; satis sciebat  
negaturum Albanum; ita pie bellum indici posse. Ab Al- 5  
banis socordius res acta; excepti hospitio ab Tullo blonde  
ac benigne, comiter regis conuiuum celebrant. Tantis per  
Romani et res repetierant priores et neganti Albano bellum  
in tricesimum diem indixerant. Haec renuntiant Tullo.  
Tum legatis Tullus dicendi potestatem quid petentes uenerint 6  
facit. Illi omnium ignari primum purgando terunt tempus:  
se inuitos quicquam quod minus placeat Tullo dicturos, sed  
imperio subigi; res repetitum se uenisse; ni reddantur, bel-

22 2 quam Romulus *MPFU<sup>p</sup>BaOEH Edd. uet.*: romulo *RnDL*  
dett. aliq. 4 Cluilius *Glareanus ex i. 23. 7 inf. et (e.g.) Dion.*  
*Hal. 8. 22. 1*: cluilius *M*: ciuilius *P<sup>2</sup> uel P<sup>1</sup> (in rasura)* *E<sup>3</sup>H* dett. aliq.:  
ciiilius *O (summa sic cum cura)*: ciuibus *DL*: erasum in *Rn*: om.  
*FB*: g. publius *Up* 5 comiter *P<sup>2</sup>U<sup>p</sup>OEH*: *cum hoc aduerbio archetyp*i* dittographia comi fronte *uarie*, ut solet, in codd. intermixta est*;  
comi fronte comiter *PFBa*: cum fronte comi *R*: fronte comiter *M?*:  
concomi fraterniterque *M<sup>3</sup>*: concomiter fraterniterque *M<sup>4</sup>*: cum  
fronte comit muniter *D*: comiter fronte *D<sup>3</sup>*: cum fronte communi *L*

6 tum *PFU<sup>p</sup>BOEHRnDL Edd. uet.*: tunc *M* facit *PFU<sup>p</sup>Ba*  
*OEHRnDL Edd. uet. aliq.*: fecit *M Ed. Rom. 1470*

7 lum indicere iussos. Ad haec Tullus 'Nuntiate' inquit, 'regi uestro regem Romanum deos facere testes, uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, ut in eum omnes expetant huiusce clades belli.'

*outalim  
despte  
pat  
Suum  
Poc  
b  
magis  
1. 22. 4.*

23 Haec nuntiant domum Albani. Et bellum utrimque summa ope parabatur, ciuili simillimum bello, prope inter parentes natosque, Troianam utramque prolem, cum Lauinium ab Troia, ab Lauinio Alba, ab Albanorum stirpe regum 2 oriundi Romani essent. Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit, quod nec acie certatum est et tectis modo dirutis alterius urbis duo populi in unum con 3 fusi sunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere. Castra ab urbe haud plus quinque milia passuum locant, fossa circumdant; fossa Clilia ab nomine ducis per aliquot saecula appellata est, donec cum 4 re nomen quoque uetustate aboleuit. In his castris Clilius Albanus rex moritur; dictatorem Albani Mettium Fufetium creant. Interim Tullus ferox, praecipue morte regis, magnum que deorum numen ab ipso capite orsum in omne nomen Albanum expetitum poenas ob bellum impium dictitans, nocte praeteritis hostium castris, infesto exercitu in agrum Albanum 5 pergit. Ea res ab statuis exciuit Mettium. Dicit quam proxime ad hostem potest; inde legatum praemissum nuntiare Tullo iubet priusquam dimicent opus esse conloquio; si secum congressus sit, satis scire ea se allaturum quae nihil 6 minus ad rem Romanam quam ad Albanam pertineant. Haud aspernatus Tullus, tamen si uana adferantur in aciem educit.

*PFBaHDL : ciuilii F<sup>2</sup>UpOE uetustate Rn : cum uetustate MPF UpBaOEHD<sup>L</sup>; sed Up re quoque nomen habet et in O re nomen quoque desunt, unde patet corruptelae origo; cf. 4. 7. 10 cum adn. et Praef. § 1. 4 Clilius ut supra : clilius M : ciuilius PFUpBOEHRnDL 5 quam proxime Vorm. MPFBaOEHRnDL Edd. uet. : qua proxime Gron., Up, fort. recte 6 tamen si uana adferantur I. H. Voss (cf. si destituat spes 1. 41. 1) : tametsi uana adferebantur (uel aff-) MPF UpBaOEHRnDL Edd. uet. : tametsi uana adferri rebatur Tan. Faber*

Exeunt contra et Albani. Postquam instructi utrimque stabant, cum paucis procerum in medium duces procedunt. Ibi 7 infit Albanus : (Iniurias et non redditas res ex foedere quae repetitae sint, et ego regem nostrum Cluilium causam huiusc esse belli audisse uideor, nec te dubito, Tulle, eadem prae te ferre ; sed si uera potius quam dictu speciosa dicenda sunt, cupido imperii duos cognatos uicinosque populos ad arma stimulat. Neque, recte an perperam, interpretor. 8 Fuerit ista eius deliberatio qui bellum suscepit : me Albani gerendo bello ducem creauere. Illud te, Tulle, monitum uelim : Etrusca res quanta circa nos teque maxime sit, quo propior es [Volscis], hoc magis scis. Multum illi terrā, plurimum mari pollut. Memor esto, iam cum signum 9 pugnae dabis, has duas acies spectaculo fore ut fessos confessus simul uictorem ac uictum adgrediantur. Itaque si nos di amant, quoniam non contenti libertate certa in dubiam imperii seruitiique aleam imus, ineamus aliquam uiam quā utri utris imperent sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi decerni possit.' Haud displicet 10 res Tullo quamquam cum indole animi tum spe uictoriae ferocior erat. Quaerentibus utrimque ratio initur, cui et fortuna ipsa praebuit materiam.

6 Postquam instructi *Sabellicus* (1498), *Ald.* : postquam structi *MP FU<sub>p</sub>BaOERnDL* (*num recte?*) : postquam fructi *H* procedunt *PFU<sub>p</sub>BaOE* : prodeunt procedunt *M* : prodeunt *HRnDL* *dett. aliq.*  
 7 Cluilium *M* (*cf. supr. i. 22. 4*) : cisiulium *L* : ciuilium *PFU<sub>p</sub>BOEH RnD* audisse *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* : dicentem addere uolui*Iac. Perizonius* *sed cf. 4. 20. 7* (*ubi simile aliquid desiderabat Gron.*). Mutuo sese tutantur hi loci ; plura in lexicis reperies 8 uelim. Etrusca *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>OEH RnDL* : uelli metrusca *MP* : uelim etrustica *F?B* (*sed in F* uellim) : uelim etrusca *F<sup>3</sup>* : uellem etrusca *Up* quo *MPU<sub>p</sub>OE HRnDL* : qui *FBa* propior *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>OE<sup>1</sup>* uel *E<sup>2</sup>HRn* : propior *MPBaED<sup>2</sup>* : proprio *DL* es *HRnD<sup>2</sup>* : res *DL* : om. *MPFU<sub>p</sub>BaOE* Volscis (*uel Vulscis*) *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BaOE<sup>1</sup>* uel *E<sup>2</sup>HDL* : uul scis *Rn* : uulsi *PE* : *seclusit Voss* : Tuscis *Strothius* : (*propiores*) uos *Grynaeus* hoc magis scis *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnD* : om. *L* 9 qua *UpOE<sup>2</sup>* *HRnDL* : quam *MPFE* : om. *B* utri utris *MP<sup>1</sup>* *marg. O<sup>2</sup>E<sup>2</sup>HRn* *DL* : ueri utris *O* : ut utri *PB* : eter utri *F<sup>3</sup>* (*F obscuratum est*) : utri *UpE* 10 cum indole *MP<sup>2</sup>OEH RnDL* : tum indole *PFU<sub>p</sub>BaD<sup>3</sup>* *dett.*

24 Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fratres, nec aetate nec uiribus dispares. Horatios Curiatosque fuisse satis constat, nec ferme res antiqua alia est nobilior ; tamen in re tam clara nominum error manet, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utroque trahunt ; plures tamen inuenio qui Romanos Horatios uocent ; hos ut sequar 2 inclinat animus. Cum trigeminis agunt reges ut pro sua quisque patria dimicent ferro ; ibi imperium fore unde uictoria fuerit. Nihil recusatur ; tempus et locus conuenit. 3 Priusquam dimicarent foedus ictum inter Romanos et Albanos est his legibus ut cuiusque populi ciues eo certamine uicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Foedera 4 alia aliis legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec ullius uetustior foederis memoria est. Fetialis regem Tullum ita rogauit : 'Iubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani foedus ferire?' Iubente rege, 'Sagmina' inquit 'te, rex, posco.' Rex ait : 'Pura 5 tollito.' Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit. Postea regem ita rogauit : 'Rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium, uasa comitesque meos?' Rex respondit : 'Quod sine fraude mea populique Romani, 6 Quiritium fiat, facio.' Fetialis erat M. Valerius ; is patrem patratum Sp. Fusum fecit, uerbena caput capilloisque tangens. Pater patratus ad ius iurandum patrandum, id est, sanciendum fit foedus ; multisque id uerbis, quae longo effata.

24 3 cuiusque *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* (cf. *cum Gron.* quandoque 1. 31. 4 ; 9. 10. 9, et e.g. *Plaut. Mil.* 160; *Sall. Cat.* 39. 6) : cuius dett. *aliquod*. *Ald.*, sed in iuris formulis amat *Lituuii uetustiores formas*, cuius rei nimis saepe obliuiscuntur editores ; cf. etiam 3. 37. 7 *cum adn.* 5 *Pura dett. aliquod, probante Postgatio* : puram *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* : *delebat Ussing* 6 is patrem *Vorm. M Ed. Rom.* 1470 : om. is *PF UpBOEHRnDL* dett. *Edd. uet. plerique* patrandum, id est *PUpB* : patrandum id ē *EF* : patrono umid ē *M* (*sed supra lineam aliquid iam erasum est inter-o et u-*; *habebat igitur fort. patronum*) : patrandum id (i.e. idem) *OL* : patrandum idem *D* : patrandum id *Rn* : patrandum est *H* fit *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* : est fit *RnDL* dett. *aliquod*. (fort. est ex e littera natum est quae in *PF* supra uocem sanciendum scripta est, prima in utroque manu, ut sanciendum efficiatur)

carmine, non operaे est referre, peragit. Legibus deinde 7 *grosst*  
 recitatis, 'Audi' inquit, 'Iuppiter; audi, pater patrate populi  
 Albani; audi tu, populus Albanus. Vt illa palam primā po-  
 strema ex illis tabulis ceraue recitata sunt sine dolo malo, uti-  
 que ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus po-  
 pulus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico 8 *suspi*  
 consilio dolo malo, tum tu ille Diespiter populum Romanum  
 sic ferito ut ego hunc porcum hic hodie feriam; tantoque  
~~strike~~ magis ferito quanto magis potes pollesque.' Id ubi dixit por- 9  
 cum saxo silice percussit. Sua item carmina Albani suum-  
 que ius iurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes  
 peregerunt.

Foedere icto trigemini, sicut conuenerat, arma capiunt. 25  
 Cum sui utrosque adhortarentur, deos patrios, patriam ac  
 parentes, quidquid ciuium domi, quidquid in exercitu sit,  
 illorum tunc arma, illorum intueri manus, feroce et suopte  
 ingenio et pleni adhortantium, uocibus in medium inter duas  
 acies procedunt. Considerant utrimque pro castris duo 2  
 exercitus, periculi magis praesentis quam curae expertes;  
 quippe imperium agebatur in tam paucorum uirtute atque  
 fortuna positum. Itaque ergo erecti suspensique in minime  
*Free Fire*

7 Iuppiter; audi *MPFBOEHRnDL* (*sed in L iupi- et in E -i (in  
 audi) pleniore calamo*, cf. 1. 41. 4 adn.): *om. Up* pater *MOEH*  
*RnDL*: inquit, pater *P<sup>1</sup>F*: inquit pater *Ba*: audi inq pater *F* audi,  
*tu MP<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>UpOE* (*ubi tú, fort. = tum*, cf. 5. 43. 1 adn.) *RnD<sup>2</sup>*:  
*auditu PFBHDL*: audito *Krupp*, *C. Schenkl*: audiat *H. J. Mueller*  
 (cf. 1. 32. 6): *sed cf. 8. 9. 4* postrema *Vorm. Rn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>* dett. *aliqu.*:  
*postremum MPFU<sup>p</sup>BaOEHRnDL Ed. Rom. 1469*: postremae *Edd.*  
*uet. plures* 8 *defexit Vorm. MPFU<sup>p</sup>BOEH*: defecit *RnD*: de-  
*ficerit D<sup>x</sup> dett. aliqu. Edd. uet.*: deficiet *L*: deficit *M<sup>2</sup>L<sup>1</sup>* tum tu  
*Crevier*: tum *Vorm. MPFU<sup>p</sup>BaOEHRnD? L*: tuus *D?*: tu *D<sup>x</sup>* dett.  
*aliqu. Ald.* ille Diespiter *Skutsch* (*et sic antea Turneb. et Duker*; cf.  
*e.g. Cic. Cat. iii. §§ 22 et 29; Plaut. Most. 398, et plura in Class. Quar-*  
*terly*, iv (1910), p. 269): ille dies iuppiter *Vorm. MPFBaOEHRnDL*:  
*uel diespiter Vorm.*<sup>x</sup> : illa die iuppiter *Up*: illo die Diespiter *Weissb.*

9 *Id ubi dixit MP<sup>2</sup>HRnDL*: *id dixit ubi PU<sup>p</sup>Ba*: ubi id dixit *OE*  
 (*sed in O ante id erasum est di*): dixit. Ubi *F*

25 1 Cum sui *MHRnDL Edd. Rom. 1469 et 1470*: *ante cum add.*  
*armati PFU<sup>p</sup>BaOE* (*sed in E punctis notatur ut delendum*): *post sui*  
*add. milites M<sup>1</sup> marg.*

3 gratum spectaculum animo incenduntur. Datur signum infestisque armis uelut acies terni iuuenes magnorum exercituum animos gerentes concurrunt. Nec his nec illis periculum suum, publicum imperium seruitiumque obuersatur animo futuraque ea deinde patriae fortuna quam ipsi fecissent.

4 Vt primo statim concursu increpuere arma micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit et neutro 5 inclinata spe, torpebat uox spiritusque. Conseruis deinde manibus cum iam non motus tantum corporum agitatioque anceps telorum armorumque sed uolnera quoque et sanguis spectaculo essent, duo Romani super alium alius, uolneratis 6 tribus Albanis, exspirantes corruerunt. Ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimis 7 uice unius quem tres Curiati circumsteterant. Forte is integer fuit, ut uniuersis solus nequaquam par, sic aduersus singulos ferox. Ergo ut segregaret pugnam eorum capessit fugam, ita ratus secuturos ut quemque uolnere adfectum 8 corpus sineret. Iam aliquantum spatii ex eo loco ubi pugnatum est aufugerat, cum respiciens uidet magnis inter 9 uallis sequentes, unum haud procul ab sese abesse. In eum magno impetu rediit; et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis uti opem ferant fratri, iam Horatius caeso hoste uictor secundam pugnam petebat. Tunc clamore qualis ex insperato fauentium solet, Romani adiuuant militem suum;

<sup>2</sup> animo incenduntur *MPFU<sub>p</sub>BaOEHRnDL* 'uetus lectio' Rhenan. (cf. 22. 12. 3) : animo intenduntur Gebhard, quod probat Drak. Harleiani codicis lectione falso nuntiata inductus <sup>3</sup> obuersatur *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>OEHRnD<sup>3</sup>*, 'uet. lectio' Rhenan. : obseruatur *PBaRnD* (sed puncto supra -b- addito) *L* dett. aliq. <sup>4</sup> increpuere *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnDL* —sed in B int— (cf. Verg. G. 1. 382) : concrepuere H. J. Mueller <sup>5</sup> uice *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnD<sup>x</sup>* : uicet *D*: uices *L* : uicem Gron., Madv., fort. recte, sed nihil muto <sup>7</sup> ut quemque *PFU<sub>p</sub>BEHRnD*: ut quique *O* (ut uidetur) : ut quimque *uel* ut quemque *O<sup>1</sup>*: ut quisque *O<sup>3</sup>*: quo quem *M* (fort. recte si ita pro ad id spatii accipias) : quemque *M<sup>2</sup>* <sup>9</sup> Curiatiis *M?* *UpB* (sed -tis) *O* (sed -ciis) *E<sup>3</sup>HR<sup>2</sup>* : curatiis *D<sup>2</sup>* : curatis *M?* *PFRl* : curatiis *E<sup>2</sup>*? *D* (num recte?) : curiat *E* : curatiros *M<sup>2</sup>* qualis *MPFU<sub>p</sub>BOEHRnD*: add. esse Madv. sed cf. 2. 34. 2 : quali *L* fauentium *Vorm.?* *MPFU<sub>p</sub>BaOE<sup>1</sup>HD* : pauentium *P<sup>2</sup>ERnDL Ald.*

end hasten

et ille defungi proelio festinat. Prius itaque quam alter—<sup>10</sup>  
 nec procul aberat—consequi posset, et alterum Curiatum  
 conficit; iamque aequato Marte singuli supererant, sed <sup>11</sup>  
 nec spe nec uiribus pares. Alterum intactum ferro corpus et  
 geminata uictoria ferocem in certamen tertium dabat: alter  
 fessum uolnere, fessum cursu trahens corpus uictusque fra-  
 trum ante se strage uictori obicitur hosti. Nec illud proelium <sup>def.</sup> <sup>1</sup>  
 fuit. Romanus exsultans ‘Duos’ inquit, ‘fratrum manibus <sup>12</sup> manus  
 dedi; tertium causae belli huiusce, ut Romanus Albano  
 imperet, dabo.’ Male sustinenti arma, gladium superne <sup>di</sup>  
 iugulo defigit, iacentem spoliat. Romani ouantes ac gratu- <sup>13</sup>  
 lantes Horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio, quo prope  
 metum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam <sup>Tei r</sup>  
 paribus animis uertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri  
 dicionis alienae facti. Sepulcra exstant quo quisque loco <sup>14</sup> <sup>subject</sup>  
 cecidit, duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana  
 Romam uersus sed distantia locis ut et pugnatum est.

Priusquam inde digrederentur, roganti Mettio ex foedere <sup>26</sup>  
 icto quid imperaret, imperat Tullus uti iuuentutem in armis  
 habeat: usurum se eorum opera si bellum cum Veientibus <sup>1633</sup>  
 foret. Ita exercitus inde domos abducti. Princeps Horatius <sup>2</sup>  
 ibat, trigemina spolia prae se gerens; cui soror uirgo, quae <sup>bey. obtem</sup>  
 desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obuia ante portam Capenam  
 fuit, cognitoque super umeros fratri paludamento sponsi <sup>359</sup>  
 quod ipsa confecerat, soluit crines et flebiliter nomine spon-  
 sum mortuum appellat. Mouet feroci iuueni animum com- <sup>3</sup>  
 ploratio sororis in uictoria sua tantoque gaudio publico.  
 Stricto itaque gladio simul uerbis increpans transfigit puellam.  
 ‘Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum,’ inquit, ‘obliga <sup>4</sup> chide

Athen/impv <sup>interv.</sup> <sup>10</sup> nec M: qui nec *M<sup>1</sup>PFUpBOEHRnDL* (cf. 1. 48. 7): olim add.  
 ipse Postgate <sup>11</sup> dabat *MPFUpBaOE*: dabant *HRnDL*

<sup>12</sup> causae *Gron.*, *M* dett. aliq.: causam *M<sup>2</sup>PFUpBaOEHRnDL*  
*Edd. uet.* <sup>13</sup> quo prope *MPFUpBOEHDL* (uide *Drak. ad loc. et*  
*cf. e.g. 25. 29. 6; 28. 44. 9*): quod prope *Rn* dett. aliq. <sup>14</sup> ut et  
*Vorm. MPFUpOEH*: et ut *RnDL* dett. aliq. *Ed. Rom. 1470 Ald.*: ut  
*Ba Edd. uet.*

fratrum mortuorum uiuique, oblita patriae. Sic eat quae-  
5 cumque Romana lugebit hostem.' Atrox uisum id facinus  
patribus plebique, sed recens meritum facto obstabat. Tamen  
raptus in ius ad regem. Rex ne ipse tam tristis ingratique  
ad uolgs iudicii ac secundum iudicium supplicii auctor  
esset, concilio populi aduocato 'Duumuiros' inquit, 'qui  
Horatio perduellionem iudicent, secundum legem facio.'

6 Lex horrendi carminis erat: 'Duumuiri perduellionem iu-  
dicent; si a duumuiris prouocarit, prouocatione certato; si  
uincent, caput obnubito; infelici arbori reste suspendito;  
7 uerberato uel intra pomerium uel extra pomerium.' Hac  
lege duumuiri creati, qui se absoluere non rebantur ea lege  
ne innoxium quidem posse, cum condemnassent, tum alter  
ex iis 'Publi Horati, tibi perduellionem iudico' inquit. 'I,  
8 lictor, colligā manus.' Accesserat lictor iniciebatque la-  
queum. Tum Horatius auctore Tullo, clemente legis inter-  
prete, 'Prouoco' inquit. Itaque prouocatione certatum ad  
9 populm est. Moti homines sunt in eo iudicio maxime  
P. Horatio patre proclamante se filiam iure caesam iudicare;  
ni ita esset, patrio iure in filium animaduersurum fuisse.

26 4 uiuique *PFUpBOEHRnDL*: uiuitque *M*: uiueque *F<sup>3</sup>* (scil.  
patriae) Romana *Vorm.* *MPUpOERnD?* *L*: Romanum *FBaHD<sup>2</sup>*  
*dett. plures (non L)* 5 facto obstabat *MPFUpBOEDL*: factum  
obstabat *Rn*: obstabat facto *H*: *malim facto deletum, quamquam cf.*  
*Sall. Cat. 52. 31* uita cetera eorum sceleri huic obstat *ubi sceleri obstat*  
*significat 'sceleri oppositum est, sceleris poenae obstat'* in ius *P<sup>2</sup>*  
*marg. OE<sup>3</sup>HRnL*: initus *M*: intus *PFUpBaD*: intus (i *suprascr.*) *E*  
ac secundum *Rhenan.*, *F<sup>3</sup>*: ad secundum *MPFUpBaOEHnDL*:  
'antiqua lectio' *Rhenan.*: aut secundum *dett. Edd. uet. Ald.*  
Duumuiri sic hic et infra (quater omnino) scriptum in *MPFBOEHDL*  
repperimus 6 uel extra pomerium. Hac *PFUpB* (sed *Ac*) *OEH*  
*RnDL*: hac *M* (*uix recte*): uel extra hac *M<sup>5</sup>* fort. *recte* (i. e. uel extra.  
Hac) 7 ex iis *Madv.*: ex his *MPFUpOEHnDL* (cf. 1. 4. 6 *adn.*)  
inquit, I lictor *dett. aliq. Modius* (Frankf. 1588): inqui I lictor *M*:  
inquit lictor *M<sup>3</sup>* uel *M<sup>4</sup>* *PFUpBOEHRnL*: inquit lictor i *D<sup>2</sup>*  
8 Itaque *Tan. Faber*: ita de *MPFUpBOEHRnDL* *Ald.*: ita demum  
*dett. aliq.* 9 iure caesam *usque ad* in filium *om. FH*: in *marg.*  
*add.* iure cesam iudicare ni ita esset in filiam patris iure usurum *F<sup>2</sup>*  
in filium *dett. aliq. Edd. uet.*: in filiam *MPF<sup>2</sup>* *marg. UpBaOEH*  
*RnDL*

Orabat deinde ne se quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent orbum liberis facerent. Inter haec senex 10 iuuenem amplexus, spolia Curiatorum fixa eo loco (qui nunc Pila Horatia appellatur) ostentans, 'Huncine' aiebat, 'quem modo decoratum ouantemque uictoria incidentem uidistis, Quirites, eum sub furca uinctum inter uerbera et cruciatus uidere potestis? quod uix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. I, lictor, colliga manus, quae 11 paulo ante armatae imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis huius; arbore infelici suspende; uerbera uel intra pomerium, modo inter illa pila et spolia hostium, uel extra pomerium, modo inter sepulcra Curiatorum; quo enim ducere hunc iuuenem potestis ubi non sua decora eum a tanta foeditate supplicii uindicent?' Non tulit populus nec patris lacrimas nec ipsius parem in 12 omni periculo animum, absoluuntque admiratione magis uirtutis quam iure causae. Itaque ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis 13 quae deinde genti Horatiae tradita sunt, transmisso per uiam tigillo, capite adoperto uelut sub iugum misit iuuenem. Id <sup>adone sui filio</sup> beam hodie quoque publice semper refectum, manet; sororium refectorium tigillum uocant. Horatiae sepulcrum, quo loco corruerat 14 icta, constructum est saxo quadrato.

Nec diu pax Albana mansit. Inuidia uolgi quod tribus 27 militibus fortuna publica commissa fuerit, uanum ingenium dictatoris corruptit, et quoniam recta consilia haud bene eue-

<sup>11</sup> I, lictor  $M^2P^1FU\bar{p}BOEHRnD^2$ : ii lictor  $MD?$ : in lictor  $L$ : lictor  $P$  (*ubi*  $P^1$  add. I *longam ante* lictor *et*  $P^2$  *signum aliquod* (m) *supra posuit, fort. dubitationem indicans*) I, caput  $Vorm.^2 UpOERnD^2$ : ii caput  $MPFBaHDL$ : caput  $Vorm. M^2$  14 constructum est  $MPF UpBaOEH$ : add. ibi  $Rn$ : add. -que *post* constructum *et* ibi *post* est  $DL$  *dett. aliq.*

<sup>27</sup> i fuerit  $MPFU\bar{p}BOERDL Ald.$  (cf. I. 11. 8; 7. 4. 4; *et de consecutione temporum App. II ed. meae Libri II, Cantab. 1901*): fuerat  $HR^2$ : foret uel (cum Bauero) fuerat uoluit Madv.

2 nerant, prauis reconciliare popularium animos coepit. Igitur  
 ut prius in bello pacem, sic in pace bellum quaerens, quia  
 suae ciuitati animorum plus quam uirium cernebat esse, ad  
 bellum palam atque ex edicto gerendum alios concitat popu-  
 los, suis per speciem societatis proditionem reseruat. Fide-  
 nates, colonia Romana, Veientibus sociis consilii adsumptis,  
 pacto transitionis Albanorum ad bellum atque arma inci-  
 tantur. Cum Fidenae aperte descissent, Tullus (Mettio  
 exercituque eius ab Alba accito) contra hostes dicit. Vbi  
 Anienem transiit, ad confluentes conlocat castra. Inter eum  
 locum et Fidenas Veientium exercitus Tiberim transierat.  
 5 Hi et in acie prope flumen tenuere dextrum cornu ; in sini-  
 stro Fidenates proprius montes consistunt. Tullus aduersus  
 Veientem hostem derigit suos, Albanos contra legionem  
 Fidenatium conlocat. Albano non plus animi erat quam  
 fidei. Nec manere ergo nec transire aperte ausus sensim ad  
 6 montes succedit ; inde ubi satis subisse sese ratus est, erigit  
 totam aciem, fluctuansque animo ut tereret tempus ordines  
 explicat. Consilium erat qua fortuna rem daret, ea inclinare  
 7 uires. Miraculo primo esse Romanis qui proximi steterant  
 ut nudari latera sua sociorum digressu senserunt ; inde eques  
 citato equo nuntiat regi abire Albanos! Tullus in re trepidat  
 8 duodecim uouit Salios fanaque Pallori ac Pauori. Equitem  
 clara increpans uoce ut hostes exaudirent, redire in proelium  
 iubet : nihil trepidatione opus esse ; suo iussu circumduci  
 Albanum exercitum ut Fidenatium nuda terga inuadant ;  
 9 id imperat ut hastas equites erigerent. Id factum, magna

4 transiit *D<sup>2</sup> dett. aliq. Ed. Rom. 1469* : transierat *Up dett. aliq.* :  
*transit MPFBaOEHRnDL* 5 *Hi et in MOEHRnD* : *Hii et in*  
*PFBa* : *Hic et in L* : *delet et Weissb.* *derigit PL* : *dirigit MFUpB*  
*OEHRnD* 6 *ea POEHRnD<sup>2</sup> Ed. Rom. 1469 Ald.* : *eam MF? Ba* :  
*eo F<sup>3</sup>UpRn<sup>2</sup>D dett. aliq.* 8 *inuadant M<sup>3</sup>PFU<sup>2</sup>BaOED<sup>2</sup>* : *inuadat*  
*Vorm. M? P<sup>2</sup>HRDL dett. aliq. Ald.* *idem Vorm. MPFU<sup>2</sup>OEH*  
*RnDL* : *id est Ba* : *inde dett. unus, Campanus* : *item Weissb.* : *eidem uel*  
*inde uoluit Gron.* *hastas Vorm. MPFU<sup>2</sup>BOEHR<sup>2</sup>* : *astas RD<sup>2</sup>* :  
*asta D* : *arta L* *equites Vorm. MPFU<sup>2</sup>BOEHD<sup>2</sup>* : *sequentes*  
*RDL dett. aliq. Ed. Rom. 1470* *erigerent dett. unus, Modius*

parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus intersaepsit; qui uiderant, id quod ab rege auditum erat rati, eo acrius pugnant. Terror ad hostes transit; et audiuerant clara uoce dictum, et magna pars Fidenatum, ut quibus coloni additi Romani essent, Latine sciebant. Itaque 10 ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga uertunt. Instat Tullus fusoque Fidenatum cornu in Veientem alieno pauore perculsum ferocior redit. Nec illi tulere impetum, sed ab effusa fuga flumen obiectum ab tergo arcebat. Quo postquam fuga inclinauit, alii arma 11 foede iactantes in aquam caeci ruebant, alii dum cunctantur in ripis inter fugae pugnaeque consilium, oppressi. Non alia ante Romana pugna atrocior fuit.

Tum Albanus exercitus, spectator certaminis, deductus in 28 campos. Mettius Tullo deuictos hostes gratulatur; contra Tullus Mettium benigne adloquitur. Quod bene uertat, castra Albanos Romanis castris iungere iubet; sacrificium lustrale in diem posterum parat. Vbi inluxit, paratis omnibus ut adsolet, uocari ad contionem utrumque exercitum iubet. Praecones ab extremo orsi, primos exciuerere Albanos. Hi nouitate etiam rei moti ut regem Romanum contionantem audirent proximi constitere. Ex composito armata circum- 3 datur Romana legio; centurionibus datum negotium erat ut sine mora imperia exsequerentur. Tum ita Tullus infit: 4

<sup>ex scidis Coloniensibus</sup>: erigere erigerent iubeat *M*: erigerent iubeat *PFUpBa*: erigere iubeat *Vorm.* *F<sup>2</sup>OER<sup>2</sup>D<sup>2</sup>L<sup>2</sup>*: eriere iubeat *H*: erigere erigerent iubet *M<sup>2</sup>R?* *L* dett. aliq. et correctio aliqua similis ab *D<sup>3</sup>?* inserta sed posteas erasa: erigere iubet *DM<sup>4</sup>* et fort. *O<sup>4</sup>* 9 ut quibus Walters (cf. I. 40. 5 cum adn.): ut queis *Tan. Faber*: ut qui *MPFUpBOEHRnD<sup>1</sup>* uel *D<sup>3</sup>*: et qui *DL* Romani Walters, *Tan. Faberium secutus*: Romanis *MPFUpBOEHRnDL*, quod nauiter defendit *Iac. Gron.* ex locis 3. I. 7; 4. II. 4; 8. 14. 8; inter quae tamen nihil ad linguae Latinae commercium satis pertinet 10 perculsum *M<sup>3</sup>PFUpBOEHRnDL<sup>1</sup>*: percussum *ML* dett. aliq. redit *Vorm.?* *MPFUpBOEHD<sup>3</sup>* uel *D<sup>1</sup>* *Edd. Rom.* 1469, 1470: rediit *RnDL*; cf. e.g. 7. 28. 9 et adn. ad I. 3. 3 supra

28 2 ab extremo orsi] Post haec uerba defit *E*; rursus incipit industiaeque inde 4. 30. 14; u. prae. nostrae § 18

'Romani, si unquam ante alias ullo in bello fuit quod primum dis immortalibus gratias ageretis, deinde uestrae ipsorum uirtuti, hesternum id proelium fuit. Dimicatum est enim non magis cum hostibus quam, quae dimicatio maior atque periculosior est, cum proditione ac perfidia sociorum.

5 Nam ne uos falsa opinio teneat, iniussu meo Albani subiere ad montes, nec imperium illud meum sed consilium et imperii simulatio fuit, ut nec uobis, ignorantibus deserit uos, auerteretur a certamine animus, et hostibus, circumueniri 6 se ab tergo ratis, terror ac fuga iniceretur. Nec ea culpa (quam arguo) omnium Albanorum est: ducem secuti sunt, ut et uos, si quo ego inde agmen declinare uoluissem, fecissetis. Mettius ille est ductor itineris huius, Mettius idem huius machinator belli, Mettius foederis Romani Albanique ruptor. Audeat deinde alia, nisi in hunc insigne iam documentum mortalibus dedero.' Centuriones armati Mettium circumsistunt; rex cetera (ut orsus erat) peragit: 'Quod bonum faustum felixque sit populo Romano ac mihi uobisque, Albani, populum omnem Albanum Romam traducere in animo est, ciuitatem dare plebi, primores in patres legere, unam urbem, unam rem publicam facere; ut ex uno quondam in duos populos diuisa Albana res est, sic nunc in unum 7 tum mortalibus dedeo.' Ad haec Albana pubes, inermis ab armatis saepata, in uariis uoluntatibus communi tamen metu cogente, silentium tenet. Tum Tullus 'Metti Fufeti' inquit, 'si ipse discere posses fidem ac foedera seruare, uiuo tibi ea disci-

4 hesternum *M? P<sup>2</sup>FUpBR<sup>2</sup>D<sup>3</sup>*: esternum *OD* : externum *M<sup>1</sup> in ras.*  
*PHR? L dett.* : hesterno (id proelio) *Novák* 5 subiere ad *PF*  
*UpBORnDL* : subierat *M* : subierant *M<sup>2</sup>* : subicere ad *H* 6 circumueniri *F?* *D dett.* : circumuenire *MPF<sup>2</sup>?* *UpBaOHRnD<sup>2</sup>L* 7 in hunc insigne *MPFUpBO<sup>2</sup>Rn Ed. Rom. 1470* : in hunc signe *H* : hunc insigne *DL dett. Edd. uet. aliq.* : in *O* nisi in hunc insigne *primo atramento scriptum est sed alia manu non in rasura sed in spatio primum uacuo quod ad has litteras uix sufficit relicto* 7 redeat *PFUpBO<sup>2</sup>HRnDL* : redeant *MO* 8 *Ad § 9 in Medicei margine manu saeculi undecimi adscriptum est* : Ultima Tulli locutio ad Mettium. hec ipsa deberet esse in archiepiscopum Mediolanum

plina a me adhibita esset ; nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo suppicio doce humanum genus ea sancta credere quae a te uiolata sunt. Vt igitur paulo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis.<sup>taught</sup> Exinde <sup>10</sup> duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum inligat Mettium ; deinde in diuersum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhaeserant uinculis <sup>where</sup> membra, portantes. Auertere omnes ab tanta foeditate spectaculi <sup>11</sup> oculos. Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit : in aliis gloriari licet nulli gentium mitiores placuisse poenas.

Inter haec iam praemissi Albam erant equites qui multitudinem traducerent Romam. Legiones deinde ductae ad diruendam urbem. Quae ubi intrauere portas, non quidem <sup>2</sup> fuit tumultus ille nec pauor qualis captarum esse urbium solet, cum effractis portis, stratisue ariete muris, aut arce ui capta, clamor hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet ; sed silentium triste ac tacita mae- <sup>3</sup> stitia ita defixit omnium animos, ut prae metu [oblitu] quid relinquerent, quid secum ferrent, deficiente consilio, rogantesque alii alios, nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illud uisuri peruagarentur. Vt uero <sup>4</sup> iam equitum clamor exire iubentium instabat, iam fragor tectorum quae diruebantur <sup>11</sup> ultimis urbis partibus audiebatur puluisque ex distantibus locis ortus uelut nube inducta, omnia impleuerat, raptim quibus quisque poterat elatis, cum larem ac penates tectaque (in quibus natus quisque educatus- <sup>5</sup> que esset) relinquentes exirent, iam continens agmen migrantiū impleuerat uias, et conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas, uocesque etiam miserabiles exaudiabantur, mulierum praecipue, cum obsessa ab armatis

<sup>29</sup> 1 Albam *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* : Albani *M<sup>3</sup>F<sup>1</sup> uel F<sup>2</sup>O* dett. *Edd. uet. aliq.*    3 *oblitu* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : *seclusit Madv.*, *recte*    5 *mulie- rum . . . deos om.* *B*    *praecipue PFU<sub>p</sub>ORnDL* : *praecipuae MH*

templa augusta praeterirent ac uelut captos relinquerent  
 6 deos. Egressis urbē Albanis, Romanus passim publica  
 priuataque omnia tecta adaequat solo, unaque hora quadrin-  
 gentorum annorum opus quibus Alba steterat excidio ac  
 ruinis dedit. Templis tamen deum—ita enim edictum ab  
 rege fuerat—temperatum est.

30 Roma interim crescit Albae ruinīs. Duplicatur ciuum  
 numerus; Caelius additur urbi mons, et quo frequentius  
 habitaretur eam sedem Tullus regiae capit ibique habitauit.

2 Principes Albanorum in patres ut ea quoque pars rei publi-  
 cae cresceret legit, Iulios, Seruilios, Quinctios, Geganiros, Cu-  
 riatiros, Cloelios; templumque ordinis ab se aucto curiam fecit  
 quae Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata  
 3 est. Et ut omnium ordinum viribus aliquid ex nouo populo  
 adiceretur equitum decem turmas ex Albanis legit, legiones  
 et ueteres eodem supplemento expleuit et nouas scripsit.

4 Hac fiducia virium Tullus Sabinis bellum indicit, genti eā  
 tempestate secundum Etruscos opulentissimae viris armisque.  
 Vtrime iniuriae factae ac res nequ quam erant repetitae.

5 Tullus ad Feroniae fanum mercatu frequenti negotiatores  
 Romanos comprehensos querebatur, Sabini suos prius in  
 lucum confugisse ac Romae retentos. Hae causae belli  
 6 ferebantur. Sabini haud parum memores et suarum virium  
 partem Romae ab Tatio locatam et Romanam rem nuper

6 Egressis *MPFU<sub>p</sub>BOHD*<sup>2</sup>: add. -que *RnL*: egressique *D*  
 urbe dett. aliq.: urbem *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* sed v. *Frigell.* (*Epileg.*  
*ad Lib. I. 43 sqq.*) qui ablatium in talibus locis (i.e. ubi uerbum relin-  
 quendi tantum, non transgrediendi notionem habet) unice rectum esse  
 demonstravit

30 i ibique *PFU<sub>p</sub>BaOHRnDL* *Edd. uet.* : add. deinde *Vorm. M*

2 Iulios *Sabellicus*, ex *Dion. Hal. 1. 70 et 2. 79* (cf. *C. I. L. xiv. 2387*  
*inscriptionem arae Bouillis infra montem Albanum repertae et Tac.*  
*Ann. 2. 41; de Tullia gente v. inf. 1. 39. 5*): Tullios *MPFU<sub>p</sub>BOHRn*  
*DL*; cf. *Tullus pro Iulus 4. 35. 4 adn.* 3 Et ut *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnDL<sup>1</sup>*: om. et *M*: om. ut *L* 5 suos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (sed  
 sabinis suos *P*: sabini suos *P<sup>2</sup>* uel *P<sup>1</sup>*): seruos suos *Madv. perperam*;  
 'cf. *Dion. Hal. 3. 32 φυγάδας, non δραπέτας*' *Seeley*

etiam adiectionē populi Albani auctam, circumspicere et ipsi externa auxilia. Etruria erat uicina, proximi Etruscorum 7 Veientes. Inde ob residuas bellorum iras maxime sollicitatis ad defectionem animis uoluntarios traxere, et apud uagos quosdam ex inopi plebe etiam merces ualuit : publico auxilio nullo adiuti sunt ualuitque apud Veientes—nam de ceteris minus mirum est—pacta cum Romulo induitiarum fides. Cum bellum utrumque summa ope pararent uertique 8 in eo res uideretur utri prius arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum transire. Pugna atrox ad siluam Malitio- 9 sam fuit, ubi et peditum quidem robore, ceterum equitatū auctō nuper plurimum Romana acies ualuit. Ab equitibus 10 repente inuectis, turbati ordines sunt Sabinorum, nec pugna charge deinde illis constare nec fuga explicari sine magna caede restare carente potuit.

Deuictis Sabinis cum in magna gloria magnisque opibus 31 regnum Tulli ac tota res Romana esset, nuntiatum regi patribusque est in monte Albano lapidibus pluuisse. Quod cum 2 credi uix posset, missis ad id uisendum prodigium, in conspectu haud aliter quam cum grandinem uenti glomeratam in terras agunt crebri cecidere caelo lapides. Visi etiam 3 audire uocem ingentem ex summi cacuminis luco ut patrio ritu sacra Albani facerent, quae uelut dis quoque simul cum patria relictis obliuioni dederant, et aut Romana sacra suscepserant aut fortunae, ut fit, obirati cultum reliquerant deum. Romanis quoque ab eodem prodigio nouendiale sacrum 4 publice susceptum est, seu uoce caelesti ex Albano monte missa—nam id quoque traditur—seu haruspicum monitu ;

7 Etruria MHRnDL : Etruriaque F<sup>2</sup>BaO : Etruria quae PF : aetru- riaque Up ualuit PFUpBOHRnDL : fuit ualuit M

31 1 pluuisse sic iubet hunc locum citans Priscianus x. 2. 11; v. inf. adn. nostram ad 7. 28. 7 : pluuisse MPFBaOHRnDL dett. : pluuisse D?

2 in conspectu MPFU<sub>p</sub>BOH : in conspectum RnDL  
3 patrio M<sup>3</sup>PFBUpOHRnDL : patriae M (uix recte) cum patria MPFU<sub>p</sub>BORnDL sed in M maioribus litteris scriptum est : patria H ; si patriae pro patrio supra recte se haberet, melius hic abesset cum patria

mansit certe solleme ut quandoque idem prodigium nuntia-  
retur feriae per nouem dies agerentur.

- 5 Haud ita multo post pestilentia laboratum est. Vnde  
cum pigritia militandi oreretur, nulla tamen ab armis quies-  
dabatur a bellicoso rege, salubriora etiam credente militiae  
quam domi iuuenum corpora esse, donec ipse quoque longin-  
6 quo morbo est implicitus. Tunc adeo fracti simul cum cor-  
pore sunt spiritus illi feroce ut qui nihil ante ratus esset minus  
regium quam sacris dedere animum, repente omnibus magnis  
paruisque superstitionibus obnoxius degeret, religionibusque  
7 etiam populum impleret. Volgo iam homines eum statum  
rerum qui sub Numa rege fuerat requirentes, unam opem  
aegris corporibus relictam si pax ueniaque ab dis impetrata  
8 esset credebant. Ipsum regem tradunt uoluentem commen-  
tarios Numae, cum ibi quaedam occulta sollemnia sacrificia  
Ioui Elio facta inuenisset, operatum his sacris se abdidisse;  
sed non rite initum aut curatum id sacrum esse, nec solum  
nullam ei oblatam caelestium speciem sed ira Iouis sollicitati  
praua religione fulmine ictum cum domo conflagrasse. Tullus  
magna gloria belli regnauit annos duos et triginta.
- 32 Mortuo Tullo res, ut institutum iam inde ab initio erat,  
ad patres redierat hique interregem nominauerant. Quo  
comitia habente Ancum Marcium regem populus creauit; pa-  
tres fuere auctores. Numae Pompili regis nepos filia ortus  
2 Ancus Marcius erat. Qui ut regnare coepit et auitae gloriae  
memor et quia proximum regnum, cetera egregium, ab una  
parte haud satis prosperum fuerat aut neglectis religionibus

5 oreretur *MPFBa*: oriretur *M<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpOHRnDL*, cf. 2. 16. 2; 2.  
39. 6; 4. 45. 4; 4. 50. 2 implicitus *PFU<sub>2</sub>OHRnDL* *Edd. uet.* :  
implicatus *M* 8 his *UpOHRnDL* : iis *Ed. Par. 1510* : is (*h suprascr.*)  
*M* : is *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PFB Ald.* initum *MP<sup>2</sup>* *marg. UpOHRnDL* :  
inritum *PFB* praua *MFUpRn* : praua a *BaD<sup>2</sup>* : praua a *M<sup>3</sup>OHL*  
(*sed secunda u- litterae hasta pleniore calamo*, cf. 1. 41. 4 *adn.*) : praua  
(uel praua) a *D?* : prauia a *P* conflagrasse *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PFU<sub>2</sub>O* :  
confragrasset *MHRn* : conflaglasset *DL* : confraglassae *D<sup>3</sup>* : om. *B in*  
*fine lineae*

32 2 cetera *MPFU<sub>2</sub>BOHRnD<sup>2</sup>?* : ceterum *D?* *L* : ob cetera *O<sup>3</sup>* :  
ceteris *Rn<sup>2</sup>* *Ald.*

performed  
perversely

aut prae cultis, longe antiquissimum ratus sacra publica ut ab Numa instituta erant facere, omnia ea ex commentariis regiis pontificem in album elata proponere in publico iubet. Inde et ciuib[us] otii cupidis et finitimus ciuitatibus facta spes (in cuius mores atque instituta regemabitur.) Igitur Latinis 3 cum quibus Tullo regnante ictum foedus erat sustulerant animos, et cum incursionem in agrum Romanum fecissent repetentibus res Romanis superbe responsum reddunt, desiderium Romanum regem inter sacella et aras acturum esse regnum rati. Medium erat in Anco ingenium, et Numae et 4 Romuli memor; et praeterquam quod cuius regno magis necessariam fuisse pacem credebat cum in nouo tum feroci populo, etiam quod illi contigisset otium sine iniuria id se haud facile habiturum; temptari patientiam et temptatam contemni, temporaque esse Tullo regi aptiora quam Numae. Vt tamen, 5 quoniam Numa in pace religiones instituisset, a se bellicae caerimoniae proderentur, nec gererentur solum sed etiam indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequicolis quod nunc fetiales habent descriptis, quo res repetuntur. Legatus ubi ad fines eorum uenit unde res repetuntur, capite 6 uelato filo—lanae uelamen est—‘Audi, Iuppiter’ inquit; ‘audite, fines’—cuiuscumque gentis sunt, nominat—; ‘audiat fas. Ego sum publicus nuntius populi Romani; iuste pieque legatus uenio, uerbisque meis fides sit.’ Peragit deinde postulata. Inde Iouem testem facit: ‘Si ego iniuste 7 impieque illos homines illasque res dedierim mihi exposco, tum

<sup>2</sup> longe Gron., dett. aliq.: longeque MPFU<sup>p</sup>BaOHRnDL (*antiquum sane, sed, ut Gron. ostendit, uitiosum additamentum*) regiis Madv., et sic M habuisse sub rasura perspici potest: regis M<sup>3</sup>PFU<sup>p</sup>BaOHRnDL (cf. c. 31. 8 supra) in album MPFU<sup>p</sup>BOHRn: in albam M<sup>3</sup>: in auum DL: in altum D<sup>3</sup>: elata MPFU<sup>p</sup>BaOHRnDL (cf. codicum lectionem efferebat Cic. de Or. 2. 12. 52): elatam M<sup>3</sup>: relata Sabellicus, Ed. Par. 1510 6 nominat; audiat MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>UpOH: nominata audiat PFB: numina audiant RnDL dett. 7 dedier MPFU<sup>p</sup>BH: dedero DL: dedeier D<sup>3</sup>: dedi Rn<sup>2</sup>: om. O mihi M (*sed recentior manus supra -dier add. p dari, i.e. ‘pro dari’*) et Vorm. (*sed post res ‘recentiore manu Po Ro suprascriptum’, Rhen.*): p. r. mili P<sup>2</sup>F<sup>2</sup>UpBa:

8 patriae compotem me nunquam siris esse.' Haec, cum fines suprascandit, haec, quicumque ei primus uir obuius fuerit, haec portam ingrediens, haec forum ingressus, paucis uerbis 9 carminis concipiendique iuris iurandi mutatis, peragit. Si non deduntur quos exposcit diebus tribus et triginta—tot enim sollemnes sunt—peractis bellum ita indicit: 'Audi, Iuppiter, et tu, Iane Quirine, dique omnes caelestes, uosque 10 terrestres uosque inferni, audite; ego uos testor populum illum'—quicumque est, nominat—'iniustum esse neque ius persoluere; sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrum adipiscamur.' Cum † . . . . .

11 nuntius Romam ad consulendum redit. Confestim rex his ferme uerbis patres consulebat: 'Quarum rerum litium causarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato Priscorum Latinorum hominibusque Priscis Latinis,

p. r. michi O: Po R mihi RnDL: populi romani mihi H: nuntio populi Romani mihi dett. aliq. Ald. (nuntio populi Romani damnauit Rhenan.): populo Romano mihiue Edd. uet. siris MPFBOHRnDL?L 'lectio uet.' Rhenan: siueris Up: sinas Rn<sup>2</sup> dett. aliq. Edd. uet. aliq. Ald.: in M suprascriptis manus recentior (eadem quae p dari) p sciatis: sinis D<sup>3</sup> 8 fuerit MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL: fuit Wesenberg; u. Riemann, Études, 297–8; Draeger, Hist. Synt.<sup>2</sup> ii. 544 sqq.; contra Frigell. Epil. ad Lib. I. 49 9 bellum PFU<sub>p</sub>BOHRnDL: uerbum M, ubi insequitur lineae spatium, non erasae, sed uacuum, lacunae quam infra statuimus indicium Iane J. Perizonius (cf. 8. 9. 6 et Macrob. I. 9. 15): iuno MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL 10 Cum (uel Tum)... Walters, lacunam statuens cuius saepe litterae h. s. ('hic supple') in his corruptae signum praebent, u. Cl. Rev. 1903, p. 161: Cum .. is M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup> una uel duabus litteris post Cum erasis et ante Cum interuallum longius solito praebens: cum his P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHD<sup>1</sup>L, sed in F post adipiscamur et post nuntius infra lineam additum est ab F uel F<sup>2</sup>, lacunae notam: cum iis D? (sed signum aliquod litterae C- circumscriptis et post erasit): cum is P: cum Rn: Tum Hachtmann nuntius MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL (sed in D-s pleniore calamo scriptus): (cum his) nuntiis Madv. Ed. iii 11 rex his Gruter: rex ex his MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>2</sup>L Edd. uet. aliq. Ald.: rex exis D causarum MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL: causam dett. unus: causa Madv., sed u. Frigell. Epil. in Lib. I, p. 50 hominibusque Vorm. MPFU<sub>p</sub>BHD<sup>1</sup>: omnibusque RnDL dett. (et sic iudicem inf. § 13 ad fin.): agminibusque O (sed in § 13 hominibus) Priscis Latinis O dett. unus, Edd. uet.: priscis t latinis M, ubi t 'uel' significare debet; sed transuersa linea ab M<sup>2</sup> addita esse potest; origo corruptelae

quas res nec dederunt [nec soluerunt] nec fecerunt, quas res dari fieri [solui] oportuit, dic' inquit ei quem primum sententiam rogabat, 'quid censes?' Tum ille: 'Puro pioque 12 duello quaerendas censeo, itaque consentio consciscoque.' Inde<sup>vote</sup> ordine alii rogabantur; quandoque pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibat, bellum erat consensum. Fieri solitum ut fetialis hastam ferratam aut prae-<sup>13</sup>ustam sanguineam ad fines eorum ferret et non minus tribus puberibus praesentibus diceret: 'Quod populi Priscorum Latinorum hominesque Prisci Latini aduersus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum Priscis Latinis iussit esse senatusque populi Romani Quiritium censuit consensit consciuit

*certe fuit prima in sequentis nominis littera duplicata*: priscis uel latinis PFUpBaHRnDL dett.: priscisue Latinis Vorm.? ('ex ueteri uolumine sic appetit legendum', Rhenan.) *quas res nec usque ad fecerunt* MP<sup>3</sup> marg. (ad dextram) HRnDL: om. PO: post oportuit ponunt dett. aliq.: *sic etiam P<sup>2</sup>* (summo margine) FUpBa, ita tamen ut quas res non ante nec dederunt sed post fecerunt ante dic demum statuant

*quas res dari MP<sup>2</sup> in contextu P<sup>3</sup> marg.* FUpBOHRnDL: quas redare P: quasi res dari O<sup>3</sup> fieri solui MPUpBOHRnDL dett. Edd. uet.: om. fieri F: solui fieri Ald. Locum ipse sic constitutum mallem: Quarum litium causam condixit pater . . . usque ad Latinis, quas res nec dederunt nec fecerunt, quas res dari fieri oportuit, dic . . . quid censes? Sed priorum additamentorum odorem modo aliquem, nondum plena argumenta, mihi uideor repperisse; quamquam nec soluerunt et solui secludere turbatus ordo cogit, manifestum uitii indicium. Et in D codice linea ea quae uoces ab hominibusque (homibq scriptum est) usque ad solui continet sat stipata est (76 litteras plene scriptas habet, cum pleraque non plures quam 67 capiunt). Formula ap. Gell. 16. 4. 1 duo tantum uerba praebet fecere deliqueruntque ei quem M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>Rn<sup>2</sup> Ed. Rom. 1470: ei (t suprascr.) quem M: et quem PFUpBOH? RnDL: ecquem D<sup>2</sup> uel D<sup>1</sup> pioque MPFUpBOHD<sup>2</sup>: om. que RDL erat consensum fieri MPBa: erat consensu fieri P<sup>2</sup>FUpOHRnDL dett. aliq. Edd. uet. aliq. Ald.

praeustam sanguineam Madv., cf. densa obsita uirgulta c. 14. 7 sup. et Skutsch, Class. Quarterly iv (1910), p. 270: sanguineam praeustam MPFUpOHRnDL dett. Edd. uet. 13 hominesque Sigonius ex § 11 et Gell. 16. 4. 1-2: hominesue Vorm. UpOHRnD<sup>4</sup>: hominesuae P<sup>2</sup>F: homines. ue. Ba: omenesue D: omenesue D<sup>3</sup>: omnesue L: hominesu P: homines M fecerunt . . . Romani Quiritium et consensit om. B senatusque Ed. Frob. 1531: senatus ne M: senatusue PFUpOH RnDL Edd. uet. aliq.: senatus D<sup>2</sup> dett. aliq.

ut bellum cum Priscis Latinis fieret, ob eam rem ego populusque Romanus populis Priscorum Latinorum hominibus-  
14 que Priscis Latinis bellum indicō facioque.' Id ubi dixisset,  
hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis  
repetitae res ac bellum indictum, moremque eum posteri  
acceperunt.

entrust

33 Ancus demandata cura sacrorum flaminibus sacerdotibus-  
que aliis, exercitu nouo conscripto profectus, Politorium,  
urbem Latinorum, ui cepit; secutusque morem regum priorum,  
qui rem Romanam auxerant hostibus in ciuitatem acci-  
2 piendis, multitudinem omnem Romam traduxit. Et cum circa  
Palatium, sedem ueterum Romanorum, Sabini Capitolium  
atque arcem, Caelium montem Albani implessent, Auentinum  
nouae multitudini datum. Additi eodem haud ita multo  
3 post, Tellenis Ficanaque captis, noui ciues. Politorium inde  
rursus bello repetitum quod uacuum occupauerant Prisci  
Latini, eaque causa diruendae urbis eius fuit Romanis ne  
4 hostium semper receptaculum esset. Postremo omni bello  
Latino Medulliam compulso, aliquamdiu ibi Marte incerto,  
uaria uictoria pugnatū est; nam et urbs tuta munitionibus  
praesidiōque firmata ualidō erat, et castris in aperto positis  
aliquotiens exercitus Latinus comminus cum Romanis signa  
5 contulerat. Ad ultimum omnibus copiis conisus Ancus acie  
primum uincit; inde ingenti praedā potens Romam reddit,  
tum quoque multis milibus Latinorum in ciuitatem acceptis,  
quibus, ut iungeretur Palatio Auentinum, ad Murciae datae

33 2 ueterum *MP<sup>2</sup>* marg. *OH*: ueterem *Vorm.* *PF<sup>3</sup>UpBaRnDL*  
dett.: ue . . . erem *F*: ueteres *Edd. uet. Ald.* Romanorum *MPF*  
*UpBOHRnDL*: *Romani Ed. Rom. 1470, Ald.* eodem *MPFUUp*  
*BOH*: eidem *RnDL* dett. aliq. *Edd. uet. Ald.* haud ita *M<sup>3</sup>PF*  
*UpBOHD<sup>x</sup>(D<sup>1</sup>?) Edd. uet.*: aut ita *M*: addita *D* (*qui ante hoc uerbum*  
*interpunxit*): *om. RnL* 5 uincit; inde] *Inter haec uerba statuit*  
*lacunam Crevier* (*ita ut deinde urbem ui cepit*) *uel simile quid in-*  
*serendum sit*, *sed ex c. 38. 4 potest uideri Livi silentio rem dubiam*  
*praetermittere uoluisse (Seeley)* potens *Vorm.* *MPFUUpBaOHRn*  
*DL*, *sed supra add.* *uel potitus M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>*: *potitus Rn<sup>2</sup> Ald.*  
milibus *MP<sup>2</sup>HRnDL*: militibus *PFUpBaO* ad Murciae *PFUpH*:  
ad murcie *BD*: at murcie *O*: ad murtiae *M? Rn*; *sed in M murt-*

sedes. Ianiculum quoque adiectum, non inopia loci sed ne 6 *want*  
 quando ea arx hostium esset. Id non murō solum sed  
 etiam ob commoditatem itineris pontē sublīcīō, tum primum *rep. - i. i.*  
 in Tiberi facto, coniungi urbi placuit. Quiritium quoque 7  
 fossa, haud paruum munimentum a planioribus aditu locis, *accesso*  
 Anci regis opus est. Ingenti incremento rebus auctis, cum 8 *componit*  
 in tanta multitudine hominum, discrimine recte an perperam *distr. - i. i.* *confuso*  
 facti confuso, facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem  
 crescentis audaciae media urbe imminens foro aedificatur. *overlooked*  
 Nec urbs tantum (*hoc rege*) crevit sed etiam ager finesque. 9  
 Silua Maesia Veientibus adempta, usque ad mare imperium  
 prolatum et in ore Tiberis Ostia urbs condita, saline circa  
 factae, egregieque rebus bello gestis, aedis Iouis Feretri am-  
 plificata.

Anco regnante Lucumo, uir impiger ac diuitiis potens, 34 *diligent*  
 Romam commigrauit cupidinē maxime ac spe magni hono-  
 ris, cuius adipiscendi Tarquinii<sup>s</sup> nam ibi quoque peregrinā *ab.*  
 stirpē oriundus erat, facultas non fuerat. Demarati Corinthii *2*  
 filius erat, qui ob seditiones domo profugus cum Tarquinii  
 forte consedisset, uxore ibi ducta duos filios genuit. Nomina  
 his Lucumo atque Arruns fuerunt. Lucumo superfuit patri  
 bonorum omnium heres: Arruns prior quam pater moritur  
 uxore grauida relicta. Nec diu manet superstes filio pater; 3  
 qui cum, ignorans nurum uentrem ferre, immemor in testan-  
 do nepotis decessisset, puer post aui mortem in nullam  
 sortem bonorum nato ab inopia Egerio inditum nomen.  
 Lucumoni contra, omnium heredi bonorum, cum diuitiae 4  
 iam animos facerent, auxit, ducta in matrimonium Tanaquil,

*tantum certum est; quid deinde uoluerit M<sup>1</sup>, aut M<sup>2</sup>, aut ambo, discernere*  
*nequii: amurtiae L 6 arx M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PFUpH: axr B: arax M:*  
*iarcs O: arua RnDL muro MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL: muniri dubi-*  
*tanter coniecit H. J. Mueller in Tiberi (uel tyb-) PFUpBOHRn*  
*DL: in tiberim M dett. aliq. 9 aedis MP<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>FBaHRn:*  
*aedes UpOD<sup>8</sup> uel D<sup>1</sup> Ald.: aede D: aedimouis (pro aedis Iouis) P*

34 2 Arruns M<sup>3</sup>PFUpBOHRnDL: Aruns M, utroque loco  
 3 decessisset MPFBHD<sup>8</sup>: discessisset UpO: incessisset RnD? L : is  
 cessisset D?

summo loco nata et quae haud facile iis in quibus nata erat  
 5 humiliora sineret ea quo innupsisset. Spernentibus Etruscis  
 Lucumonem exsule aduena ortum, ferre indignitatem non  
<sup>5.2.</sup> potuit, oblitaque ingenitae erga patriam caritatis dummodo <sup>longis</sup>  
 uirum honoratum uideret, consilium migrandi ab Tarquiniiis  
 6 cepit. Roma est ad id potissima uisa : in nouo populo, ubi  
 omnis repentina atque ex uirtute nobilitas sit, futurum locum  
 forti ac strenuo uiro ; regnasse Tatium Sabinum, arcessitum  
 in regnum Numam a Curibus, et Ancum Sabina matre ortum  
 7 nobilemque una <sup>statura</sup> imagine Numae esse. Facile persuadet ut  
 cupido honorum et cui Tarquinii materna tantum patria  
 8 esset. Sublatis itaque rebus amigrant Romam. Ad Ianiculum  
 forte uentum erat ; ibi ei carpento sedenti cum uxore  
 aquila suspensi demissa leuiter alis pilleum aufert, superque  
 carpentum cum magno clangore uolitans rursus uelut mini-  
 sterio diuinitus missa capiti apte reponit ; inde sublimis abiit.  
 9 Accepisse id augurium laeta dicitur Tanaquil, perita ut uolgo <sup>above</sup> skilled  
 Etrusci caelestium prodigiorum mulier. Excelsa et alta <sup>exaltat</sup>  
 sperare complexa uirum iubet : eam alitem ea regione caeli  
 et eius dei nuntiam uenisse ; circa summum culmen hominis  
 auspicium fecisse ; leuasse humano superpositum capiti decus  
<sup>part</sup> <sup>timid</sup> <sup>ornato</sup>

4 et quae haud facile iis in quibus nata *MP<sup>2</sup>UpO* (sed his *non* iis)  
*Rn<sup>2</sup>D<sup>5</sup>* marg. (sed his) : *om. PF BaH Rn DL*, sed *uocem proximam*  
 deerat *pro* erat *DL* (*de- erasit D<sup>5</sup>*) ea quo innupsisset *Weissenb.* :  
 ac (?) cum innupsisset *M* : hec cum innubisset *M<sup>2</sup>* : ea cum innupsisset  
*PF Up Ba OHRn DL* 'lectio uet.' *Rhenan.* (sed iã *pro* ea *D?*) : ea cum  
 nupsisset *Rn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* : ea cum illi nupsisset *dett.* *Edd. uet. Ald.* : ea in quae  
 innupsisset *Alsch.* 5 exsule *R<sup>2</sup>F<sup>3</sup>* *dett. unus Ald.* : exuile *MPF*  
*Up Ba OHRn DL* *Edd. uet.* aduena *PF Up O<sup>1</sup> uel O<sup>2</sup> HRn* : addena  
*Ba* : aduenam *M<sup>3</sup>* (*M obscuratus est*) *O? DL* 6 potissima *Gron.*  
 (cf. 5. 12. 12) : potissimum *MPF Up BOHRn DL* (*nisi quod* potissimum  
*F<sup>2</sup>O*, potissimum *O<sup>2</sup>* ; unde colligo scribam perperam litterae a *apertam*  
*formam* (*u*) *pro* *u* *accepisse*) : apta potissimum *Buettner* : opportuna  
 potissimum *Frigell.* sit *MPFB DL Ald.* : fit *Up HRn Edd. uet.* :  
 fuit *O* : fit *O<sup>1</sup> uel O<sup>2</sup>* 8 leuiter *MPF Up Ba OHRn DL* : leniter  
*dett. aliq. Edd. uet.*, *fort. recte* (cf. 2. 50. 10; 3. 50. 12) abit *PF Up Ba*  
*OHRn DL* *Edd. uet.* : habit *M?* : habit (*i suprascr.*) *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>* : habit  
*M<sup>2</sup> uel M<sup>3</sup>* : abit *D<sup>x</sup> dett. aliq.*, cf. 1. 3. 3 *adn.* 9 hominis *MPF*  
*Up BORn DL* : homini *H* (*num recte?*) humano *PF Up BOHRn DL* :  
 humo *M* : humane *Seeley* : humana manu *Wex.*

*fayalp* *or* *chambers* *uvel*

ut diuinitus eidem redderet. Has spes cogitationesque 10 secum portantes urbem ingressi sunt, domicilioque ibi comparato L. Tarquinium Priscum edidere nomen. Romanis con- 11 spicum eum nouitas diuitiaeque faciebant; et ipse fortunam benigno adloquio, comitate inuitandi beneficiisque (quos etiam <sup>et fortunasse</sup> <sup>contumescere</sup>) poterat sibi conciliando adiuuabat, donec in regiam quoque de eo fama perlata est. Notitiamque eam breui apud regem 12 liberaliter dextereque obeundo officia in familiaris amicitiae adduxerat iura, ut publicis pariter ac priuatis consiliis bello domique interesset et per omnia expertus postremo tutor etiam liberis regis testamento institueretur.

Regnauit Ancus annos quattuor et uiginti, cuilibet superiorum regum belli pacisque et artibus et gloria par. Iam filii prope puberem aetatem erant. Eo magis Tarquinius instare ut quam primum comitia regi creando fierent. Quibus in- 2 dictis sub tempus pueros uenatum ablegauit. Isque primus et petisse ambitiose regnum et orationem dicitur habuisse ad conciliandos plebis <sup>cause</sup> animos compositam: [cum] se non rem 3 nouam petere, quippe qui non primus, quod quisquam indignari mirarie posset, sed tertius Romae peregrinus regnum adfectet; et Tatium non ex peregrino solum sed etiam ex hoste regem factum, et Numam ignarum urbis, non petentem, in regnum ultro accitum: se ex quo sui potens fuerit Romam 4 cum coniuge ac fortunis omnibus commigrasse; maiorem

10 nomen *Vorm.* *MF<sup>3</sup>UpOH*: nome *P*: Nome *Ba*: *Numae DL*: Nam et *Rn?* *D<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>* dett.: nomen. Nam et *D<sup>4</sup> Ald.*: nomen. Iam et *Edd. uet. aliq.*: nomen. Iam *Edd. uet. plures* 12 bello *MP UpBOHRnDL Ald.*, cf. 9. 26. 21: bellum *Gron.*, *F*, *fort. recte*

35 1 Eo magis *MPFU<sub>p</sub>BO<sup>2</sup>HD<sup>2</sup>* (*sed ab O<sup>2</sup> littera E capitalis in rasura post punctum scripta est*): co magis *R*: cum eo magis *OR<sup>2</sup>DL*: quo magis *Frigell.*, *fort. recte* 5 instaret *M<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpOHD<sup>x</sup>* dett. *aliq. Edd. Rom. 1469 et 1470*: instaret *MPFBaRnDL* cum se *MPFU<sub>p</sub>BOH RnDL* (*sed in P cum pleniore calamo scriptum est quam cetera*, cf. 1. 41. 4 *adn.*): tum se *F<sup>1</sup>*: cum seclusit *Duker*, cf. 1. 41. 7 et 3. 50. 10 cum *adn.* quisquam *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: quispiam *Kleine*, sed cf. 3. 38. 9 posset *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: possit *Siesebye*, *perperam*, cum etiam in *Or. Recta Imperfectum melius futurum fuerit*

*helped himself by concluding by his own*

partem aetatis eius qua ciuilibus officiis fungantur homines,  
 5 Romae se quam in ueteri patria uixisse ; domi militiaeque  
 sub haud paenitendo magistro, ipso Anco rege, Romana se  
*had ferme*  
*cont.*  
*indicate*  
*plaesato, uotibus*  
*scatibus*  
*sommervi*  
*pluvia*  
*emphasi*  
*100c*

sub haud paenitendo magistro, ipso Anco rege, Romana se iura, Romanos ritus didicisse ; obsequio et obseruantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipso 6 certasse. Haec eum haud falsa memorantem ingenti consensu populus Romanus regnare iussit. Ergo uirum cetera egregium secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnante ambitione est ; nec minus regni sui firmandi quam augendae rei publicae memor centum in patres legit qui deinde minorum gentium sunt appellati, factio haud dubia regis cuius beneficiū in curiam uenerant.

7 Bellum primum cum Latinis gessit et oppidum ibi Apolas ui cepit ; praedaque inde maiore quam quanta belli fama fuerat reuecta, ludos opulentius instructiusque quam priores 8 reges fecit. Tum primum <sup>dicitur</sup> circo qui nunc maximus dicitur designatus locus est. Loca diuisa patribus equitibusque ubi 9 spectacula sibi quisque facerent ; fori appellati ; spectauere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. Ludicrum fuit equi puglesque ex Etruria maxime acciti. Sollemnes deinde annui mansere ludi, Romani magnique 10 uarie appellati. Ab eodem rege et circa forum priuatis aedificanda diuisa sunt loca ; porticus tabernaeque factae.

36 Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat cum Sabinum bellum coeptis interuenit. Adeoque ea subita res fuit ut prius Anienem transirent hostes quam obuiam ire ac prohibere exercitus Romanus posset. Itaque trepidatum Romae est ; et primo dubia uictoria, magna utrimque caede pugnatum est. Reductis deinde in castra hostium copiis datoque

4 qua  $M^2 P^2 F U p R n D^x$  : quam  $P B a O H D L$  : cum  $M^3$  in rasura  
 8 Tum primum  $P F U p B a O H R n D L$  dett. *Ald.* : tunc primum  $M$  locus est. Loca diuisa  $M P F U p B O R n L$  (*sed in F-s- in diuisa pleniore calamo, cf. I. 41. 4 adn.*) : est locus diuisa  $H D$  dett. *aliq., sed add.* loca post equitibusque  $H$  dett. *duo* : est loca diuisa  $D^3$  ubi  $P^2 F^3$   $U p O R n$  dett. *aliq. :* urbis  $M B a D^x (D^4?)$  dett. *duo* (*sed in Ba urbis pectacula*) : urbi  $M^2 P F^? H D L$

spatio Romanis ad comparandum de integro bellum, Tarquinius equitem maxime suis deesse uiribus ratus ad Ramnes, Titienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat, addere alias constituit suoque insignes relinquere nomine. Id quia 3 inaugurate Romulus fecerat, negare Attus Nauius, inclitus ea tempestate augur, neque mutari neque nouum constitui nisi aues addixissent posse. Ex eo ira regi mota; eludens- 4 que artem ut ferunt, 'Age dum' inquit, 'diuine tu, inaugura fierine possit quod nunc ego mente concipio.' Cum ille augurio rem expertus profecto futuram dixisset, 'Atqui hoc animo agitaui' inquit, 'te nouacula cotem discessurum. Cape haec et perage quod aues tuae fieri posse portendunt.' Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt. Statua 5 Atti capite uelato, quo in loco res acta est in comitio in gradibus ipsis ad laeuam curiae fuit; cotem quoque eodem loco sitam fuisse memorant ut esset ad posteros miraculi eius monumentum. Auguriis certe sacerdotioque augurum tantus 6 honos accessit ut nihil belli domique postea nisi auspicato gereretur, concilia populi, exercitus uocati, summa rerum, ubi aues non admisissent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius 7 allud p. 10 de equitum centuriis quicquam mutauit; numero alterum tantum adiecit, ut mille et octingenti equites in tribus cen-

36 2 Ramnes *F<sup>3</sup>Rn*: Ramnis *MPFU<sub>p</sub>BHL*: Ramnis *D<sup>3</sup>*: Ramnenses *OD<sup>1</sup>* dett. duo *Ed. Rom.* 1469 *Ald.*: Ramnense *D?* 3 Attus *MPFU<sub>p</sub>BORnD*: Actus *H*: Atius *L* 4 mota, eludensque *MOH* dett. aliq. *Ald.* (cf. 2. 45. 6): mota ē ludensque *P<sup>2</sup>Rn*: motae ludensque *L*: mote ludensque *D?*: mota ludensque *PFU<sub>p</sub>BaD<sup>3</sup>* dett. artem *PFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>3</sup>* in *ras.*: add. iubentq; *M* et iubensque *M<sup>2</sup>* (ex ditto- graphia praecedente eludensque—ludensque *suprascr.*—*ortum*) tu inaugura *P<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BaHRn*: tu inauguria *PD?* *L*: tu inaugurate *D<sup>3</sup>*: inaugura *O*: tu inaugur *M*: tu augur *M<sup>2</sup>* dett. aliq.: inaugurate *Edd.* uet. augurio *Tan. Faber* (cf. *Flor.* 1. 5. p. 9 *Jahn*): in augurio *MPFU<sub>p</sub>OHRnDL* *Edd.* uet. rem *MPFU<sub>p</sub>BORnDL*: om. *H*

7 alterum tantum *Gron.*, *Lipsio* praeunte: tantum alterum *MPF UpOHRnD?* *L* *Edd.* uet. *Ald.* (sed in *D* syllaba -rū litterae u formam *insolitam* *praebuit*): tantum alteram *BaD<sup>3</sup>* dett. aliq.: tamen alteram dett. aliq.: om. alterum *Ed. Rom.* 1470 et octingenti *Vorm.* *M* (et *DCCC*): et *ccc* (*TI suprascr.*) *L*: et *ccc* *PFU<sub>p</sub>BOHRnD* dett. *Edd.* uet. *Ald.* (sed in *O* et siglo *insolitae* *formae* *notatur*): *DCCC* dett. aliq.

perlend u. aliis to be done

8 turiis essent. Postiores modo sub iisdem nominibus qui additi erant appellati sunt ; quas nunc quia geminatae sunt *doubled*  
sex uocant centurias.

37 Hac parte copiarum aucta iterum cum Sabinis confligitur. Sed praeterquam quod uiribus creuerat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, missis qui magnam uim lignorum, in Anienis ripa iacentem, ardenter in flumen conicerent ; uentoque iuuante accensa ligna et pleraque [in] ratibus impacta sublicis *que* cum haererent, pontem in- cendunt. Ea quoque res in pugna terrorem attulit Sabinis, et fusis eadem fugam impedit ; multique mortales cum hostem effugissent in flumine ipso periere, quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tiberi prius paene quam nuntiari posset 3 insignem uictoriam fecere. Eo proelio praecipua equitum gloria fuit ; utrumque ab cornibus positos, cum iam pellere- tur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, ut non sisterent modo Sabinas legiones ferociter in- 4 stantes cedentibus, sed subito in fugam auerterent. Montes effuso cursu Sabini petebant, et pauci tenuere : maxima pars, 5 ut ante dictum est, ab equitibus in flumen acti sunt. Tar- quinius, instandum perterritis ratus, praeda captiuisque Ro- manum missis, spoliis hostium—id uotum Volcano erat—ingenti cumulo accensis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum 6 inducere ; et quamquam male gesta res erat nec gesturos me- lius sperare poterant, tamen, quia consulendi res non dabat

37 1 Hac parte *HRn<sup>2</sup>D<sup>1</sup>* : ac parte *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* (*sed in MP additum est H extra lineam ad initium*) : at parte *O* sed hac parte *add. supra O<sup>1</sup>* ratibus *M<sup>1</sup>* *Gron.* : in ratibus *M* (*corr. ipse eodem pessimo atramento*) *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* sublicisque cum *Gron.*, cf. *Class. Quarterly* iv (1910), p. 270 : sublicis oum *M* : sublicis cum *Ed. Rom.* 1470 : subliciis cum *PFU<sub>p</sub>BHDL* : sublitiis cum *Rn* : suppliciis cum *O* : sublico cum *D<sup>2</sup>* haererent *MPFBO<sup>1</sup>HRnD* : haerent *O* : inhererent *Up* 2 et fusis *Iac. Gron.* : effusis *MPFU<sub>p</sub>BOHRn DL Ald.* impediret *MPFU<sub>p</sub>BaOHRnDL* (cf. 1. 3. 3 *cum adn.*) : impediit *Rn<sup>2</sup> dett. alig. Ald.* : impediuit *Edd. uet.* hostem *PFU<sub>p</sub> BOHRnD* : hostes *M* Tiberi *P<sup>2</sup>UpRD<sup>1</sup>* : tymberi *L* : Tiberim *MFBaHD* : Tiberis *P* 6 gesta res erat *PFU<sub>p</sub>HRnDL* : res gesta erat *O* : gestae res erant *M* (*non M<sup>2</sup> ut scribit Frig.*) : gesta res est *Ba*

spatium, ire obuiam Sabini tumultuario milite; iterumque ibi fusi, perditis iam prope rebus) pacem petiere.

Collatia et quidquid citra Collatiam agri erat Sabinis 38 ademptum; Egerius—fratris hic filius erat regis—Collatiae in praesidio relictus. Deditosque Collatinos ita accipio eamque deditonis formulam esse: rex interrogauit: 'Estis ne uos legati oratoresque missi a populo Collatino ut uos populumque Collatinum dederetis?' — 'Sumus.' — 'Estne populus Collatinus in sua potestate?' — 'Est.' — 'Deditisne uos populumque Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, diuina humanaque omnia, in meam populique Romani dicionem?' — 'Dedimus.' — 'At ego recipio.'

Bello Sabino perfecto Tarquinius triumphans Romam 3 credit. Inde Priscis Latinis bellum fecit; ubi nusquam ad 4 uniuersae rei dimicationem uentum est, ad singula oppida circumferendo arma omne nomen Latinum domuit. Corniculum, Ficulea uetus, Cameria, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum, haec de Priscis Latinis aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida. Pax deinde est facta. 5 Maiore inde animo pacis opera incohata quam quanta mole gesserat bella, ut non quietior populus domi esset quam militiae fuisse. Nam et muro lapideo, cuius exordium 6 operis Sabino bello turbatum erat, urbem qua nondum munierat cingere parat, et infima urbis loca circa forum aliasque interiectas collibus conualles, quia ex planis locis

6 ire MPFU<sup>p</sup>BaOHRnD et D<sup>3</sup>L : iere D<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>Rn<sup>2</sup> dett. unus (non P, ut F:ig. et Als:ch. silentio monent)

38 2 dederitis MHRnL Ed. Rom. 1469: dederitis PFUp<sup>2</sup>BaOD dett. aliq.: dedatis dett. aliq.: dederatis Up At ego Vorm. MPFU<sup>p</sup>BaO Ed. Rom. 1469: et ego HRnDL dett. Edd. uel. plures Ald.

4 Ficulea MUp dett. aliq. Ed. Rom. 1469: ficuleam PFOHRnL: ficuleam B: ficuleam D<sup>3</sup> (sed -cln- in ras.) Medullia Ald.: medulia dett. unus Ed. Venet. 1470: medulla MPFU<sup>p</sup>BaOHRnDL 5 deinde Vorm. MOHRnDL: inde PFUpBa 6 qua Vorm.? PF<sup>3</sup>OHRn DL: quam MFUpO<sup>3</sup> dett.: quia BaD<sup>3</sup> munierat MPFU<sup>p</sup>BOHRn DL: munita erat Wex, sed cf. c. 36. 1

haud facile euehebant aquas, cloacis fastigio in Tiberim  
 7 ductis siccata, et aream ad aedem in Capitolio Iouis quam  
 uouerat bello Sabino, iam praesagiente animo futuram olim  
 amplitudinem loci, occupat fundamentis.

39 Eo tempore in regia prodigium uisu euentuque mirabile  
 fuit. Puero dormienti, cui Seruio Tullio fuit nomen, caput  
 2 arsisse ferunt multorum in conspectu; plurimo igitur clamore  
 inde ad tantae rei miraculum orto excitos reges, et cum qui-  
 dam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina  
 retentum, sedatoque eam tumultu moueri uetus puerum  
 donec sua sponte expperrectus esset; mox cum somno et  
 3 flammam abisse. Tum abducto in secretum uiro Tanaquil  
 'Viden tu puerum hunc' inquit, 'quem tam humili cultu  
 educamus? Scire licet hunc lumen quondam rebus nostris  
 dubiis futurum praesidiumque regiae afflictæ; proinde ma-  
 teriam ingentis publice priuatimque decoris omni indulgentia  
 4 nostra nutriamus.' Inde puerum liberum loco coeptum ha-  
 beri eruditique artibus quibus ingenia ad magnæ fortu-  
 nae cultum excitantur. Euenit facile quod dis cordi esset:

6 euehebant  $M^2$  (uel  $M^1$ )  $P^2FU\bar{p}BaOHRn^2D^2$ : eueebant  $MP$ : uenie-  
 bant  $RnDL$ : euehebantur *Heerwagen* (*v. inf.*) aquas, cloacis  $RD^x$   
 dett. *Edd.* *uet.* *alig.* *Ald.*: aqua se cloacis  $O$ : aqua se cloacis  $M$ : aquas  
 e cloacis  $M^2PFU\bar{p}BaO^3HDL$ : aquae cloacis *Heerwagen* *fort.* *recte*  
 fastigio  $MPFU\bar{p}BORN D$ : e fastigio  $Rn^2D^4$  dett. *Ald.*: fastidio  $L$ :  
 uastigio  $H$

39 1 uisu  $O$  dett. *alig.* *Ald.*: uisum  $MPFU\bar{p}BaO^2$  (*marg.*)  $HRnDL$   
 fuit. Puero dormienti cui Seruio Tullio fuit nomen  $M$  dett. *Edd.*  
*uet.* : fuit h̄d nomen (*i.e.* 'hic defit' *v. Walters, Class. Rev.* xvii (1903),  
 p. 161)  $H$ : fuit nomen (*cet. omissis*)  $PFU\bar{p}Ba$ : fuit omen  $O$ : pueri  
 cuiusdam seruio tullio fuit nomen  $F^3$ : *inter* Tullio *et* fuit *add.* Nam  
 prodigium seruio tullo dormienti  $L$ : fuit; puero dormienti cui  
 seruio tullio fuit; Nam prodigium seruio tullo nomen dormienti  $D$   
 (*sed inter tullio et fuit supra lineam suppleuit siglum nomen significans*  
 $D^x(D^1?)$ ): fuit nam prodigium seruio tullo dormienti nomen  $Rn$   
 2 eam *Gron.* dett. *duo teste Hearnio*: iam  $MPFU\bar{p}BaORnDL$  *Ald.* :  
*om.*  $H$  3 Viden  $M^2$  dett. *alig.* *Gron.* : uidene  $D^x$ : uidine  $MDL$ :  
 uidi .. *P*: uidistine  $H$ : uidesne  $\bar{P}^2FU\bar{p}BaOD^2$  dett. tu *om.*  $FU\bar{p}Ba$

4 cordi esset  $MPF^2U\bar{p}OHRnDL$ : cordis ēet  $FB$ : cordi est dett.  
 unus *Grut.* (*cf. cum Lendrumio Pind. Pyth.* 9. 67); *sed cf.* 21. 58. 7 nec  
 quod statutum esset manebat, et uide *Kühnast*, p. 236, *Riemann*<sup>2</sup>, p. 296.  
*Sed post iuue: is demum interpungit O*

iuuenis euasit uere indolis regiae nec, cum quaereretur gener Tarquinio, quisquam Romanae iuuentutis ulla arte conferri potuit, filiamque ei suam rex despondit. Hic quacumque de 5 causa tantus illi honos habitus credere prohibet seruā natum eum paruumque ipsum seruisse. Eorum magis sententiaē sum qui Corniculo capto Ser. Tulli, qui princeps in illa urbe fuerat, grauidam uiro occiso uxorem, cum inter reliquas captiuas cognita esset, ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt seruitio partum Romae edidisse Prisci Tarquini *(in)* domo; inde tanto beneficio et inter mulieres 6 familiaritatem auctam et puerum, ut in domo a paruo educatum, in caritate atque honore fuisse; fortunam matris, quod capta patria in hostium manus uenerit, ut serua natus crederetur fecisse.

Duodequadragesimo ferme anno ex quo regnare cooperat 40 Tarquinius, non apud regem modo sed apud patres plebemque longe maximo honore Ser. Tullius erat. Tum Anci filii, duo etsi antea semper pro indignissimo habuerant se patrio regno tutoris fraude pulsos, regnare Romae aduenam non modo uicinae sed ne Italicae quidem stirpis, tum impensius iis indignitas crescere si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum, sed praeceps inde porro ad seruitia caderet, ut in 3 eadem ciuitate post centesimum fere annum quam Romulus deo prognatus deus ipse tenuerit regnum donec in terris fuerit,

*5 Tarquini MPFHRnDL : Tarquinii OD<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup> : Tarquilini Ba in domo Ed. Basil. 1549 (ante Prisci inserebat in Grut.) : domo MPF UpOHRnDL Ald. : domos Ba : domi Madv. 6 familiaritatem auctam Vorm. D dett. aliq. : familiaritate auctam RnDxL dett. : familiaritate aucta MOH : familiaritatem acta P : familiaritate acta P<sup>2</sup>F UpB ut in domo MPFU<sup>p</sup>O : om. ut HDL : om. in Rn : et in domo B in caritate . . . crederetur] om. O serua Up<sup>2</sup>RnL : seruo MPFU<sup>p</sup>BaHD*

*40 2 uicinae MPFU<sup>p</sup>OHDL : ciuine Ba : cinicae Rn? : ciuicae FD<sup>2</sup> tum MPFU<sup>p</sup>BHRnDL Edd. uet. Ald. : tunc O : tamen dett. aliq. (non H) Stroth 3 quam Romulus MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL Edd. uet. Ald. : quod Romulus Madv. sane melius : tamen uide Frig. Epileg. ad Lib. I, p. 58 ; certe nihil hic sunt audaciiores conjecturae*

id seruus serua natus possideat. cum commune Romani  
nominis tum praecipue id domus suae dedecus fore, si Anci  
regis uirili stirpe salua non modo aduenis sed seruis etiam  
4 regnum Romae pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt ; sed et iniuriae dolor in Tarquinium ipsum  
magis quam in Seruum eos stimulabat, et quia grauior ulti  
caedis, si superesset, rex futurus erat quam priuatus ; tum  
Seruo occiso, quemcumque alium generum delegisset, eun  
dem regni heredem facturus uidebatur ; ob haec ipsi regi  
5 insidiae parantur. Ex pastoribus duo ferocissimi delecti ad  
facinus, quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis,  
in uestibulo regiae quam potuere tumultuosissime specie  
rixae in se omnes apparitores regios conuertunt ; inde, cum  
ambo regem appellarent clamorque eorum penitus in regiam  
6 peruenisset, uocati ad regem pergunt. Primo uterque uoci  
ferari et certatim alter alteri obstrepere ; coerciti ab lictore  
et iussi in uicem dicere tandem obloqui desistunt ; unus rem  
7 ex composito orditur. Cum intentus in eum se rex totus  
auerteret, alter elatam <sup>28</sup> securim in caput deiecit, relictoque  
in uolnere telo ambo se foras eiciunt.

41 Tarquinium moribundum cum qui circa erant excepsissent,  
illos fugientes lictores comprehendunt. Clamor inde con  
cursusque populi, mirantium quid rei esset. Tanaquil inter

3 seruus *FUpRn<sup>2</sup>* Ed. Rom. 1469 (cf. sententiam sequentem et c. 47.  
10) : Seruus *Vorm. MPUp<sup>2</sup>BaOHRnDL* : fort. Seruus seruus legen  
dum 4 sed et *MOHRnDL* Ald. : sed *PFUpBaD<sup>3</sup>* dett. delegis  
set *MP<sup>2</sup>OHRnDL* : add. et *PFUpBa* 5 quibus *Vorm. MPF  
UpBaOH* : qui *RnDL* dett. uterque *Vorm. MPFUpBOHD* :  
utrique *Rn<sup>2</sup>L* : uterque *Rn* tumultuosissime *MPBOrnDL* : tumul  
tuosissimae *FH* uocati *Vorm.?* *MPFUpBOH* Edd. uet. : euocati  
*RnDL* dett. Ald. 7 cum dett. unus, Gron. (cf. adn. 2. 6. 8; 2. 47.  
5) : dum *MPFUpBaOHRnDL* Ald. (sed in *M* ex tum *mutatum*, ut  
uidetur, et in *O* *capitalis* litterae forma angusta est et uix longius a  
t capitali discrepat quam per crucem t litterae propriam) ; cf. 2. 47. 5  
cum adn. ; 10. 18. 1; 39. 49. 8 ; tutatur dum *Kühnast*, *Hauptpunkte*,  
p. 236, *Val. Max.* 9. 12. 7 conferendo

41 i populi *MPFUpBOHRnDL* : *damnat Madv.* mirantium  
*D<sup>x</sup>Rn<sup>2</sup>* dett. Ed. Ven. 1470 Ald. : mirantium *UpO* : mirandum *MPFBa*  
*HRnDL* sed in *M* fort. ex mirancium *mutatum* ; cf. I. 48. 9 ; I. 53. 3 ; 5.  
15. 12 ; 5. 31. 4 ; 8. 17. 2 ; 9. 45. 8 rei *MPFUpBOD<sup>1</sup>* : regi *HRnDL*

tumultum claudi regiam iubet, arbitros eiecit. Simul quae curando uolneri opus sunt, tamquam spes subesset, sedulo comparat, simul si destituat spes, alia praesidia molitur. Seruio propere accito cum paene exsanguem uirum ostendisset, dextram tenens orat ne inultam mortem soceri, ne socrum inimicis ludibrio esse sinat. 'Tuum est' inquit, 'Serui, si uir es, regnum, non eorum qui alienis manibus pessimum facinus fecere. Erige te deosque duces sequere qui clarum hoc fore caput diuino quondam circumfuso igni portenderunt. Nunc te illa caelestis excitet flamma; nunc expurgiscere uere. Et nos peregrini regnauimus; qui sis, non unde natus sis, reputa. Si tua (re subita) consilia torpent, at tu mea consilia sequere.' Cum clamor impetusque multitudinis uix sustineri posset, ex superiore parte aedium per fenestras in Nouam uiam uersas—habitabat enim rex ad Louis Statoris—populum Tanaquil adloquitur. Iubet bono animo esse; sopitum fuisse regem subito ictu; ferrum haud alte in corpus descendisse; iam ad se redisse; inspectum uolnus abterso cruento; omnia salubria esse; confidere propediem ipsum eos uisuros; interim Ser. Tullio iubere populum dicto audientem esse; eum iura redditum obitumque alia regis munia esse. Seruius cum trabea et lictoribus prodit ac sede regia sedens alia decernit, de aliis consulturum se regem esse simulat. Itaque per aliquot dies cum iam exspirasset Tar-

<sup>1</sup> eiecit MPFUpBaOHRnDL (quod nos quidem pro genuina praesentis temporis forma ut habeamus et ubique inducamus uehementer inclinamur, cf. 1. 48. 3; 2. 35. 4; 3. 44. 6; 4. 13. 12; 5. 7. 2; 10. 2. 10; 26. 19. 2 cum admn.): eicit uel eiicit Rn<sup>2</sup> Ed. Parm. 1480, Grut. 4 uersas Ed. Frob. 1535: uersus MPFUpBOHRnDL Edd. uet. Ald. sed in O littera u (in D litterae -sus h-) in spatio uacuo relicto scripta est, eadem manu sed pleniore calamo quam aut uers- aut quae sequuntur; unde elucet scribam primo haesitauisse, postea demum u scriptisse, eodem errore quem supra c. 34. 6 deprehendimus. Alia exempla huius corruptilarum indicii in 1. 12. 6; 1. 24. 7; 1. 35. 3 et 8; 4. 2. 13; 4. 9. 1; 4. 23. 3; 4. 26. 9; 4. 35. 4; 5. 4. 13; 5. 6. 3; 5. 8. 7; 5. 14. 4; 5. 24. 8; 5. 31. 4; 5. 39. 14; 5. 43. 8; 7. 39. 5; et alibi 5 abterso cruento ODL Ald. (sed in D post abs in fine linea aliquid erasum esse potest): abiter sociuore M: aliter sociuore B: abterso cruento PFUpHRn

<sup>o</sup> by what would be heard of S.T.

quinius celata morte per speciem alienae fungendae uicis suas opes firmauit; tum demum palam factum est comploratione in regia orta. Seruius praesidio firmo munitus, primus iniussu populi, uoluntate patrum regnauit. Anci liberi iam tum comprehensis sceleris ministris ut uiuere regem et tantas esse opes Serui nuntiatum est, Suessam Pometiam exsulatum ierant.

*now much  
so much  
habit  
opportenly  
short  
test themselves  
initiate  
determine*

**42** Nec iam publicis magis consiliis Seruius quam priuatis munire opes, et ne, qualis Anci liberum animus aduersus Tarquinium fuerat, talis aduersus se Tarquini liberum esset, duas filias iuuenibus regiis, Lucio atque Arrunti Tarquiniis iungit; nec rupit tamen fati necessitatem humanis consiliis quin inuidia regni etiam inter domesticos infida omnia atque infesta faceret.

Peropportune ad praesentis quietem status bellum cum Veientibus—iam enim induitiae exierant—aliisque Etruscis sumptum. In eo bello et uirtus et fortuna enituit Tulli; fusoque ingenti hostium exercitu haud dubius rex, seu patrum seu plebis animos periclitaretur, Romam rediit. Adgrediturque inde ad pacis longe maximum opus, ut quemadmodum Numa diuini auctor iuris fuisset, ita Seruum conditorem omnis in ciuitate discriminis ordinumque quibus inter gradus dignitatis fortunaeque aliquid interlucet posteri fama ferrent.

**5** Censum enim instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacisque munia non uiritim, ut ante, sed

*Shenkl  
MPFU<sup>p</sup>BaORnD? L  
sed in O littera u pliore calamo scripta quam sequentes; cf. supra  
quod tutatur Heerwagen: tutabatur et Rhenan. comploratio pro ablative substituens, fort. recte: facta et (uel factu et) D<sup>x</sup>: factam et H: factum ex Ed. Par. 1510, Grut.: facto et dett. Gron., punctum ad firmauit ponens, ad orta tollens*

**6** factum est dett. unus: factum et Vorm. MPFU<sup>p</sup>BaORnD? L (substantia) quod tutatur Heerwagen: tutabatur et Rhenan. comploratio pro ablative substituens, fort. recte: facta et (uel factu et) D<sup>x</sup>: factam et H: factum ex Ed. Par. 1510, Grut.: facto et dett. Gron., punctum ad firmauit ponens, ad orta tollens

**7** comprensis dett. aliq. Ald. rectissime: comprehensis Edd. uet.: compressis Rn<sup>2</sup>P<sup>2</sup>(?): compressis FUp: cum compressis PBa: cum comprehensis (uel com-) MHRnDL: cum comprehensis O; cf. I. 35. 3; 3. 50. 10 cum adn. et Class. Quarterly iv (1910), p. 270 ut uiuere MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL: om. ut dett. unus

**42** 1 aduersus se MPFU<sup>p</sup>BOHD<sup>2</sup>: om. aduersus RnDL 2 quin P<sup>2</sup>O<sup>3</sup>HRnDL dett.: quicum PBa: quicum in M (dittographiam ut solet seruans): cuicum Up: cuicum F, ubi aliquid super primas litteras erasum est: Q. ui. O: quin tum Schenkl 3 animos MPFBHRn: animus M<sup>4</sup>F<sup>2</sup>UpODL Ald. rediit MPFBOHRnDL: redit UpD

pro habitu pecuniarum fierent; tum classes centuriasque et hunc ordinem ex censu discripsit, uel paci decorum uel bello.

Ex iis qui centum milium aeris aut maiorem censem 43 habent octoginta confecit centurias, quadragenas seniorum ac iuniorum; prima classis omnes appellati; seniores ad 2 urbis custodiam ut praesto essent, iuuenes ut foris bella gererent; arma his imperata galea, clipeum, ocreae, lorica, omnia ex aere; haec ut tegumenta corporis essent: tela in hostem hastaque et gladius. Additae huic classi duae fabrum 3 centuriae quae sine armis stipendia facerent; datum munus ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum 4 usque ad quinque et septuaginta milium censem instituta, et ex iis, senioribus iunioribusque, uiginti conscriptae centuriae; arma imperata scutum pro clipeo et praeter loricam, omnia eadem. Tertiae classis [in] quinquaginta milium censem 5 esse uoluit; totidem centuriae et hae eodemque discrimine aetatum factae; nec de armis quicquam mutatum, ocreae 6 tantum ademptae. In quarta classe census quinque et uiginti milium, totidem centuriae factae, arma mutata: nihil praeter hastam et uerutum datum. Quinta classis 7

5 discripsit R Madv. Ed. 3: descripsit MPFU<sub>p</sub>BOHDL Edd. uet. Ald., ut et 1. 19. 6; 4. 4. 2

43 1 Ex iis Ald.: ex his MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL, cf. c. 4. 6 cum adn.  
 2 prima dett. aliq. F<sup>3</sup>Rn<sup>2</sup>: prime Rn?: primo MPFU<sub>p</sub>BaOHD: primae dett. aliq. classis MPFU<sub>p</sub>BaOHD (sed in O littera i pleniore calamo, cf. c. 41. 4): classes RnD<sup>x</sup>L 3 machinas MPF<sup>3</sup> (et F<sup>1</sup>?) UpBOHRnL: in D chin in ras. scripta, tum -as ultra lineam addita: maunq; D?: machina F ferrent MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL: ferrarent Scheller: offerrent Frig.: facerent Lipsius: fierent (cum machinae pro machinas) Madv. Ed. 3 4 et ex iis MPF: et ex is F<sup>3</sup>Ba: et ex his UpO<sup>1</sup>RnD: et his O: et ex H: ex his L 5 tertiae classis M<sup>3</sup>O<sup>3</sup> dett. unus Ed. Rom. 1469: tertia classis Vorm. MP FU<sub>p</sub>BaOHRnDL (sed D<sup>2</sup> uel D<sup>3</sup> hastam uerticalem per-a litteram duxit quam hastam rursus alius quidam paene deleuit): tertiam classem dett. duo: in tertia classe Frig. Epileg. p. 68, Rhenano praeunte in quinquaginta MPFU<sub>p</sub>BaOHRnDL Edd. uet.: in seclusit Sobius, cf. Frig. l. c.: tutatur Drak. cum milia pro milium fort. recte et hae dett. aliq. Grut.: et haec MPFU<sub>p</sub>BaOHRnD (et hec) L (cf. Neue-Wagener, Lat. Formenl. 2. 417 f.) 6 uerutum UpOF<sup>3</sup> dett. aliq.: uerrutum MPFB HRnDL datum PFU<sub>p</sub>BO(uel O<sup>1</sup>)HRnDL: datur M: datu O?

aucta; centuriae triginta factae; fundas lapidesque missiles  
 hi secum gerebant; [in] his accensi cornicines tubicines-  
 que in duas centurias distributi; undecim milibus haec clas-  
 sis censebatur. Hoc minor census reliquam multitudinem  
 habuit; inde una centuria facta est, immunis militia. Ita  
 pedestri exercitu ornato distributoque, equitum ex primori-  
 bus ciuitatis duodecim scripsit centurias; sex item alias  
 centurias, tribus ab Romulo institutis, sub iisdem quibus  
 inaugurate erant nominibus fecit. Ad equos emendos  
 dena milia aeris ex publico data, et, quibus equos alerent,  
 uiduae attributae quae bina milia aeris in annos singulos  
 penderent. Haec omnia in dites a pauperibus inclinata  
 onera. Deinde est honos additus. Non enim, ut ab Romulo  
 traditum ceteri seruauerant reges, uirilim suffragium eadem  
 ui eodemque iure promisce omnibus datum est; sed gradus  
 facti, ut neque exclusus quisquam suffragio uideretur et uis  
 omnis penes primores ciuitatis esset; equites enim uocabantur  
 primi, octoginta inde primae classis centuriae; ibi si uariaret  
 —quod raro incidebat—secundae classis; nec fere unquam

<sup>7</sup> aucta MRn? DL : acta OHUp : om. PFBa in his MPFU<sup>p</sup>B  
 OHRnDL : in seclusit Iac. Perizonius tubicines Ed. Ascens. 1513 :  
 tobicines M : tybicines M<sup>2</sup> : tibicines PFUpBaOHRnDL Ald.  
 duas Siganus ex Dion. Hal. 4. 17. 3 : tres MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL  
 9 quibus MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL : qui Gron. fort. recte; certe humanius  
 erga uiduas 10 promisce MPF? UpBa : promiscue M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>F<sup>2</sup>OH  
 RnDL dett. Ald.; uide sis adn. ad 3. 47. 7 11 equites MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>O  
 HRnDL : quites PB : quirites FUp inde in M littera capitali  
 scribitur ut noua sententia incipiat centuriae dett. aliq.: add.  
 primum peditum uocabantur MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL dett. Edd. uet., sed  
 in O supra primum signum ( additum hac noce incipere additamentum  
 ex margine sumptum prodit, ut saepius in hoc codice (cf. 1. 50. 4; 2. 36.  
 3; 2. 38. 2; 2. 52. 3; 3. 13. 4 et praecipue 8. 8. 4) secundae classis  
 Rn? D Ed. Rom. 1469 : secundae classes MPFU<sup>p</sup>BaOHD<sup>2</sup>L, sed ante  
 secundae addunt ut et post classis (uel classes) addunt uocarentur codd.  
 omnes; sed in D ante ut et post uocarentur interpunctum est; et in  
 O ante ut stat signum ✓; praeterea siglum (♂) quo -ur in uocarentur  
 denotatur, quoniam et pleniore calamo scriptum est quam sequentia  
 et paulo aliud est atque illud (♂) quo eadem syllaba denotatur in uoca-  
 bantur supra, uidetur indicare uerbum uocarentur ab externo fonte in  
 exemplar quod ante oculos O habebat inductum esse; plura uide sis in

infra ita descenderunt ut ad infimos peruenirent. Nec mi-<sup>12</sup>  
rari oportet hunc ordinem qui nunc est post expletas quin-  
que et triginta tribus, duplicito earum numero <sup>duo f. t. c.</sup> <sup>centuriis</sup>  
*juniorum seniorumque, ad institutam ab Ser. Tullio sum-*  
*maam non conuenire. Quadrifariam enim urbe diuisa [re-*<sup>13</sup> <sup>4 a.d. 506</sup>  
*gionibus] collibus qui habitabantur, partes eas tribus appellauit, ut ego arbitror, ab tributo; nam eius quoque aequaliter*  
*ex censu conferendi ab eodem inita ratio est; neque eae*  
*tribus ad centuriarum distributionem numerumque quic-*  
*quam pertinuere.* *have any relation*

Censu perfecto quem maturauerat metu legis de incensis <sup>not taking in the census</sup> <sup>44</sup>  
latae cum uinculorum minis mortisque, edixit ut omnes ciues  
Romani, equites peditesque, in suis quisque centuriis, in  
*ensemble* campo Martio prima luce adessent. Ibi instructum exerci-<sup>2</sup>  
*ceaser* tum omnem suouetaurilibus <sup>wing</sup> lustrauit, idque conditum lu-  
strum appellatum, quia is censendo finis factus est. Milia  
octoginta eo lustro ciuium censa dicuntur; adicit scriptorum  
antiquissimus Fabius Pictor, eorum qui arma ferre possent  
eum numerum fuisse. Ad eam multitudinem urbs quoque <sup>3</sup>

*Class. Quart. iv (1910), p. 270; cf. 2. 43. 5      ut . . . vocarentur tutari  
temptat Novák addendo institutum ante ut      descenderunt dett. unus  
Sigon. : descenderent MPFU<sub>p</sub>BaOHRnDL      12 ad institutam dett.  
aliqu. : ante ad add. se MPFU<sub>p</sub>BaO<sup>2</sup>(uel O<sup>1</sup>)HRnD : add. sed L : add.  
sese O      13 regionibus FOHRnDL : regionibusque PU<sub>p</sub>Ba : re-  
gionibus · quae (letteris solito maioribus) M : seclusit Winkler      collibus  
MPFU<sub>p</sub>Ba : collibusque OHRnDL dett. : et collibus Weissenb.  
qui habitabantur PFU<sub>p</sub>BaOHRnDL : qui abitabantur M : quae habi-  
tabantur Rn<sup>2</sup> Ald. (ad partes referens)      eas tribus MPFU<sub>p</sub>BOH :  
tribus eas RnDL : malim eas deletum      ab tributo PFOHRnD<sup>3</sup>L  
Edd. uet. Ald. : ad tributo Up : adtributo BaD : pro A tributo M :  
A tributo M<sup>3</sup> : a tributo dett. aliqu.      eae MPFH (fort. nequetae P  
neque eae P<sup>1</sup>) : aeae O : hae UpRn Ald. : heae DL : aee Ba*

**44** i metu MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL (sed quem . . . late substrinxit F<sup>2</sup>) :  
metus Douyat, fort. recte      de incensis MPFBOHRn? D?L (sed in  
O de i- in fine lineae et -n- fort. add. O<sup>2</sup>) : de censis Up : deinceps D<sup>2</sup>?  
dett. Ald.      2 suouetaurilibus Rhenan. : sue oue taurilibus M<sup>3</sup> (suae  
M) P<sup>2</sup>OHRnDL, 'antiqua lectio' Rhenan. : suioue taurilibus P? :  
sucouetaurilibus P? F (substrinxit F<sup>2</sup>) : sucouetaurilibus Ba : sucu-  
baetaurilibus Up      quia MP<sup>2</sup>UpOHRnDL : qua PFBa : qui et D<sup>3</sup>  
is censendo Gron. 'ex cod. Mureti' : in censendo Vorm.? MPFU<sub>p</sub>  
BaOHRnDL

The plan of assigning taxes equally from the same rate was of him

amplificanda uisa est. Addit duos colles, Quirinalem Viminalemque; Viminalem inde deinceps auget Esquiliis; ibique ipse, ut loco dignitas fieret, habitat; aggere et fossis et muro circumdat urbem; ita pomerium profert. Pomerium uerbi uim solam intuentes postmoerium interpretantur esse; est autem magis circamoerium, locus quem in condendis uribus quondam Etrusci <sup>whch plus</sup> quā murum ducturi erant certis circa terminis inaugurate consecrabant, ut neque interiore parte aedificia moenibus continuarentur, quae nunc uolgo etiam coniungunt, et extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium quod neque habitari neque arari fas erat, non magis <sup>tan</sup> post murum esset quam quod murus post id, pomerium Romani appellarunt; et in urbis incremento semper quantum moenia processura erant tantum termini hi consecrati proferebantur.

45 Aucta ciuitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis usus, ne semper armis ~~opes~~ acquire- <sup>power</sup> rentur, consilio augere imperium conatus est, simul et aliquod addere urbi decus. Iam tum erat inclitum Dianaë Ephesiae <sup>famous</sup> fanum; id communiter a ciuitatibus Asiae factum fama ferebat. Eum consensum deosque consociatos laudare mire Seruius inter proceres Latinorum, cum quibus publice priuatimque hospitia amicitiasque de industria iunxerat. Saepe

<sup>3</sup> Viminalemque; Viminalem *O* (*sed hac noce substricta*): uiminalemque *MPFU<sub>p</sub>BHD* sed in *D* omnia nisi -q in ras. a *D<sup>3</sup>* arte scripta: bimalemque *RnL* Esquiliis *Gron.*: Esquilias (uel Aes-) *MPFU<sub>p</sub> BOHRnD* (*sed v. inf.*) *L*; tutatur *Frig. Epileg.* p. 65; cf. 2. 32. <sup>10</sup> ubi *O* solus *Liuiananum* aliquid sernasse uidetur esquilias ibique] esquilia sibique *D*: esquilias ubique *D<sup>2</sup>* ita *Vorm. OH*: *it* (*i.e.* iter) *FBL*: iter *PUp*: *it* (*i.e.* inter) *D*: inter *Rn<sup>2</sup>* in ras. dett. *alig.*: item dett. *alig.* *Ald.*: *om. M* profert. Pomerium *Vorm. PFU<sub>p</sub>ORnDL*: *om. MH* sed in *M* spatium sex uel octo litterarum uacuum relictum

<sup>45</sup> <sup>1</sup> aucta ciuitate *PFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>2</sup>*: aut a ciuitate *M*: auctam ciuitatem *DL*: *add.* et *Madv.* <sup>2</sup> iam tum erat *OHRnDL* dett.: tantum erat *M*: uel tam tum erat *P*: uel tantum erat *P<sup>2</sup>Ba*: uel tantum. Erat *FUp* Eum consensum *MD*: cum consensum *PF UpOHRnD<sup>2</sup>L Ed. Rom. 1469 Ald.*: cum consensu *Ba* laudare *MPFU<sub>p</sub>BaOHDL*: laudare hoc *Rn<sup>2</sup>*: laudaret *D<sup>x</sup>* dett. *unus Ed. Ven. 1470 Ald.*

iterando eadem perpulit tandem, ut Romae fanum Dianaë populi Latini cum populo Romano facerent. Ea erat confessio caput rerum Romam esse, de quo totiens armis certatum fuerat. Id quamquam omissum iam ex omnium cura Latinorum ob rem totiens infeliciter temptatam armis videbatur, uni se ex Sabinis fors dare uisa est priuato consilio imperii reciperandi. <sup>seemed to have been tested</sup> Bos in Sabinis nata cuidam patri familiæ dicitur, miranda magnitudine ac specie; fixa per multas aetates corpora in uestibulo templi Dianaë monumentum ei fuere miraculo. Habita, ut erat, res prodigii loco est, et cecinere uates cuius ciuitatis eam cuius Dianaë immolasset, ibi fore imperium; idque carmen peruererat ad antistitem fani Dianaë Sabinusque ut prima apta dies sacrificio uisa est, bouem Romam actam deducit ad fanum Dianaë et ante aram statuit. Ibi antistes Romanus, cum eum magnitudo uictimæ celebrata fama mouisset, memor responsi Sabinum ita adloquitur: 'Quidnam tu, hospes, paras?' inquit, 'inceste sacrificium Dianaë facere? Quin tu ante uiuo perfunderis flumine? infima ualle praefluit Tiberis.' Religione tactus hospes, qui omnia, (ut prodigo responderet euentus,) cuperet rite facta extemplo descendit ad Tiberim; interea Romanus immolat Dianaë bouem. Id mire gratum regi atque ciuitati fuit.

<sup>3</sup> Id quamquam] *supra add.* O .1. ut imperium penes se esset *prima manu*, *optimum glossematis interlinearis exemplum* reciperandi cf. I. 12. i adn.: recip- hic etiam MPFH 5 ciuis *Vorm.* MPFD et D<sup>x</sup>L: ciues M<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpBaOHRnD<sup>2</sup> Ald. immolasset ... antistitem fani Dianaë om. H immolasset *Rhenan.* (cf. *Val. Max.* 7. 3. i quisquis eam ... immolasset, eius patria etc.): immolassent *Vorm.* MPFU<sub>p</sub>BaOHRnDL Ald. 6 Sabinusque *Vorm.*? M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>PF UpOHRnD: Sabinus quae ML: om. -que D<sup>x</sup> Edd. uet. Ald.: Sabinique Ba ut prima MPUpO (sed tum aupta) HRnDL: ut primum *Vorm.*? FBaD<sup>2</sup> uisa est MPUpOHRnDL: est uisa FBa Edd. uet. magnitudo MPFU<sub>p</sub>BOHRnL: magnitudine D dett. aliq. uictimæ celebrata M<sup>2</sup>RnD (-me) L dett. aliq.: uictum cœlebrata H: uictum ecelebrata M?: uictimæ et celebrata FUpBa: eccelebrata P: uellet uictum me celebrata O (sed uellet punctis infra deletum a pr. manu) paras PFUpOHRnDL: pares B: pararas M praefluit *Vorm.*? PFUpBORnD<sup>3</sup>: prefuit (l suprascr.) M: praeluluit D?: praeluit H

- 46 Seruius quamquam iam usū <sup>m̄v̄</sup> haud dubie regnum possederat, tamen quia interdum iactari uoces a iuuene Tarquinio audiebat se iniussu populi regnare, conciliata prius uoluntate plebis agro capto ex hostibus uiritim diuiso, ausus est ferre ad populum, uellent iuberentne se regnare; tantoque consensu quanto haud quisquam alias ante rex est declaratus.
- 2 Neque ea res Tarquinio spem adfectandi regni minuit; immo eo impensis quia de agro plebis aduersa patrum uoluntate senserat agi, criminandi Serui apud patres crescendique in curia sibi occasionem datam ratus est, et ipse iuuēnis ardentis animi et domi uxore Tullia inquietum animum stimulante.
- 3 Tulit enim et Romana regia sceleris tragici exemplum, ut taedio regum maturior ueniret libertas ultimumque regnum
- 4 esset quod scelere partum foret. Hic L. Tarquinius—Prisci Tarquini regis filius neposne fuerit parum liquet; pluribus tamen auctoribus filium ediderim—fratrem habuerat Arrun-
- 5 tem Tarquinium mitis ingenii iuuuenem. His duobus, ut ante dictum est, duae Tulliae regis filiae nupserant, et ipsae longe dispares moribus. Forte ita inciderat ne duo uiolenta ingenia matrimonio iungerentur fortuna, credo, populi Romani, quo diuturnius Serui regnum esset constituique ciuitatis
- 6 mores possent. Angebatur ferox Tullia nihil materiae in uiro neque ad cupiditatem neque ad audaciam esse; tota in alterum auersa Tarquinium eum mirari, eum uirum dicere ac regio sanguine ortum: spernere sororem, quod uirum
- 7 nacta muliebri cessaret audacia. Contrahit celeriter simili-

46 i usu  $M^1$  uel  $M^2 PFUpBOHRnD$ : usum  $ML$  dubie  $M^1$  uel  $M^2$ : dubiae  $OD?$ : dubiem  $ML$ : dubium  $PFUpBaHD^1$  dett.  
 2 regni minuit  $M^3 P^2 FBaORn^2 D^3 Ald.$ : regnandiminuit  $P$ : regi diminuit  $M$ : regni diminuit  $HUp$ : rediminuit  $RnD?$   $L$  aduersa  $M^2 PO?$ : aduersam  $MP^2 FO$ (uel  $O^2$ ) $HRnDL$ : aduersum  $UpBa$  dett. aliq.  $Ed.$   $Rom.$  1469  $Ald.$  uoluntate  $M^2$   $Ed.$   $Rom.$  1470: uoluntatem  $MPFUpBaOHRnDL$   $Ed.$   $Rom.$  1469  $Ald.$  6 materiae in  $M^1$  uel  $M^2 PFUpBORnDL$ : materiem in  $M$ : om. in  $H$  auersa dett. unus: abuersa  $D?$ : uersa  $P$  (*initio lineae*)  $FUPO$   $Ed.$   $Rom.$  1469: uersam  $Ba$ : aduersa  $MHRnD^3 L$  dett.  $Ald.$   
 7 nacta muliebri . . . audacia] nacta audacem muliebri cessaret

tudo eos, ut fere fit : malum malo aptissimum ; sed initium  
 turbandi omnia a femina ortum est. Ea secretis uiri alieni  
 adsuefacta sermonibus nullis uerborum contumeliis parcere  
 de uiro ad fratrem, de sorore ad uirum ; et se rectius uiduam  
 et illum caelibem futurum fuisse contendere, quam cum im-  
 pari iungi ut elanguescendum aliena ignauia esset ; si sibi 8  
 eum (quo digna esset) di dedissent uirum, domi se propediem  
 uisuram regnum fuisse quod apud patrem uideat. Celeriter 9  
 adulescentem suae temeritatis implet ; [Arruns Tarquinius  
 et Tullia minor] prope continuatis funeribus cum domos  
 uacuas nouo matrimonio fecissent, iunguntur nuptiis, magis  
 non prohibente Seruio quam adprobante.

Tum uero in dies infestior Tulli senectus, infestius coepit 47 x  
 regnum esse ; iam enim ab scelere ad aliud spectare mulier  
 scelus. Nec nocte nec interdiu uirum conquescere pati, ne  
 gratuita praeterita parricidia essent : non sibi defuisse cui 2 tact  
 nupta diceretur, nec cum quo tacita seruiret ; defuisse qui se

ignauia postulat Harrison (*per litteras*), sed cf. 35. 35. 16 ; 42. 6. 8 et

Lucan. 3. 451 et 4. 24 fit : malum Madv. : fit, malum *edd. priores*  
 iungi ut MPFBaHRnDL : iungi et F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup>UpO (qui punctum ad

iungi ponit) : iungi aut D<sup>2</sup> dett. aliq. Edd. uet. : iungi haud dett. aliq. :  
 iungi at P<sup>2</sup> ignauia esset MO : ignauia esse PFUpBaHRnDL

8 digna esset M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBaORnD Edd. uet. : digna essent MPL :  
 digna esse H domi se MOHRnDL : om. se PFUpBa 9 implet

MP<sup>2</sup>HRnD<sup>3</sup> : implerat F (fort. recte) : implet PO : implet Ba : im-  
 plera(rruns) D? Arruns Tarquinius et Tullia minor MPFU<sup>2</sup>B

OHRnDL Edd. uet. : seclusit Walters : 'Liuius scribere debuit Lucius  
 Tarquinius' Madv. (et sic dett. unus) : ita L. Tarquinius et Tullia

minor Perizonius : maior pro minor Sabellicus : glossema projectum  
 fuisse posse uidetur a lectore qui uel funeribus breuiter explicare uel

Cic. Cat. 1. 6. 14; Sall. Cat. 15. 2; Val. Max. 9. 1. 5 oblitus (ubi in-  
 tersector, non interfecta, dominum suam uacuam facere dicitur) nominati-

uum uerbo fecissent supplere uoluit ; cf. Class. Quarterly iv (1910),  
 p. 271. Re saepius cogitata ad genetiuos (Arruntis Tarquini et Tulliae  
 minoris) scribendos et corruptionem Symmachis tribuendam ipse iam

inclinor (cf. 4. 30. 4 et 12 adnn.) fecissent, iunguntur] Inter haec  
 uerba conieci olim uidui excidisse, quod etiam nunc commendarem si iure

nominatiuus requireretur : post fecissent add. 1 tarquinius et tullia  
 maior F<sup>3</sup>

47 1 ad aliud MP<sup>2</sup>FUpBOHD<sup>4</sup> : aliud PRnD<sup>3</sup>L dett. aliq. : aliut D

2 cui nupta Vorm. P<sup>2</sup> marg. F<sup>2</sup>HRnDL : cui nubta M : cui innupta  
 Vorm. PFUpBaO

regno dignum putaret, qui meminisset se esse Prisci Tarquini  
 3 filium, qui habere quam sperare regnum mallet. 'Si tu is es  
 (cui nuptam esse me arbitror, et uirum et regem appello; sin  
 minus, eo nunc peius mutata res est quod istic cum ignauia  
 4 est scelus. Quin accingeris? Non tibi ab Corintho nec ab  
 Tarquiniiis, ut patri tuo, peregrina regna moliri necesse est:  
 di te penates patrique et patris<sup>throni</sup> imago et domus regia et in  
 domo regale solium et nomen Tarquinium creat uocatque  
 5 regem. Aut si ad haec parum est animi, quid frustraris  
 ciuitatem? quid te ut regium iuuenem conspici sinis? Fa-  
 cesse hinc Tarquinios aut Corinthum; deuoluere retro ad  
 6 stirpem, fratri similius quam patri.' His aliisque increpando  
 iuuenem instigat, nec conquiescere ipsa potest si, cum Tana-  
 quil, peregrina mulier, tantum moliri potuisset animo ut duo  
 continua regna uiro ac deinceps genero dedisset, ipsa regio  
 semine orta nullum momentum in dando adimendoque regno  
 7 faceret. His muliebribus instinctus furiis Tarquinius cir-  
 cumire et prensare minorum maxime gentium patres; admo-  
 nere paterni beneficii ac pro eo gratiam repetere; allicere  
 donis iuuenes; cum de se ingentia pollicendo tum regis cri-  
 8 minibus omnibus locis crescere. Postremo ut iam agendae  
 rei tempus uisum est, stipatus agmine armatorum in forum  
 inrupit. Inde omnibus perculsis pauore, in regia sede pro  
 curia sedens patres in curiam per praeconem ad regem Tar-  
 9 quinium citari iussit. Conuenere extemplo, alii iam ante ad  
 hoc praeparati, alii metu ne non uenisse fraudi esset, nouitate  
 10 ac miraculo attoniti et iam de Seruio actum rati. Ibi Tar-

4 quin *OHRnDL*: <sup>occurrence</sup> qui *M*: qui *M<sup>2</sup>*: qui non *PFUpBa*: quia non  
*F<sup>3</sup>* Corintho *OHRnDL*: Chorintho *PUp*: Chorinto *FBa*: Cho-  
 rinthiis *M* 5 conspici sinis *MP<sup>2</sup>FUpBOH*: conspicis in his *M<sup>3</sup>*  
*PL*: conspicimus *F<sup>3</sup>*: conspici conspicis sinet *D?*: conspici sini *D<sup>2</sup>*  
 patri *M<sup>3</sup>PFUpBOHRnDL*: patris *M* (*qui antea fratris imilius dat*)

6 momentum *D<sup>x</sup>Rn<sup>y</sup> dett. aliq.*: monumentum *D*: monumentum  
*MPFUpBaOD<sup>2</sup>L*: monumentū *H* 7 omnibus *MP<sup>2</sup>OHRnDL*:  
 om. *PFUpBa* 8 ut iam *MOHRnD<sup>3</sup>L*: ut et iam *PFD?*: ut etiam  
*Ba*: ut eciam *Up* inrupit *MPFUpBODL*: inrupit *HD<sup>3</sup>*: inrupit  
*Rn* dett. duo

He was good himself, giving great things and commanding the day in all places

qui natus maledicta ab stirpe ultima orsus : seruum seruaque natum post mortem indignam parentis sui, non interregno, ut antea, inito, non comitiis habitis, non per suffragium populi, non auctoribus patribus, muliebri dono regnum occupasse. ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi <sup>one who favors</sup> generis hominum ex quo ipse sit, odio alienae honestatis ereptum <sup>by</sup> primoribus agrum sordidissimo cuique diuisisse ; omnia onera quae communia quandam fuerint inclinasse in <sup>particular</sup> primores ciuitatis ; instituisse censem ut insignis ad inuidiam locupletiorum fortuna esset et parata unde, ubi uellet, egenissimis largiretur.

*hesten largesse.*

Huic orationi Seruius cum interuenisset trepidō nuntiō <sup>48</sup> excitatus, extemplo a uestibulo curiae magna uoce 'Quid hoc' inquit, 'Tarquini, rei est? quā tu audaciā me uiuo uocare ausus es patres aut in sede considere mea?' Cum <sup>2</sup> ille ferociter ad haec—se patris sui tenere sedem ; multo quam seruum potiorem filium regni heredem ; satis illum diu per licentiam eludentem insultasse dominis—, clamor ab utriusque fautoribus oritur et concursus populi fiebat in curiam, apparebatque regnaturum qui uicisset. Tum Tar- <sup>3</sup> quinius necessitate iam et ipsa cogente ultima audere, multo et aetate et uiribus ualidior, medium arripit Seruium elatumque e curia in inferiorem partem per gradus deiecit ; inde ad cogendum senatum in curiam rediit. Fit fuga regis <sup>4</sup> apparitorum atque comitum ; ipse prope exsanguis cum sine regio

<sup>10</sup> antea inito MORnDL : ante inito PFUpBa : ante ea ita H habitis MOHRnDL : om. PFUpBa <sup>12</sup> unde ubi M : om. unde PFUpBOHRnDL Edd. uet.

<sup>48</sup> <sup>2</sup> ad haec M<sup>2</sup>PFUpOHRnDL : om. haec M in fine lineae (fort. restituendum adfirmaret?) ab utriusque MPUpBOHD<sup>3</sup> : ab utrisque FRnL : abutrisque D? <sup>3</sup> iam et ipsa Weissenb. : iam etiam ipsa Vorm.? MPFUpOHRn : iam etiam ipsam Ba : iam ipsa HDL dett. aliq. Ald. gradus MHRnD<sup>2</sup>L : gradum PFUpBaOD deiecit MPFUpBaOHRnDL : deicit Rn<sup>2</sup> Edd. uet., u. adn. ad I. 41. 1 rediit MPFUpBHRn<sup>2</sup>DL Ed. Rom. 1469 Ald. : redit O Edd. uet. aliq. ; cf. adn. ad I. 3. 3 : om. Rn <sup>4</sup> exsanguis cum sine regio comitatu domum se reciperet, ab iis Alscheski. Archetypi scripturam

chariot driving without

comitatu domum se reciperet ab iis qui missi ab Tarquinio  
 eum fugientem consecuti erant interficuntur. Creditur, quia non  
 abhorret a cetero scelere, admonitu Tulliae id factum. Car-  
 pento certe, id quod satis constat, in forum inuecta nec  
 reuerita coetum uirorum euocauit uirum e curia regemque  
 6 prima appellauit. A quo facessere iussa ex tanto tumultu  
 cum se domum reciperet peruenissetque ad summum  
 Cyprium uicum, ubi Dianum nuper fuit, flectenti carpentum  
 dextra in Vrbium cliuum ut in collem Esquiliarum  
 ueheretur, restitit pauidus atque inhibuit frenos is qui  
 iumenta agebat iacentemque dominae Seruium trucidatum  
 7 ostendit. Foedum inhumanumque inde traditur scelus  
 monumentoque locus est—Sceleratum uicum uocant—quo  
 amens, agitantibus furii sororis ac uiri, Tullia per patris  
 corpus carpentum egisse fertur, partemque sanguinis ac  
 caedis paternae cruento uehiculo, contaminata ipsa resper-

*fuisse patet hanc*: exsanguis cum semianimis (*uel -mes*) regio comitatu domum se reciperet peruenissetque ad summum cōs primum uicum. *Sic codd. minutiis exceptis* (semianimis *P<sup>2</sup>FBOHD* : semianimes *Vorm.* *P* : *in M uocalis signum erasum est sed uidetur -mis (e suprascr.) primo stetisse*; et recipere pro reciperet *M corr. M<sup>3</sup>* : reciperetur *B*) *praeterquam quod RnD<sup>3</sup> in ras. cum P<sup>3</sup>F<sup>4</sup>* Cyprium pro cōs primum habent (*cip- D<sup>3</sup>*). *Corruptelae causam primam indicat Frigell.* (*Epileg. ad Lib. I.*, p. 68) *quattuor uerba cum se domum reciperet a Liuio bis posita hic de Seruio infra de Tullia; altera causa fort. fuit glossema semianimis ad exsanguis adscriptum.* *Verba* peruenissetque . . . *uicum secludunt omnes; etiam semianimis regio comitatu damnabat Graenius*: *tutatur (cum semianimi) Heerwagen*: *plura delent sed uix necessario recentiores*: se amissō regio comitatu domum recipere *Frig.*: regio comitatu *in § 6 ante se domum translulit Madv. Ed. 3* sed quo modo errorem hunc natum esse crediderit non intelligimus 6 facessere . . . nuper fuit omnia suo loco habet *O eadem manu quam cetera sed nigriore atramento scripta, scil. quia primo difficultem locum praetermisit, spatium uacuum relinquens* cum se domum et Cyprium (*uel cip-*) recte hoc in loco *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* Esquiliarum *Ba dett. unus Ald.*: esquiliarum (*i suprascr.*) *O (omnia ead. manu)*: esquiliarium *MPFU<sub>p</sub>HRnDL*, ‘*antiqua lectio*’ *Rhenan.*, quam tutati sunt *Grut. Gron.* 7 monumentoque *MPFBOH*: monumentoque *UpD<sup>3</sup>*: momenmentoq. *D*: monumentique *RnL* Sceleratum *Vorm.?* *MPFU<sub>p</sub>BaOH*: quem sceleratum *RnDL* *dett. aliq. Ald.*; ‘*quem pronomen asinus aliquis adsuit*’, *Rhenan.*

undisturbed by hand or pen

saque, tulisse ad penates suos virisque sui, quibus iratis  
malo regni principio similes propediem exitus sequerentur.

Ser. Tullius regnauit annos quattuor et quadraginta ita ut 8  
bono etiam moderatoque succedenti regi difficilis aemulatio  
esset; ceterum id quoque ad gloriam accessit quod cum illo  
simul iusta ac legitima regna occiderunt. Id ipsum tam mite 9  
ac tam moderatum imperium tamen quia unius esset depo-  
nere eum in animo habuisse quidam auctores sunt, ni scelus  
intestinum liberandae patriae consilia agitanti interuenisset.

Inde L. Tarquinius regnare occepit, cui Superbo cognoscere 49  
men facta indiderunt, quia sacerum gener sepultura prohibuit,  
Romulum quoque insepultum perisse dictitans, pri- 2  
moresque patrum, quos Serui rebus fauisse credebat, interfecit;  
conscius deinde male quaerendi regni ab se ipso  
aduersus se exemplum capi posse, armatis corpus circum-  
saepsit; neque enim ad ius regni quicquam praeter vim 3  
habebat ut qui neque populi iussu neque auctoribus patribus  
regnaret. Eo accedebat ut (in caritate ciuum nihil spei 4  
reponenti)metum regnum tutandum esset. Quem ut pluribus  
incuteret cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se  
solus exercebat, perque eam causam occidere, in exsilium 5  
agere, bonis multare poterat non suspectos modo aut inuisos  
sed unde nihil aliud quam praedam sperare posset. Praecipue 6  
ita patrum numero imminuto statuit nulos in patres legere,

7 tulisse  $M^1$  uel  $M^2F^3D^2$  dett. alig.: tulisset  $MPF? UpBaOHRnDL$

8 quadraginta  $PFUpBOHRnDL$ :  $lx M$  9 ac tam moderatum imperium tamen  $MOHRnDL$  (sed hic actum): om.  $PFUpBa$ , et in  $O$  uerba ab etiam moderatoque in § 8 usque ad eum in animo artissime scribuntur 10 esset  $MP^2OHRnD?$   $L$ : est  $PFUpBaD^2$  uel  $D^1$  agitanti  $Rn$  Ed. Rom. 1469: agitanci  $M^1$ : agitandi  $M^2PFUpBa$   $OHDL$ , cf. I. 41. 1 adn.

49 1 occipit  $MP^2$  marg.  $F?$   $Up^2HRn^2DL^2$ : accepit  $PUpRn$ : coepit  $BaO$ : cepit  $L$  gener  $PFUpBOHRnDL$ : genere  $M$  2 primo-  
resque  $Vorm.?$   $MHRnL$ ,  $Rhenan.$ : om. -que  $PFUpBaOD$  dett.

3 ad ius regni  $MOHRnDL$ : om.  $PFUpBa$  5 bonis  $M^3PFUpB$   $OHRnDL$ : bonos  $M$  poterat  $MPF^2BOHRnDL$ : peterat  $F$ : quos poterat  $Up$ : delere optabat Gron., fort. recte 6 praecipue ita  $Vorm.$   $MPFUpBORn$ : praecipue post patrum demum ponunt  $HDL$  dett. Ald.

So that he might impress which thing into me

quō contemptior paucitate ipsa ordo esset minusque per se  
 nihil agi indignarentur. Hic enim regum primus traditum a  
 prioribus morem de omnibus senatum consulendi soluit ;  
 domesticis consiliis rem publicam administravit ; bellum,  
 pacem, foedera, societas per se ipse, cum quibus uoluit,  
 iniussu populi ac senatus, fecit diremitque. Latinorum sibi  
 maxime gentem conciliabat ut peregrinis quoque opibus  
 tutior inter ciues esset, neque hospitia modo cum primoribus  
 eorum sed adfinitates quoque iungebat. Octauio Mamilio  
 Tusculano—is longe princeps Latini nominis erat, si famae  
 credimus, ab Vlide deque Circa oriundus—, ei Mamilio  
 filiam nuptum dat, perque eas nuptias multos sibi cognatos  
 amicosque eius conciliat.

- order*
- 50 Iam magna Tarquini auctoritas inter Latinorum proceres  
 erat, cum in diem certam ut ad lucum Ferentinae conuenient  
 indicit : esse, quae agere de rebus communibus uelit.  
 1 Conueniunt frequentes prima luce : ipse Tarquinius diem  
 quidem seruauit, sed paulo ante quam sol occideret uenit.  
 Multa ibi toto die in concilio uariis iactata sermonibus erant.  
 3 Turnus, Herdonius ab Aricia ferociter in absentem Tar-  
 quiniū erat inuectus : haud mirum esse Superbo inditum  
 Romae cognomen.—Iam enim ita clam quidem mussitantes,  
 uolgo tamen eum appellabant.—an quicquam superbius  
 4 esse quam ludificari sic omne nomen Latinum ? longe ab

*trifc*

7 traditum *Grynaeus, Ed. Froben.* 1531 : ut traditur *MPFUphBO HRnDL Edd. uet., sed in O ut scribitur Vt solito maius, et V rubricatum*, cuius causa ea erat quod uocula haec ex margine sumpta fuit ; alia exempla huius generis, nondum satis obseruata, in 1. 17. 9 ; 1. 55. 9 ; 2. 17. 4 ; 2. 32. 10 ; 2. 39. 3 ; 2. 40. 3 ; 2. 45. 16 ; 2. 47. 12 ; 2. 50. 1 ; 2. 60. 5 ; 4. 26. 7 ; 4. 44. 3 ; 8. 8. 8 ; 10. 7. 10 9 Circa *MPFBHRn DL* : Circe *F3Up* dett. aliq. *Ald.* : Circe (a *suprascr. ead. manu*) *O* : Circae *M2D3* nuptum *MUphOHRnDx* : nuptam *PFBad* : nuptu dett. aliq. : nuptui dett. duo perque eas nuptias *M2P4OHRnDL* : per quem meas nuptias *M* : per quem et nuptias *PFUpBa* : per quem *Frig. Epileg.* 69 fort. recte

50 2 toto die *PUpOHD* : tota die *MFBaRn* : toto diei *L*  
 4 longe *M* : princib; longe *H* : principibus longe *PFBO2RnDL* sed  
 in *D* supra pr- stat *signum uocum ex margine desumptarum* ; cf.  
 1. 43. 11 *adn.* : principibui *O* : principibus enim *Up* : post domo add.

domo excitis, ipsum, qui concilium indixerit, non adesse. temptari profecto patientiam ut, si iugum acceperint, obnoxios premat. cui enim non apparere, affectare eum imperium in Latinos? quod si sui bene crediderint ciues, aut si creditum illud et non raptum parricidio sit, credere et Latinos quamquam ne sic quidem alienigenae debere: sin suos eius paeniteat, quippe qui alii super alios trucidantur, exsulatum eant bona amittant, quid spei melioris Latinis portendi? si se audiant, domum suam quemque inde abituros neque magis obseruaturos diem concilii quam ipse qui indixerit, obseruet. Haec atque alia eodem pertinentia seditiosus facinorosusque homo hisque artibus opes domi nactus cum maxime dissereret, interuenit Tarquinius. Is finis orationi fuit; auersi omnes ad Tarquinium salutandum. Qui silentio facto monitus a proximis ut purgaret se quod id temporis uenisset, disceptatorem ait se sumptum inter patrem et filium cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse, et quia ea res exemisset illum diem, postero die acturum quae constitisset. Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt; dixisse enim nullam breuiores esse cognitionem quam inter patrem et filium paucisque transigi uerbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse.

Haec Aricinus in regem Romanum increpans ex concilio abiit. Quam rem Tarquinius aliquanto quam uidebatur aegrius

princib. *M<sup>2</sup> uel M<sup>3</sup> in marg.*: *ibidem add.* principibus *Ed. Rom. 1470*  
*concilium MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>1</sup>*: consilium *RnDL* dett. *indixerit*  
*MPFU<sub>p</sub>BOH*: indixerat *D<sup>1</sup>* dett. *aliquis*: dixerat *RnDL* apparere  
*Vorm.?* *PFU<sub>p</sub>BHRnDL*: apparerit *O*: appareret *MD<sup>2</sup>, sed t. fort. ab*  
*M<sup>2</sup> additum* 5 *debere M*: deberet *PFU<sub>p</sub>BaO*: deberent *P<sup>4</sup>H*  
*RnDL* dett. *Ald.* 6 *sin F<sup>3</sup>H Ed. Rom. 1469*: si in *MPFU<sub>p</sub>BO*  
*RnDL*: si dett. *unus* qui indixerit *P<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHD<sup>1</sup>* dett.  
*aliquis*: quin dixerit *MP*: qui dixerit *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>RnDL* 7 facinorosus  
*M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BaOD<sup>3</sup>* dett.: facinorosus *MPHRnDL* hisque usque ad nactus in *F* erasa sunt sed supersunt uestigia; spatium tamen non omnia cepisse potest hisque *UpO*: hisque *M*: iiisque *RnDL*: isque *PBaH* domi nactus *MO<sup>3</sup>R<sup>3</sup>D<sup>5</sup>*: domi natus *PF?*  
*UpD*: dominatus *BaOHRL* dett. *aliquis*. 8 monitus *P<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>B*  
*OHRnD<sup>3</sup>*: munitus *MPDL* 9 ab Turno *MPF? UpBOHRnDL*: Turnum *F<sup>3</sup> in ras.* dett. *aliquis*.

ferens, confestim Turno necem machinatur, ut eundem terrorem quō ciuum animos domi oppresserat Latinis iniceret.  
 2 Et quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falso  
 crimine insontem oppressit. Per aduersae factionis quosdam  
 Aricinos seruum Turni auro corrupit, ut in deuersorium eius  
 3 uim magnam gladiorum inferri clam sineret. Ea cum una  
 nocte perfecta essent, Tarquinius paulo ante lucem accitis ad  
 se principibus Latinorum quasi re noua perturbatus, moram  
 suam hesternam uelut deorum quādam prouidentia inlatam  
 4 ait saluti sibi atque illis fuisse. ab Turno dici sibi et pri-  
 moribus populorum parari necem ut Latinorum solus imperium  
 teneat. adgressurum fuisse hesterno die in concilio;  
 dilatam rem esse, quod auctor concilii afuerit quem maxime  
 5 peteret. inde illam absēntis insectationem esse natam quod  
 morāndō spem destituerit. non dubitare, si uera deferantur,  
 quin prima luce, ubi uentum in concilium sit, instructus cum  
 6 coniuratorum manu armatusque uenturus sit. dici gladiorum  
 ingentem esse numerum ad eum conuectum. id uanum nec-  
 ne sit, extemplo sciri posse. rogare eos ut inde secum ad  
 7 Turnum ueniant. Suspectam fecit rem et ingenium Turni  
 ferox et oratio hesterna et mora Tarquini, quod uidebatur  
 ob eam differri caedes potuisse. Eunt inclinati quidem ad  
 credendum animis, tamen, nisi gladiis deprehensis, cetera  
 8 uana existimatur. Vbi est eo uentum, Turnum ex somno  
 excitatum circumsistunt custodes; comprehensisque seruis  
 qui caritate domini uim parabant, cum gladii abditi ex  
 omnibus locis deuerticuli protraherentur, enim uero manifesta-  
 res uisa iniectaeque Turno catenae; et confestim Latinorum  
 9 concilium magno cum tumultu aduocatur. Ibi tam atrox  
 inuidia orta est gladiis in medio positis, ut indicta causa,

51 2 seruum *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*: seruos *M<sup>4</sup>* ut in *MRn<sup>2</sup> Ald.*:  
 tecin *O*: In *Vorm.* *M<sup>2</sup>PFBOD<sup>2</sup>RnDL*, *fort. recte* deuersorium *MHL*  
 (*sed in M* inde uersorium): diuersorium *PFUpOD*: diuersorum *Ba*:  
 deuersorium *M<sup>2</sup>* 6 uanum *Vorm.* *MPFU<sup>p</sup>BOHDL<sup>1</sup>*: uarum *Rn*:  
 uerum *Rn<sup>2</sup>L* 7 existimatur *MPFU<sup>p</sup>BHRnD<sup>1</sup>L*: existimatura  
*OD*: existimatur *M<sup>2</sup> uel M<sup>4</sup>*: existimantur *M<sup>3</sup>*

nouo genere leti, deiectus ad caput aquae Ferentinae crate  
superne iniecta saxisque congestis mergeretur.

Reuocatis deinde ad concilium Latinis Tarquinius conlau- 52  
datisque qui Turnum nouantem res pro manifesto parricidio making revolution  
merita poena adfecissent, ita uerba fecit: posse quidem se 2  
uetustō iure agere, quod, cūm omnes Latini ab Alba oriundi  
sint, [in] eo foedore teneantur, quo sub Tullo res omnis Al-  
bana cum colonis suis in Romanum cesserit imperium ;  
ceterum se utilitatis id magis omnium causa censere ut 3  
renouetur id foedus, secundaque potius fortuna populi Ro-  
mani ut participes Latini fruantur quam urbium excidia  
uastationesque agrorum, quas Anco prius, patre deinde suo  
regnante perpessi sint, semper aut exspectent aut patientur.  
Haud difficulter persuasum Latinis, quamquam in ea foedere 4  
superior Romana res erat ; ceterum et capita nominis Latini,  
stare ac sentire cum rege uidebant, et [Turnus] sui cuique  
periculi, si aduersatus esset, recens erat documentum. Ita 5  
renouatum foedus, indictumque iunioribus Latinorum ut ex  
foedore die certa ad lucum Ferentinae armati frequentes  
adessent. Qui ubi ad edictum Romani regis ex omnibus 6  
populis conuenere, ne ducem suum neue secretum imperium  
propriae signa haberent, miscuit manipulos ex Latinis Ro-  
manisque ut ex binis singulos faceret binosque ex singulis ;  
ita geminatis manipulis centuriones imposuit.

9 leti *PBDL* : laeti *F* : loeti *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>UpOH* : letis *M* deiectus  
*RnD<sup>x</sup>(D<sup>y</sup>)* dett. aliq.: delectus *MPBaOHD<sup>L</sup>* : delatus *P<sup>4</sup>F*: deletus  
*M<sup>2</sup>Up*

52 2 in eo *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : in seclusit *Perizonius* quo sub  
dubitanter *Dra*. : quod ab *MPFU<sub>p</sub>OHRnDL* : quo ab dett. aliq. : qui  
ab *Ba* colonis *MPFU<sub>p</sub>BaOHRnDL* : coloniis dett. unus (sed quas  
colonias nouimus *Albanorum?*) 3 id magis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* :  
id secludere uoluit *Ussing*, uix necessario potius *M<sup>2</sup>OHD<sup>2</sup>* : post ius  
*PFUpBa* : positius *M* : potitus *D* : positus *L* aut exspectent (uel  
exp-) *PFUpBH* : aut expectaent *M* : aut spectent *ORnD* : auspectent  
*L* 4 uidebant *Vorm.* *M<sup>2</sup>? PFUpBOHRnDL* : uidebantur *Rn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>*  
dett. aliq. *Edd.* uet. *Ald.*, fort. etiam *M*, si recte supra erasum fuisse  
suspicio *Turnus M<sup>4</sup>PFUpBOHRnDL* : om. *M*, recte, cf. c. 25. 10

53 Nec ut iniustus in pace rex, ita dux belli prauus fuit ; quin  
 ea arte aequasset superiores reges ni degeneratum in aliis  
 huic quoque decori offecisset. Is primus Volsci<sup>s</sup> bellum in  
 ducentos amplius post suam aetatem annos mouit, Suessam-  
 que Pometiam ex iis ui cepit. Vbi cum diuendita praeda qua-  
 draginta talenta argenti refecisset, concepit animo eam ampli-  
 tudinem Iouis templi quae digna deum hominumque rege, quae  
 Romano imperio, quae ipsius etiam loci maiestate esset ;  
 captiuam pecuniam in aedificationem eius templi seposuit.

4 Excepit deinde lentius spe bellum, quo Gabios, propin-  
 quam urbem, nequiam ui adortus, cum obsidendi quoque  
 urbem spes pulso a moenibus adempta esset, postremo  
 5 minime arte Romana, fraude ac dolo, adgressus est. Nam  
 cum uelut posito bello fundamentis templi iaciendis aliisque  
 urbanis operibus intentum se esse simularer, Sextus filius  
 eius, qui minimus ex tribus<sup>tris</sup> erat, transfugit ex composito  
 6 Gabios, patris in se saeuitiam intolerabilem conquerens : iam  
 ab alienis in suos uertisse superbiam et liberorum quoque  
 eum frequentiae taedere, ut quam in curia solitudinem  
 fecerit domi quoque faciat, ne quam stirpem, ne quem here-  
 7 dem regni relinquat. se quidem inter tela et gladios patris  
 elapsum nihil usquam sibi tutum nisi apud hostes L. Tar-  
 quini credidisse. nam ne errarent, manere iis bellum quod

53 1 prauus *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : paruuus *M* dett. unus      quin *MPF*  
*UpORnDL* : qui in *BaH*      3 diuendita praeda *Ed. Mogunt.* 1518 :  
 diuidenta preda *M* : diuidenda praeda *PFU<sub>p</sub>BaORnL* (*sed in O littera*  
*i ante d et litterae nda pleniore calamo*, cf. 1. 41. 4) : diuidē apraeda *H* :  
 diuendenda *Gron.* *In D discernere nequii quid D, quid D<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>*  
*uoluerit* : *nunc quidem diuidendā praebet* : *fort.* diuindendo praedā  
*D*      refecisset *Gron.*, *P<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup> marg.* : refecisset coepisset *M* :  
 refecisset ac recepisset *RnDL* (*sed in Rn rescep-*) : reque cepisset  
*PFBa* (*unde aurique recepisset D<sup>4</sup> dett. aliq.*) : recepisset *P<sup>3</sup>F<sup>3</sup>H* dett.  
*aliq. Ald.* : recoepisset *Up* : cepisset *O*      4 deinde *M*, cf. 2. 61. 1 :  
*add. eum M<sup>3</sup>P FU<sub>p</sub>BOHRnDL*      5 iaciendis *Vascosanus et Ed.*  
*Parm.* 1480 : faciendis *M<sup>1</sup> in ras.* *PFU<sub>p</sub>BaOHRnDL Ald.*      6 ne  
 quem *MOHD<sup>2</sup>* dett. *aliq.* : neque *P FU<sub>p</sub>BaRnD?* : ne quam *L* : ne qui  
*D<sup>7</sup>*      7 hostes *MHRnDL* dett. *aliq. Ald.* : hoste *BaO* : hostem  
*P FU<sub>p</sub>O<sup>2</sup>*      manere *MPFU<sub>p</sub>O* : manere *Ba* : manere enim *HRnDL* :  
 monere *D<sup>3</sup> deletō enim*

how did he believe himself to be safe anywhere

positum simuletur, et per occasionem eum incautos inuasorum. quod si apud eos supplicibus locus non sit, pererratur se omne Latium, Volscosque se inde et Aequos et Hernicos petiturum donec ad eos perueniat qui a patrum crudelibus atque impiis suppliciis tegere liberos scient. forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaque se aduersus superbissimum regem ac ferocissimum populum inuenturum. Cum si nihil morarentur infensus ira porro inde abiturus uideretur, benigne ab Gabinis excipitur. Ventant mirari si, qualis in ciues, qualis in socios, talis ad ultimum in liberos esset; in se ipsum postremo saeuiturum, si alia desint. sibi uero gratum aduentum eius esse, futurumque credere breui ut illo adiuuante a portis Gabinis sub Romana moenia bellum transferatur.

Inde in consilia publica adhiberi. Vbi cum de aliis rebus adsentire se ueteribus Gabinis diceret quibus eae notiores essent, ipse identidem belli auctor esse et in eo sibi praecipuam prudentiam adsumere quod utriusque populi uires nosset, sciretque inuisam profecto superbiam regiam ciibus esse quam ferre ne liberi quidem potuissent. Ita cum sensim ad rebellandum primores Gabinorum incitaret, ipse cum promptissimis iuuenum praedatum atque in expeditiones iret et dictis factisque omnibus ad fallendum instructis uana adcresceret fides, dux ad ultimum belli legitur. Ibi cum, inscia multitudine quid ageretur, proelia parua inter Romam Gabiosque fierent quibus plerumque Gabina res superior esset, tum certatim summi infimique Gabinorum Sex. Tarquinium dono deum sibi missum ducent credere. Apud milites uero obeundo pericula ac labores pariter, praedam munifice largiendo tanta caritate esse ut non pater Tarquinius

8 se inde *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: sesnde? D: *seclusit* [se] Gron., fort. recte 10 infensus *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: incensus Madv. Ed. 3

54 i consilia *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: concilia M esse et in Alsch.: esset in *MPFU<sub>p</sub>BaOHRnDL*: esse in dett. aliq. Sigon. 3 Gabiosque *PFBOHRnDL*: Gabinosque M: Gabiniosque Up

enough dist had been  
 getting up  
 conf'd book  
 Kulpurk  
 stuck up  
 time  
 h.  
 d. min. 10  
 sub F. 10  
 devoit

5 potentior Romae quam filius Gabiis esset. Itaque postquam satis uirium conlectum ad omnes conatus uidebat, tum ex suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit quidnam se facere uellet, quando quidem ut omnia unus publice Gabiis 6 posset ei di dedissent. Huic nuntio, quia, credo, dubiae fidei uidebatur, nihil uoce responsum est; rex uelut delibera-bundus in hortum aedium transit sequente nuntio filii; ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculo 7 decussisse. Interrogando exspectandoque responsum nuntius fessus, ut re imperfecta, redit Gabios; quae dixerit ipse quaeque uiderit refert; seu ira seu odio seu superbia insita 8 ingenio nullam eum uocem emisisse. Sexto ubi quid uellet parens quidue praeciperet tacitis ambagibus patuit, primores ciuitatis criminando alios apud populum, alios sua ipsos inuidia Opportunos interemit. Multi palam, quidam in quibus minus 9 speciosa criminatio erat futura) clam interfici. Patuit quibusdam uolentibus fuga, aut in exsilium acti sunt, absentium- 10 que bona iuxta atque interemptorum diuisui fuere. Largitiones inde praedaeque; et dulcedine priuati commodi sensus malorum publicorum adimi, donec orba consilio auxilioque Gabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur.

55 Gabiis receptis Tarquinius pacem cum Aequorum gente fecit, foedus cum Tuscis renouauit. Inde ad negotia urbana animum conuertit; quorum erat primum ut Iouis templum in monte Tarpeio monumentum regni sui nominisque relinquenter: Tarquinios reges ambos patrem uouisse, filium perfe-

5 ex suis *MPFU<sup>p</sup>BaOH*: e suis *RnDL* dett. publice Gabiis *Heerwagen*, optime, cf. 2. 2. 5 (*ubi pro rei publicae uinceret Ba rei preuinceret praebet*) et 22. 22. 13: *P.* gabiis *L* : Gabiis *D<sup>x</sup>* dett. aliq. : *p.* (*i.e. pra.*) Gabiis *MRD* : *prae Gabiis Vorm.* *I<sup>3</sup>* : *p. gabinis PBa* : *p.* (*uel p.*) *gabinis F* : *P. gabinis O* : *populis Gabinis facere Up* : *pro Gabiis H. J. Edwards* posset *M<sup>3</sup>F<sup>3</sup>UpORnDL* : posse *MPF?* *BH* 6 sequente *M<sup>2</sup>O* (*uel O<sup>1</sup>*) *HRnD<sup>x</sup>* *Ald.* : sequenti *MPFU<sup>p</sup>BaO?* *DL* 9 aut *MPFU<sup>p</sup>BOHRnD<sup>x</sup>L* (*sed in M secunda -u- litterae hasta pleniore calamo* (*i. 41. 4 adn.*), *et in B fugit, in F fugae?*, *in F<sup>3</sup> fuga*) : ant *D* : *alii Cornelissen, non male* diuisui *M* (*ut credo*) *P<sup>2</sup>* *marg.* *RnDL* : diuisa *M<sup>3</sup>F<sup>3</sup>UpOHD<sup>2</sup>* dett. aliq. *Ald.* : diuisi *PFBa* 55 1 *uouisse M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>HRn<sup>2</sup>* dett. duo : *uoluisse MPFU<sup>p</sup>OHRnDL*

cisse. Et ut libera a ceteris religionibus area esset tota Iouis 2 templique eius quod inaedificaretur, exaugurare fana sacella- unhaile que statuit quae aliquot ibi, a Tatio rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnae uota, consecrata in augurataque postea fuerant. Inter principia condendi huius 3 operis mouisse numen ad indicandam tanti imperii molem magnitudine maior traditur deos; nam cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere; idque 4 omen auguriumque ita acceptum est non motam Termini sedem unumque eum deorum non euocatum sacratis sibi finibus firma stabiliaque cuncta portendere. Hoc perpe- 5 long lasting tuitatis auspicio accepto, secutum aliud magnitudinem imperii portendens prodigium est: caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse. Quae uisa 6 species haud per ambages arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat; idque ita cecinere uates quiue in urbe erant quoque ad eam rem consultandam ex Etruria accuerant.

Augebatur ad impensas regis animus; itaque Pometinae 7 manubiae, quae perducendo ad culmen operi destinatae erant, uix in fundamenta suppeditauere. Eo magis Fabio, 8 praeterquam quod antiquior est, crediderim quadraginta ea sola talenta fuisse, quam Pisoni, qui quadraginta milia pondo 9 argenti seposita in eam rem scribit, summam pecuniae neque ex unius tum urbis praeda sperandam et nullius ne horum quidem operum fundamenta non exsuperaturam. Intentus 56

(cf. 2. 20. 12): uduisse Ba 2 inaedificaretur Vorm. MPFU<sub>p</sub>OH: in ea aedificaretur RnDL: inae (cum praec. quod coniunctum) edifica- 3 res: statuit quae Vorm. PFUpBOH: statuitque M<sup>3</sup>D<sup>3</sup>: statuit qua RnD?: statuire M? aliquot Vorm. MPU<sub>p</sub>OHDS: aliquod FB: aliquit DL: aliqua Rn 3 cum omnium M<sup>3</sup>HRnLUp: ex omnium M?: cum ex omnium PFBaODL<sup>1</sup>: delet ex O<sup>4</sup> 4 sacratis sibi Vorm.? MOHRnDL: sacratis ibi PF<sup>1</sup> (et F<sup>3</sup>) UpBRn<sup>2</sup>D<sup>3</sup> dett. aliq. Ald.: sacrastis ibi F 7 Pometinae D<sup>3</sup> Sabellicus, cf. c. 53. 2 et Verg. Aen. 6. 775: Pomptinae MP<sup>2</sup>FUpBaO: Promptinae P: Pontinae HRnDL dett. Ald. 9 summam Glarean.: quia summam Vorm. M? PFUpHRnDL: Quia summam O (cf. c. 49. 7): quia summa M<sup>1</sup> (uel M) Ba: quam summam dett. aliq. Ed. Rom. 1469 Ald.: quippe summam Bekker nullius ne horum MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL: nullorum ne huius Reiz quidem] add. magnificentiae M<sup>2</sup>P<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>FUpBO.

perficiendo templo, fabris undique ex Etruria accitis, non pecunia solum ad id publica est usus sed operis etiam ex plebe. Qui cum haud paruus et ipse militiae adderetur labor, minus tamen plebs grauabatur se templo deum exae-  
dificare manibus suis quam postquam et ad alia, ut specie minora, sic laboris aliquanto maioris traducebantur opera, foros in circo faciendo, cloacamque maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terra agendum; quibus duobus operibus uix noua haec magnificentia quic-  
3 quam adaequare potuit. His laboribus exercepta plebe, quia et urbi multitudinem, ubi usus non esset, oneri rebatur esse et colonis mittendis occupari latius imperii fines uolebat, Signiam Circeiosque colonos misit, praesidia urbi futura terra marique.

4 Haec agenti portentum terribile uisum: anguis ex columna lignea elapsus cum terrorem fugamque in regia fecisset, ipsius regis non tam subito pauore perculit pectus quam anxiis im-  
5 pleuit curis. Itaque cum ad publica prodigia Etrusci tantum uates adhiberentur, hoc uelut domestico exterritus uisu Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit.  
6 Neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria in Graeciam  
7 misit. Titus et Arruns profecti; comes iis additus L. Iunius

*HRnDL (sed in F -ae fort. separati solito scripta et infra à uirgula sic posita): magnifcentiae? P: magnifcentia M Frigellum confirmans qui uocem ut glossem ex c. 56. 2 rectissime seclusit: tutatur inaudite addens Reiz: magnifcentiam operum [fundamenta] Hayley*

56 1 paruus  $M^2P^3$  marg.  $F^2$  uel  $F^3OHRn^2D^x$ : patruus MPF? Rn DL: patrius  $P^2UpBa$  grauabatur  $PFUpBOrnD^3$  (in ras.) L, 'antiqua lectio' Rhenan.: grauatur M: om. H 2 quam Bekker: quem O: que D Ed. Rom. 1469: quae  $MPFUpBaHL$  Edd. uet. aliq. Ald. postquam  $MPFUpBOHRnDL$ : posthac D<sup>2</sup> dett. Ald.: post Ed. Rom. 1479 aliquanto  $M^2OHRn^2$ : aliquando  $MPFUpBaRnDL$  (1. 41. 1 adn.) traducebantur  $MPFUpBaOHRnL$ : traducebatur  $Rn^2D$  sub terra M?  $PUpO$ : sub terram M uel  $M^2$ ?  $FBaHRnDL$  Edd. uet. aliq. Ald. 4 in regia Bauer, D?: in regiam  $MPFUpBOH$   $RnD^1L$  anxiis  $MPFUpBOD^2$ : om. HRnDL anxiis imple-] Hic in Up desunt duo folia quae tamen suppleta sunt 'multo recentiore manu scripta' (Häggström, Excerpta Liuiana, p. 8) usque ad 2. 1. 10 in senatu fre-. Hoc supplementum up nominamus

Brutus, Tarquinia, sorore regis, natus, iuuenis longe alias ingenii quam cuius simulationem induerat. Is cum primores ciuitatis, in quibus fratrem suum, ab auunculo interfectum audisset, neque in animo suo quicquam regi timendum neque in fortuna concupiscendum relinquere statuit contemptuque tutus esse ubi in iure parum praesidii esset. Ergo ex industria 8 factus ad imitationem stultitiae, cum se suaque praedae esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen ut sub eius obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua. Is tum ab Tarquiniis 9 Delphos, ludibrium uerius quam comes, aureum baculum inclusum corneo cauato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui. Quo postquam 10 uentum est, perfectis patris mandatis cupido incessit animos iuuenum sciscitandi ad quem eorum regnum Romanum esset uenturum. Ex infimo specu uocem redditam ferunt: imperium summum Romae habebit qui uestrum primus, o iuuenes, osculum matri tulerit. Tarquinii ut Sextus, qui 11 Romae relictus fuerat, ignarus responsi expersque imperii esset, rem summa ope taceri iubent; ipsi inter se uter prior, cum Romam redisset, matri osculum daret, sorti permittunt. Brutus alio ratus spectare Pythicam uocem, uelut si prolapsus 12 cast 107 cecidisset, terram osculo contigit, scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. Reditum inde Romam, ubi 13 aduersus Rutulos bellum summa ui parabatur.

Ardeam Rutuli habebant, gens, ut in ea regione atque in 57

<sup>7</sup> alias ingenii *Madv.*: alias ingenio *MPFupBORnDL*: aliis ingenio *H* interfectum *MPFupBOHRnDL*: interfector dett. unus  
<sup>8</sup> opperiretur *POH*: operiretur *Vorm.*? *MFBaRnDL*: aperiretur *up* dett. *alig. Edd. uet. Ald.* tempora sua *Vorm.*? *MPFBOHRnDL*: tempore suo *upD<sup>x</sup>* dett. *alig. Edd. uet. Ald.* 9 Is tum (*uel istum*) *upD* dett. *alig.*: is cum *MPFBaOHL*: isq. *Rn* 11 Tarquinii ut Sextus *up Edd. uet.*: Tarquinius Sextus *MPFBHRnDL Ald.*: Tarquinius *sex O*: ut Tarquinius Sextus *F<sup>3</sup>* ignarus *FupBa Edd. uet.*: ut ignarus *MPOHRnDL* redisset *MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>OHRnDL*: redisset *PBa*: reddisset *F?*: redissent *M<sup>2</sup>* (*uel M<sup>1</sup>*) dett. *alig.* matri *M<sup>4</sup>* *F<sup>3</sup>upBOHRn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* dett. *alig. Edd. uet. alig.*: patri *MPFRnDL* uelut si *MPFupBORnD<sup>1</sup>*: uelutisi *D?*: uelut cii *L*: uelut *H*; cf. 1. 12. 7

ea aetate, diutiis praepollens ; eaque ipsa causa belli fuit,  
 quod rex Romanus cum ipse ditari, exhaustus magnificentia  
 publicorum operum, tum praeda delenire popularium animos  
<sup>2</sup> studebat, praeter aliam superbiam regno infestos etiam quod  
 se in fabrorum ministeriis ac seruili tam diu habitos opere ab  
<sup>3</sup> rege indignabantur. Temptata res est, si primo impetu capi  
 Ardea posset : ubi id parum processit, obsidione munitioni  
<sup>4</sup> busque coepti premi hostes. In his statiuis, ut fit longo  
 magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant, primoribus  
<sup>5</sup> tamen magis quam militibus ; regii quidem iuuenes interdum  
<sup>6</sup> otium conuiuiis comisationibusque inter se terebant. Forte  
 potentibus his apud Sex. Tarquinium, ubi et Collatinus cena-  
<sup>7</sup> bat Tarquinius, Egeri filius, incidit de uxoribus mentio. Suam  
 quisque laudare miris modis ; inde certamine accenso Colla-  
 tinus negat uerbis opus esse ; paucis id quidem horis posse  
 sciri quantum ceteris praestet Lucretia sua. 'Quin, si uigor  
 iuuentae inest, concendimus equos inuisimusque praeentes  
 nostrarum ingenia ? id cuique spectatissimum sit quod neco-  
<sup>8</sup> pinato uiri aduentu occurrerit oculis.' Incaluerant uino ;  
 'Age sane' omnes ; citatis equis auolant Romam. Quo  
 cum primis se intendentibus tenebris pereuenissent, pergun-  
<sup>9</sup> t inde Collatiam, ubi Lucretiam haudquaquam ut regias  
 nurus, quas in conuiuio luxuque cum aequalibus uiderant  
 tempus terentes sed nocte sera deditam lanae inter lucu-  
maids

57 <sup>2</sup> infestos *M<sup>2</sup>upOHD<sup>2</sup>* : infestus *MPFB?* *RnDL* ministeriis  
*PFupBaOHRnDL* *Edd.* *uet.* *Ald.* : ministerio *Vorm?* *M* <sup>4</sup> quam  
 acri . . . tamen magis om. *M* in initio paginae, add. *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>* in marg.  
 superiore ; haec cum linea insequenti quam . . . regii qui eratis *M<sup>4</sup>* (*XII*  
 saeculi, ut uidetur, manus), eo scilicet ut rursus omnia in unius lineae  
 spatium artissime comprimeret tamen magis quam *M<sup>4</sup>PFupBO*  
*RnD<sup>1</sup>* : tum magis quam *DL* : quam magis *H* <sup>5</sup> comisationibusque  
*MP* : comissa- *Rn* : comessa- *FupBaD* (*sed in iii. 29.* <sup>5</sup> comisantium  
*B*) : comesa- *P<sup>2</sup>HR<sup>2</sup>L* : commessa- *O dett.* <sup>6</sup> Collatinus *upOH*  
*Rn* : Conlatinus *MPFD* (*ut fere semper hi quattuor*) *B* (*sed c. 58.* <sup>7</sup>  
 Coll- *DB*) : *c* Latinis *L* (-nus *L<sup>1</sup>*) ; *sed Collatia semper MPFD*, quae  
*discrepania uix ueri similis uidetur* <sup>7</sup> quin si *M<sup>2</sup>PFupBOHRn<sup>2</sup>*  
*D<sup>8</sup>* : qui in si *M* : quis *RnL* necopinato *Rn<sup>2</sup>* *dett.* *aliq.* *Ald.* : neci-  
 nopolinato *MPFBOHRnDL* (*sed in P* nec inopinato) : inopinato *P<sup>2</sup>*  
*marg. up* : in necopinato *Heerwagen fort.* *recte*

brantes ancillas in medio aedium sedentem inueniunt.  
 Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adueniens 10  
 uir Tarquiniique excepti benigne; uictor maritus comiter  
 inuitat regios iuuenes. Ibi Sex. Tarquinium mala libido  
Lucretiae per uim stuprandae capit; cum forma tum spec-  
 tata castitas incitat. Et tum quidem ab nocturno iuuenali 11 <sup>simone</sup> general  
 ludo in castra redeunt.

Paucis interiectis diebus Sex. Tarquinius (inscio Collatino) 58  
 cum comite uno Collatiam uenit. Vbi exceptus benigne 2 <sup>ad</sup> ~~venire~~  
 ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum  
 deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa  
 sopitique omnes uidebantur, stricto gladio ad dormientem  
 Lucretiam uenit sinistraque manu mulieris pectore oppres-  
 so 'Tace, Lucretia' inquit; 'Sex. Tarquinius sum; ferrum  
 in manu est; moriere, si emiseris uocem.' Cum pauida ex 3  
 somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem ui-  
 deret, tum Tarquinius fati amorem, orare, miscere precibus  
 minas, uersare in omnes partes muliebrem animum. Vbi ob- 4  
 stinatam uidebat et ne mortis quidem metu inclinari, addit ad  
 metum dedecus: cum mortua iugulatum serum nudum posi-  
 turum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur. Quo ter- 5  
 rore cum uicisset obstinatam pudicitiam uelut {ui} uictrix  
libido, profectusque inde Tarquinius ferox expugnato decore  
 muliebri esset, Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam  
 eundem ad patrem 'Ardeamque ad uirum mittit, ut cum  
 singulis fidelibus amicis ueniant; ita facto maturatoque opus  
 esse; rem atrocem incidisse. Sp. Lucretius cum P. Valerio 6

10 comiter MPFBHD<sup>3</sup>: comit (i.e. comitur) O: comites upRn  
 DL 11 iuuenali MPFBOHRnDL: iuuenili F<sup>3</sup>up dett. aliq.

58 2 deductus Vorm.? MHRnDL Rhenan.: ductus PFupBO  
 3 ex somno Vorm. MP<sup>3</sup>HRnDL: ex omni PFB: e somno upO:  
 exanimis F<sup>3</sup> 5 cum uicisset MPFupOHRnDL: conuicisset B,  
 sed in F-ss- aut pleniore calamo (i. 41. 4 adn.) aut a F<sup>2</sup> rescripta; et sig-  
 num aliquid (c) supra -et add. O: malim cum mouisset uelut {ui}  
 uictrix M. Mueller: uelut uictrix MPFupBOHRnDL quod tutatur  
 Frigell. Epileg. 74 (cf. 22. 41. 8 et inf. §§ 7-8): uel ui uictrix up Madv.

Volesi filio, Collatinus cum L. Iunio Bruto uenit, cum quo  
 forte Romam rediens ab nuntio uxoris erat conuentus. be met  
 by <sup>me</sup> Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inueniunt. Ad-  
 uentu suorum lacrimae obortae, quaerentique uiro 'Satin  
 salue?' 'Minime' inquit; 'quid enim salui est mulieri  
 amissa pudicitia? Vestigia uiri alieni, Collatine, in lecto sunt  
 tuo; ceterum corpus est tantum uiolatum, animus insons;  
 mors testis erit. Sed date dexteras fidemque haud impune  
 adultero fore. Sex. est Tarquinius qui hostis pro hospite  
 priore nocte ui armatus mihi sibique, si uos uiri estis, pesti-  
 ferum hinc abstulit gaudium.' Dant ordine omnes fidem;  
 consolantur aegram animi auertendo noxam ab coacta in  
 auctorem delicti: mentem peccare, non corpus, et unde con-  
 silium afuerit culpam abesse. 'Vos' inquit 'uideritis quid  
 illi debeatur: ego me etsi peccato absoluo, suppicio non  
 libero; nec ulla deinde impudica <sup>uicibus</sup> Lucretiae exemplo uiuet.'  
 Culrum, quem sub ueste abditum habebat, eum in corde  
 defigit, prolapsaque in uolnus moribunda cecidit. Conclamat  
 59 uir paterque; Brutus illis luctu occupatis culrum ex uolnere  
 Lucretiae extractum, manantem cruore prae se tenens, 'Per  
 hunc' inquit 'castissimum ante regiam iniuriam sanguinem  
 iuro, uosque, di, testes facio me L. Tarquinium Superbum  
 cum scelerata coniuge et omni liberorum stirpe ferro igni  
 quacumque dehinc ui possim executurum, nec illos nec  
 2 alium quemquam regnare Romae passurum.' Culrum deinde  
 Collatino tradit, inde Lucretio ac Valerio, stupentibus mira-

7 obortae *PFUpBORnDL*: abortae *MH* salue *MPFBOHDl*:  
 saluae *Rn* 9 noxam *MF<sup>3</sup>upOHRnDL*: noxiā *PFB* 10 me  
 etsi *MPFupOH*: me etsi *B* (*sed cum pectato, ubi i- litterae p- litterae*  
*suprascr. est*): me si *RnDL*

59 1 manantem *upO* (*plene*) dett. *alig.* *Edd.* *uet.* : manante *M<sup>2</sup>PFB*  
*HRnDL* *Ald.*, *fort.* *recte*: ma... nante *M* *ubi* *duae litterae erasae sunt*  
*nec iam quae fuerint discerni potest* dehinc *MPFupBHRnDL* (*sed*  
*om. ui* *DL*, *corr.* *D<sup>1</sup>*): die hinc *O*: denique *Madv.*, *sed v.* *Frigell.* *Epileg.*  
 75 *et cf.* iam inde § 2 possim *MPFBHRnDL* *Edd.* *uet.* : possim  
*upO* dett. *duo Rhenan.* (*?Vorm.*) *executurum* *Vorm.* *MPFupBOH*  
*RnDL* *Ald.*: *exacturum* *Rhenan.* *Ed.* *Mogunt.* 1518: *extincturum*  
*dett. duo* 2 tradit *MPFBOHRnDL*: tradidit *up Edd.* *uet.* *alig.*

cupo rei, unde nouum in Bruti pectore ingenium. Vt praecipsum erat iurant; totique ab luctu uersi in iram, Brutum iam inde ad expugnandum regnum uocantem sequuntur ducem.

Elatum domo Lucretiae corpus in forum deferunt, conscientque miraculo, ut fit, rei nouae atque indignitate homines.

Pro se quisque scelus regium ac uim queruntur. Mouet cum patris maestitia, tum Brutus castigator lacrimarum

atque inertium querellarum auctorque quod uiros, quod Romanos deceret, arma capiendo aduersus hostilia ausos.

Ferocissimus quisque iuuenum cum armis uoluntarius adest; 5 sequitur et cetera iuuentus. Inde patre praeside relicto

Collatiae [ad portas] custodibusque datis ne quis eum motum regibus nuntiaret, ceteri armati duce Bruto Romam profecti.

Vbi eo uentum est, quacumque incedit armata multitudo, 6

pauorem ac tumultum facit; rursus ubi anteire primores ciuitatis uident, quidquid sit haud temere esse rentur. Nec 7

minorem motum animorum Romae tam atrox res facit quam Collatiae fecerat; ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. Quo simul uentum est, praeco ad tribunum celerum,

in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum aduocauit. Ibi oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniique 8

quod simulatum ad eam diem fuerat, de ui ac libidine Sex.

Tarquini, de stupro infando Lucretiae et miserabili caede, de orbitate Tricipitini cui morte filiae causa mortis indignior ac miserabilior esset. Addita superbia ipsius regis mise-

riaeque et labores plebis in fossas cloacasque exauriendas demersae; Romanos homines, uictores omnium circa popu-

*that he*

4 patris *upRn<sup>2</sup>* dett. *unus*: patre *Rn*: patres *MPFBOHDL*

5 patre praeside *Walters*, *Class. Quarterly* iv (1910), p. 271: patri paris praesidio *FB*: pari praesidio *MP<sup>3</sup>upRnDL* dett. *Ald.*: pars praesidio *OH Gron.*: paris praesidio *P*: patres praesidio dett. *unus*: parte praesidio *Heerwagen* relicto *MPFupBOHRnDL*: relicti *Gron.*: relicta *Heerwagen* ad portas custodibusque datis *PFupBOHRn* *DL*: ad portas custodibusque et atis *M* (-qu edatis *M<sup>2</sup>*): custodibusque ad portas locatis *H. J. Mueller*: ad portas seclusit *Walters*

10 lorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. Indigna  
 Ser. Tulli regis memorata caedes et inuecta corpori patris  
 11 nefando uehiculo filia, inuocatique ultores parentum di. His a venger  
 atrocioribusque, credo, aliis, quae praesens rerum indignitas  
 haudquaquam relatu scriptoribus facilia subicit, memoratis  
 incensam multitudinem perpulit ut imperium regi abrogaret  
 exsulesque esse iuberet L. Tarquinium cum coniuge ac liberis.  
 12 Ipse iunioribus qui ultro nomina dabant lectis armatisque,  
 ad concitandum inde aduersus regem exercitum Ardeam in  
 castra est profectus: imperium in urbe Lucretio, praefecto  
 13 urbis iam ante ab rege instituto, relinquit. Inter hunc  
 tumultum Tullia domo profugit (exsecrantibus quacumque c u r s e s  
 incedebat inuocantibusque parentum furias uiris mulieri-  
 busque.)

60 Harum rerum nuntiis in castra perlatis cum re noua tre-  
 pidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit s o p p r e s s i  
 uiam Brutus—senserat enim aduentum—ne obuius fieret; b e s e e n  
 eodemque fere tempore, diuersis itineribus, Brutus Ardeam,  
 2 Tarquinius Romam uenerunt. Tarquinio clausae portae  
 exsiliumque indictum: liberatorem urbis laeta castra ac-  
 cepero, exactique inde liberi regis. Duo patrem secuti sunt  
 qui exsulatum Caere in Etruscos ierunt. Sex. Tarquinius  
 Gabios tamquam in suum regnum profectus ab ulti-  
 ueterum simultium, quas sibi ipse caedibus rapinisque  
 concierat, est interfectus.

3 L. Tarquinius Superbus regnauit annos quinque et uiginti.  
 Regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos du-


10 caedes et *M<sup>2</sup>P<sup>3</sup>F<sup>3</sup>upOH*: caedis et *MRnDL*: caede sed *PB*:  
 caede et *D<sup>2</sup>* dett. alig. corpori *BD* uel *D<sup>1</sup>* dett. alig.: corpore *MPF*  
*upOHD<sup>1</sup>* uel *DL* dett. alig., 'lectio uetus,' *Rhenan*, nefando *MF<sup>2</sup>up*  
*HRnDL*: add. que *PFBO* 12 aduersus *MPFupBOH*: aduersum  
*RnDL*

60 1 perlatis *PFupBOHRnD<sup>2</sup>*: prolatis *DL*: praelatis *M*  
 2 concierat *M*: concuerat *HRnDL* dett. *Ald.*: concitauerat *PFupBO*  
 3 quinque et uiginti *M* dett. *unus Edd. uet.*: v et xl *PFupBOHRn*  
*DL* dett.: v et xxx dett. *unus*

Supernumerous on works of easy account by writers

<sup>244</sup> centos quadraginta quattuor. Duo consules inde comitiis  
centuriatis a praefecto urbis ex <sup>accedunt</sup> commentariis Ser. Tulli  
creati sunt, L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

*Subscriptio*: Titi Liui ab urbe condita (cod (s suprascr.) in F);  
Liber I explicit; incipit Liber II feliciter *PFBORnDL* (*sed deest felici-*  
*citer in L: desunt omnia in MupH*) Tum Victorianus uo [pro u(ir)  
c(larissimus)] emendabam dominis gymmachis *M*: Victorianus emenda-  
bam dominis symmachis *PFB* (*nisi quod simm-* in F) : *deest in upOH*  
*RnDL*



T. LIVI  
AB VRBE CONDITA  
LIBER II

LIBERI iam hinc populi Romani res pace belloque gestas, 1 annuos magistratus, imperiaque legum potentiora quam hominum peragam. Quae libertas ut laetior esset proximi regis 2 superbia fecerat. Nam priores ita regnarunt ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas nouas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt, numerentur; 3 neque ambigitur quin Brutus idem qui tantum gloriae superbo exacto rege meruit pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturaे cupidine priorum regum alicui regnum extor- sisset. Quid enim futurum fuit, si illa pastorum conuena- 4 rumque plebs, transfuga ex suis populis, sub tutela inuiolati templi aut libertatem aut certe impunitatem adepta, soluta regio metu agitari coepta esset tribuniciis procellis, et in 5 aliena urbe cum patribus serere certamina, priusquam pignera coniugum ac liberorum caritasque ipsius soli, cui longo tempore adsuescit, animos eorum consociasset? Dissipatae 6 res nondum adultae discordia forent, quas fouit tranquilla moderatio imperii eoque nutriendo perduxit ut bonam frugem libertatis maturis iam uiribus ferre possent.

1 2 omnes deinceps *MPFBOHRnDL*: deinceps omnes *up Edd. uet. aliq.* ab se auctae *PFupBOHRnD<sup>x</sup>*: absaucte *M*: ab auctae *M<sup>3</sup>*: ab aucte *DL* multitudinis *Vorm. MHRnDL*: multitudini *Vorm.<sup>2</sup> M<sup>3</sup>PFupBD<sup>x</sup> Edd. uet. Ald.*: multitudine *O*: multitudini *O<sup>1</sup>?* (ę totum eodem atramento; differt ab ę quod ae denotat) 3 priorum *MPFBOHRnDL*: priori *up dett. unus Edd. uet. aliq.* regnum *PF upBOHRnDL*: *om. M, add. M<sup>4</sup> post lineam* 4 conuenarumque *MP<sup>2</sup>FBOHRnDL*: conuenerumque *P*: aduenarumque *up Edd. uet. 5 pignera MPFBOH*: pignora *upRnDL Edd. uet. aliq. Ald.*; cf. 3. 38. 12; 9. 8. 17 6 libertatis *om. FB hic sed inserunt, adfixa uoce haud (cf. I. 39. 1 adn.), post posset (possent F<sup>3</sup>) sic, ferre posset libertatis haud libertatis autem originem (sed aud pro autem B)* maturis . .

7 Libertatis autem originem inde magis quia annum imperium consulaire factum est quam quod deminutum quam sit ex regia potestate numeres. Omnia iura, omnia insignia primi consules tenuere ; id modo cautum est ne, si ambo fasces haberent, duplicatus terror uideretur. Brutus prior, concedente collega, fasces habuit ; qui non acrior 9 uindex libertatis fuerat quam deinde custos fuit. Omnium primum auidum nouae libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut donis regiis posset, iure iurando adegit 10 neminem Romae passuros regnare. Deinde quo plus uirium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus regis deminutum patrum numerum primoribus equestris gradus 11 lectis ad trecentorum summam expleuit, traditumque inde fertur ut in senatum uocarentur qui patres quique conscripti essent ; conscriptos uidelicet [nouum senatum] appellabant lectos. Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis iungendosque patribus plebis animos.

2 Rerum deinde diuinuarum habita cura ; et quia quaedam publica sacra per ipsos reges factitata erant, necubi regum 2 desiderium esset, regem sacrificolum creant. Id sacerdotium pontifici subiecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret. Ac nescio an nimium undique eam minimisque rebus muniendo modum ex-

libertatis *om.* *P*, add. *P<sup>2</sup>* marg. sed perperam (*quamuis ut patet, exemplari suo obtemperans*) post frugem signum insitionis posuit : hoc *P<sup>8</sup>* demum correxit, hoc signo deleto, altero post libertatis addito : hinc eluet confusionis in *F origo* possent *F<sup>3</sup>* *Ald.* : posset *MP<sup>2</sup>* marg. *FUpB OHRnDL* 7 deminutum *PFBOHRnDL* : diminutum *MUp Edd. uet. aliq. Ald.* 10 uirium in *MP<sup>2</sup>FUpBOD<sup>2</sup>* : uirium in *P* : uirium *RnDL* lectis *Vorm.?* *MHRnDL* : electis *PFUpBOD<sup>2</sup>* dett. *Edd. uet. Ald.* 11 nouum *MPFUpBOHRnDL* *Edd. uet. Ald.* : nouum in *Drenckhahn* : in nouum dett. aliq. : nouum senatum *ut glossema ad lectos seclusimus*

2 i necubi *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>H* *Edd. uet. aliq.* : necubi ubi *Vorm.* : necubi tibi *M* : necubi ibi *PFUpBORnDL* sacrificolum *MP<sup>2</sup>FUpBO* *Edd. uet. aliq.*, cf. 6. 41. 6 cum *adu.* : sacrificorum *PHDL* : sacrificiorum *Rn* dett. *Ald.* : sacrificulum *Ed. Rom. 1470* 2 an nimium *scriptimus* : an·mi (*fort. an umi*) *M* : an nimii *OHL* : animi *PD* : an imis *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>* : an nimis *P<sup>2</sup>FUpBRnD<sup>2</sup>* dett. : ā nimis *M<sup>4</sup>* minimisque

cesserint. Consulis enim alterius, cum nihil aliud offenderet, 3 nomen inuisum ciuitati fuit: nimium Tarquinios regno adsuesse; initium a Prisco factum; regnasse dein Ser. Tullium; ne interuallo quidem facto oblitum, tamquam alieni, regni, Superbum Tarquinium uelut hereditatem gentis scelere ac ui repetisse; pulso Superbo penes Collatinum imperium esse. nescire Tarquinios priuatos uiuere; non placere nomen, periculoso libertati esse. Hinc primo sensim 4 temptantium animos sermo per totam ciuitatem est datus, sollicitamque suspicione plebem Brutus ad contionem uocat. Ibi omnium primum ius iurandum populi recitat neminem 5 regnare passuros nec esse Romae unde periculum libertati foret; id summa ope tuendum esse, neque ullam rem quae eo pertineat contemnendam. inuitum se dicere hominis causa, nec dicturum fuisse ni caritas rei publicae uinceret: non credere populum Romanum solidam libertatem reci- 6 peratam esse; regium genus, regium nomen non solum in ciuitate sed etiam in imperio esse; id officere, id obstarre libertati. ‘Hunc tu’ inquit ‘tua uoluntate, L. Tarquini, 7 remoue metum. Meminimus, fatemur: eieci reges; absoluē beneficium tuum, aufer hinc regium nomen. Res tuas tibi non solum reddent ciues tui auctore me, sed si quid deest munifice augebunt. Amicus abi; exonera ciuitatem uano forsitan metu; ita persuasum est animis cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum.’ Consuli primo tam nouae 8 rei ac subitae admiratio incluserat uocem; dicere deinde incipientem primores ciuitatis circumsistunt, eadem multis precibus orant. Et ceteri quidem mouebant minus: post- 9

*MP<sup>3</sup> marg. (ut secundam lectionem) RnDL : minimis quoque OH Edd. uet. aliq. Ald. : minimis P<sup>2</sup>FUpB : minimus P 3 offenderet Bauer: offenderit MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Edd. usque ad Alsch. (num recte?) 4 Hinc primo MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Ald. : hic primo Gruter 6 recuperatam M et M<sup>x</sup>PFB : recipit M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>F<sup>2</sup>UpOHRnDL, cf. 1. 12. 1 adn. 7 meminimus F<sup>3</sup>OHRn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>: memini ni eis M: memini meis PF? B: meminus RnL: memini mecum Up: quid post memini (non plus quam duas litteras) habuerit D obscurum est 8 circumsistunt] omnia post hanc uocem om. B, nulla lacunae nota, usque ad uis hominum c. 5. 3*

quam Sp. Lucretius, maior aetate ac dignitate, sacer praeterea ipsius, agere uarie rogando alternis suadendoque coepit ut  
 10 uinci se consensu ciuitatis pateretur, timens consul ne postmodum priuato sibi eadem illa cum bonorum amissione additaque alia insuper ignominia acciderent, abdicauit se consulatu rebusque suis omnibus Lauinium translatis ciuitate cessit.  
 11 Brutus ex senatus consulto ad populum tulit ut omnes Tarquiniae gentis exsules essent; collegam sibi comitiis centuriatis creauit P. Valerium, quo adiutore reges eiecerat.

3 Cum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniiis imminere, id quidem spe omnium serius fuit; ceterum, id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas  
 2 amissa est. Erant in Romana iuuentute adulescentes aliquot, nec ii tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat, aequales sodalesque adulescentium Tarquiniorum, adsueti  
 3 more regio uiuere. Eam tum, aequato iure omnium, licentiam quaerentes, libertatem aliorum in suam uertisse seruitutem inter se conquerebantur: regem hominem esse, a quo impetres, ubi ius, ubi iniuria opus sit; esse gratiae locum, esse beneficio; et irasci et ignoscere posse; inter amicum atque  
 4 inimicum discrimen nosse; leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi quam potenti; nihil laxamenti nec ueniae habere, si modum excesseris; periculosum  
 5 esse in tot humanis erroribus sola innocentia uiuere. Ita iam sua sponte aegris animis legati ab regibus superueniunt, sine mentione redditus bona tantum repetentes. Eorum uerba postquam in senatu audit a sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit, ne non reddita belli causa, reddita belli  
 6 materia et adiumentum essent. Interim legati alia moliri;

10 postmodum *MP<sup>2</sup>* uel *F<sup>3</sup>UpHRnDL*: postmodo *PFO*  
 3 4 inexorabilem esse *M<sup>4</sup>PFU<sub>p</sub>OHRnD<sup>1</sup>L*: *om.* esse *M*, *fort. recte*  
*(sed idem supra in § 3 regem omiserat quod in margine denum additum est)*: exorabilem esse *D* 5 sua sponte *PFU<sub>p</sub>OHRnDL*: sponte *M*  
 essent *PFU<sub>p</sub>D* *Edd. uet. aliq. Ald.*: esset *MHRnL* 5-6 essent  
 ... agi uidebatur *om. O* 6 alia *Crevier*: alia alia *P*: alii alia *MP<sup>2</sup>*  
*FUpHRnDL* *dett. Ald.*: alibi alia *Duker*

aperte bona repetentes clam recipere regni consilia struere ; et tamquam ad id quod agi uidebatur ambientes, nobilium adulescentium animos pertemptant. A quibus placide 7 oratio accepta est, iis litteras ab Tarquiniis reddunt et de accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.

Vitelliis Aquiliisque fratribus primo commissa res est. 4 Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat, iamque ex eo matrimonio adulescentes erant liberi, Titus Tiberiusque ; eos quoque in societatem consilii auunculi adsumunt. Praeterea 2 aliquot nobiles adulescentes consciit adsumpti, quorum uetus tate memoria abiit. Interim cum in senatu uicisset sententia 3 quae censebat reddenda bona, eamque ipsam causam morae in urbe haberent legati quod spatium ad uehicula comparanda a consulibus sumpsissent quibus regum asportarent res, omne id tempus cum coniuratis consultando absumunt, euincuntque instando ut litterae sibi ad Tarquinios darentur : nam aliter qui credituros eos non uana ab legatis super 4 rebus tantis adferri ? Datae litterae ut pignus fidei essent, manifestum facinus fecerunt. Nam cum pridie quam legati 5 ad Tarquinios proficiserentur cenatum forte apud Vitellios esset, coniuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se de nouo, ut fit, consilio egissent, sermonem eorum ex seruis unus excepit, qui iam antea id senserat agi, sed eam occa- 6 sionem, ut litterae legatis darentur quae deprehensae rem coarguere possent, exspectabat. Postquam datas sensit, rem ad consules detulit. Consules ad deprehendendos 7 legatos coniuratosque profecti domo sine tumultu rem omnem oppressere ; litterarum in primis habita cura ne interciderent. Proditoribus extemplo in uincla coniectis, de legatis paululum

6 recipere (uide sis adn. ad 1. 12. 1) : recuperandi *MPFU<sub>p</sub> HRnDL*

4 2 aliquot nobiles *MHRnDL* dett. : aliquot et nobiles *PFU<sub>p</sub>O* : et aliquot nobiles *Edd. uet.* 5 cenatum *Duker*, dett. *unus* : et cenatum (*uel caen-*) *MPFU<sub>p</sub>OHRnDL* : et cenati (. . . essent) *Edd. uet. aliq.*

addubitatum est ; et quamquam uisi sunt commisso ut hostium loco essent, ius tamen gentium ualuit.

5 De bonis regiis, quae redi ante censuerant, res integra refertur ad patres. Ibi uicit ira ; uetuere redi, uetuere in 2 publicum redigi. Diripienda plebi sunt data, ut contacta regia praeda spem in perpetuum cum iis pacis amitteret. Ager Tarquiniorum qui inter urbem ac Tiberim fuit, con- 3 secratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum 4 seges farris dicitur fuisse matura messi. Quem campi fructum quia religiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem magna uis hominum simul immissa corribus fudere in Tiberim tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet. Ita in uadis haesitantes frumenti aceruos sedisse inlitos limo ; 4 insulam inde paulatim, et aliis quae fert temere flumen eodem inuestis, factam ; postea credo additas moles manu- que adiutum, ut tam emiens area firmaque templis quoque ac porticibus sustinendis esset.

5 Direptis bonis regum damnati proditores sumptumque supplicium, conspectius eo quod poenae capienda ministrium patri de liberis consulatus imposuit, et qui spectator erat amouendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicii 6 dedit. Stabant deligati ad palum nobilissimi iuuenes ; sed a ceteris, uelut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se auerterant oculos, miserebatque non poenae magis

5 1 regiis *Gruter* : regis *MPFU<sub>p</sub>OHRnDL Ald.* (*sed in D -s pleniore calamo, cf. I. 41. 4*) Ibi uicit ira *Frey* (*cf. 5. 29. 7*) : ibi uicta<sup>2</sup> ra *M(?)* : ibi uicti ira *M<sup>2</sup>P FU<sub>p</sub>ORn?* *Edd. uet. Ald.* (*num recte?*) : ibi uicti ira<sup>3</sup> (*uel ibi uicturā*) *H* : ubi uicti ira (*uel ubi uictura*) *D* : sibi uicturā *L* (*sed cum a patre pro ad patres in praec.*) : ii uicti ira *Weissenb.* uetuere in publicum *MPFU<sub>p</sub>O Edd. uet. aliq.* : in publicum uetuere *HRnDL* 2 contacta *MP<sup>3</sup>OHRnDL* : conjecta *PF?* : con- uecta *F<sup>3</sup>* : contracta *Up* consecratus... fuit *MP<sup>2</sup> marg. OHRnDL* dett. *Edd. uet. aliq.* : om. *P FU<sub>p</sub> sed add. hd PF quod in hoc corruptit Up*, in haud *Up<sup>2</sup>* ; u. *Walters, Class. Review* xvii (1903), p. 161 3 matura messi *MPFU<sub>p</sub>OH Edd. uet. aliq.* : maturae messi *M<sup>3</sup>DnL* : maturae messis *Rn* immissa (*uel inm-*) *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* : immissam *OH* : immissi *H. J. Mueller*

homines quam sceleris quo poenam meriti essent : illos eo 7 potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Iunia, patres, plebem, quidquid deorum hominumque Romanorum esset, induxisse in animum ut superbo quondam regi, tum infesto exsuli proderent. Consules in sedem processere suam, missique lictores 8 ad sumendum supplicium. Nudatos uirgis caedunt securique feriunt, cum inter omne tempus pater uoltusque et os eius spectaculo esset, eminenti animo patrio inter publicae poenae ministerium. Secundum poenam nocentium, ut in 9 utramque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, praemium indici pecunia ex aerario, libertas et ciuitas data. Ille primum dicitur uindicta liberatus ; quidam uindictae 10 quoque nomen tractum ab illo putant ; Vindicio ipsi nomen fuisse. Post illum obseruatum ut qui ita liberati essent in ciuitatem accepti uiderentur.

His sicut acta erant nuntiatis incensus Tarquinius non 6 dolore solum tantae ad inritum cadentis spei sed etiam odio iraque, postquam dolo uiam obsaep tam uidit, bellum aperte moliendum ratus circumire supplex Etruriae urbes ; orare 2 maxime Veientes Tarquinensesque, ne *(ex)* se ortum, eiusdem sanguinis, extorrem, egentem ex tanto modo regno cum liberis adulescentibus ante oculos suos perire sinerent : alios peregre in regnum Romam accitos : se regem, augentem bello Romanum imperium, a proximis scelerata coniuratione pulsum. eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno 3

10 uindictae *F<sup>3</sup>RnD<sup>2</sup>* (-te *D*) : uindiciae (*uel -ie*) *MPUpBOH* : uinditiae *L* obseruatum *Vorm.?* *MPFUpBOH* : obseruatum est *RnDL* : seruatum *Edd. uet. aliq.*

6 2 Tarquinensesque *M<sup>2</sup>PFUpBOHRnL* : Tarquinensesq? *M in fine lineae* : Tarquinensesq *M<sup>3</sup>* : Tarquinensesque *D* : Tarquinenses . q . . *D<sup>2</sup>* ne ex se ortum *scripsi Drakenborchii conjecturam, ab ipso omissam, amplexus* : ni se ortum *M* : ne se ortum *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PF<sup>3</sup>UpB OHRnDL* (*sed ne se F, ortū F<sup>3</sup> in rasura*) : nq (?) se ortum *M<sup>4</sup>* (*ubi n p nunc stat*) : ne se exortum *dett. unus* : ne se ortu *coniec. Rhenan.* : ne se ortum *indidem M. Mueller* (*fort. recte si eiusdem sanguinis excidetur*) : se ex ipsis ortum *Zingerle*. Cf. *Class. Quarterly* iv (1910), p. 272

uisus sit, partes regni rapuisse ; bona sua diripienda populo dedisse, ne quis expers sceleris esset. patriam se regnumque suum repetere et persequi ingratos ciues uelle. ferrent opem, adiuuarent ; suas quoque ueteres iniurias ultum irent,  
4 totiens caesas legiones, agrum ademptum. Haec mouerunt Veientes, ac pro se quisque Romano saltem duce ignominias demendas belloque amissa repetenda minaciter fremunt. Tarquinienses nomen ac cognatio mouet : pulchrum uidebatur suos Romae regnare.

5 Ita duo duarum ciuitatum exercitus ad repetendum regnum belloque persequendos Romanos secuti Tarquinium. Postquam in agrum Romanum uentum est, obuiam hosti  
6 consules eunt. Valerius quadrato agmine peditem dicit : Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit. Eodem modo primus eques hostium agminis fuit ; praeerat Arruns Tarquinius filius regis, rex ipse cum legionibus sequebatur.  
7 Arruns ubi ex lictoribus procul consulem esse, deinde iam propius ac certius facie quoque Brutum cognouit, inflammatu ira ‘Ille est uir’ inquit, ‘qui nos extores expulit patria. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit.  
8 Di regum ultores adeste.’ Concitat calcaribus equum atque in ipsum infestus consulem derigit. Sensit in se iri Brutus ; decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus ; auide  
9 itaque se certamini offert ; adeoque infestis animis concurrerunt, neuter dum hostem uolneraret sui protegendi corporis memor, ut contrario ictu per parmam uterque transfixus

<sup>4</sup> duce *PFUpBOH* : duci *MRnDL* dett.      <sup>5</sup> ciuitatum *MPUp*  
*HL* : ciuitatum *B* : ciuitatum *P<sup>2</sup>ORnD<sup>3</sup>* : ciuitatem *D* : gentium *F<sup>3</sup>*  
(*sed -um ab F ipso*)      <sup>6</sup> agminis *PFUpBOHRnDL* : agmini *M* :  
agmine dett. *unus*      fuit *MPFBHRnDL* : fecit *Up* : om. *O*  
<sup>7</sup> en ille *MPFUpBOH* : ē (*i.e.* est) ille *Rn* : est ille *DL* : enim ille *P<sup>2</sup>*  
*marg.*      <sup>8</sup> derigit *hic scripsimus Lachm.* (*ad Lucr. 4. 609*) et *Momm-*  
*senium* (*Anal. Veron. p. 172*) *secuti* (*cf. adn. ad c. 49. 11 inf.*) : diregit  
*P* : dirigit *P<sup>2</sup>FUpBOD<sup>3</sup>* *Edd.* *uei.* *duo Ald.* : regit *HRnDL* : ruggit  
*M?* : ruit *M<sup>3</sup>*      tum *MP<sup>3</sup>F<sup>3</sup>OHRnDL* : dum *PF? B* : cum *Up* dett.  
*alig.* (*cf. I. 40. 7*)

duabus haerentes hastis moribundi ex equis lapsi sint. Simul et cetera equestris pugna coepit, neque ita multo post 10 et pedites superueniunt. Ibi uaria uictoria et uelut aequo Marte pugnatum est; dextera utrimque cornua uicere, laea superata. Veientes, uinci ab Romano milite adsueti, fusi 11 fugatique: Tarquiniensis, nouus hostis, non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.

Ita cum pugnatum esset, tantus terror Tarquinium atque 7 Etruscos incessit ut omissa irrita re nocte ambo exercitus, Veiens Tarquiniensisque, suas quisque abirent domos. Adi- 2 ciunt miracula huic pugnae: silentio proximae noctis ex silua Arsia ingentem editam uocem; Siluani uocem eam creditam; haec dicta: uno plus Tuscorum cecidisse in acie; uincere bello Romanum. Ita certe inde abidere, Romani ut 3 uictores, Etrusci pro uictis; nam postquam inluxit nec quisquam hostium in conspectu erat, P. Valerius consul spolia legit triumphansque inde Romam rediit. Collegae funus 4 quanto tum potuit apparatu fecit; sed multo maius morti decus publica fuit maestitia, eo ante omnia insignis quia matronae annum ut parentem eum luxerunt, quod tam acer ultor uiolatae pudicitiae fuisset.

Consuli deinde qui superfuerat, ut sunt mutabiles uolgi 5 animi, ex fauore non inuidia modo sed suspicio etiam cum atroci crimine orta. Regnum eum adflectare fama ferebat, 6 quia nec collegam subrogauerat in locum Bruti et aedificabat in summa Velia: ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fieri. Haec dicta uolgo creditaque cum indignitate 7 angerent consulis animum, uocato ad concilium populo

73 quisquam *MPF<sup>3</sup>UpBOHD<sup>1</sup>* *Edd. uet. duo*: quicquam *FRnDL*  
 4 maius *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>*: magis *RnD? L* 6 *Velia M<sup>3</sup>F<sup>3</sup>ORn*:  
*uelea HD?*: *uellia D<sup>2</sup>*: *uellia M?* (*uel uellib?*): *uella P*: *uilla F? UpB*:  
*uelã L* ibi alto *F<sup>3</sup>UpOHRnD<sup>1</sup>L Ald.*: ubi alto *PFB<sup>D?</sup>*: altoque *M*  
*(sed u. adn. praec.)*: alto *M<sup>x</sup>*: ibique alto *dett. unus* fieri *scripsi-*  
*mus*: fore *D<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup> dett. Edd. uet.*: fieri fore *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*  
 7 *concilium OHRnDL Ald<sup>e</sup>.*: *consilium MPFU<sub>p</sub>B Edd. uet. Ald.*

submissis fascibus in contionem escendit. Gratum multitudini spectaculum fuit, submissa sibi esse imperii insignia confessionemque factam populi quam consulis maiestatem 8 uimque maiorem esse. Ibi audire iussis consul laudare fortunam collegae, quod liberata patria, in summo honore, pro re publica dimicans, matura gloria necdum se uertente in inuidiam, mortem occubuisset: se superstitem gloriae suae ad crimen atque inuidiam superesse; ex liberatore 9 patriae ad Aquilios se Vitelliosque recidisse. ‘Nunquamne ergo’ inquit, ‘ulla adeo uobis spectata uirtus erit, ut suspicione uiolari nequeat? Ego me, illum acerrimum regum hostem, ipsum cupiditatis regni crimen subiturum timerem? 10 Ego si in ipsa arce Capitolioque habitarem, metui me credrem posse a ciuibus meis? Tam leui momento mea apud uos fama pendet? Adeone est fundata leuiter fides ut ubi 11 sim quam qui sim magis referat? Non obstabunt Publi Valeri aedes libertati uestrae, Quirites; tuta erit uobis Velia; deferam non in planum modo aedes sed colli etiam subiciam, ut uos supra suspectum me ciuem habitetis; in Velia aedificant quibus melius quam P. Valerio creditur libera- 12 tas.’ Delata confestim materia omnis infra Veliam et, ubi

7 escendit *MP* et *P<sup>3</sup>*: ascendit *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub><sup>2</sup>BOHRnDL* dett.: uocat *Up* Gratum *scripsimus* (*Praef. 5 adn.*): gratum id *MHRnDL* dett. *Edd. uet.*: id gratum *O*: tum id gratum *PFU<sub>p</sub>B*: tum gratum id *dett. duo* 8 Ibi *MPFU<sub>p</sub>BOH*: ubi *RnDL* *Edd. uet. aliq. Ald.* ‘*antiqua lectio*, *Rhen.* audire *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>*: audere *D?*: audiere *RnL* iussis *MPFBOH*: iussi *M<sup>3</sup>RnDL*: iussi *Up* in inuidiam *H?* *Rn D<sup>8</sup>* (*qui et morte in mortem recte mutauit*): in inuidia *MP<sup>2</sup>UpODL<sup>1</sup>*: inuidia *PF<sup>1</sup>B*: india *F*: in inuia *L* 9 uobis *Gron.* *L* dett. *unus*: a uobis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD* 10 si in *PFBOHRnDL* dett. *Edd. uet.*: si *MD<sup>3</sup>*: in *Up* habitarem *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>3</sup>*: habitare *M?* *D?* *L* crederem posse *Vorm.?* *MPBOHD<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>*: credere possem *F<sup>3</sup>Rn* *Edd. uet. Ald.*: credere posse *FD*: cedere possem *L* momento mea *MF<sup>3</sup>OH* *Edd. uet.*: monumento mea *PFU<sub>p</sub>B*: momentaneaque *RnDL* pendet *MPFU<sub>p</sub>BH* *Edd. uet.*: pendere *RnDL*: perdent *O*: perdet *O<sup>1</sup>* Adeone *MOHRnDL*: adeo non *PUpB*: adeon *F* 11 libertati *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>x</sup>*: libertatis *MPDL* Velia *M<sup>2</sup>F<sup>3</sup>OH* (*M ipsius lectio tota erasa est*): uella *PFB*: uellia *RDL*: uilla *Up* in Velia *OH*: in uellia *DL*: in uella *MPFB*: in ella *Up* 12 Veliam *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOHRDL*: uellam *MD<sup>2</sup>*

nunc Vicae Potae *(aedes)* est, domus in infimo cliuo aedificata.

Latae deinde leges, non solum quae regni suspicione consulem absoluenter, sed quae adeo in contrarium uerterent ut populararem etiam facerent; inde cognomen factum Publicolae est. Ante omnes de prouocatione aduersus magistratus ad populum sacrandoque cum bonis capite eius qui regni occupandi consilia inisset gratae in uolgus leges fuere. Quas cum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia collegae subrogando habuit. Creatus Sp. Lucretius consul, qui magno natu, non sufficientibus iam uiribus ad consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. Suffectus in Lucreti locum M. Horatius Puluillus. Apud quosdam ueteres auctores non inuenio Lucretium consulem; Bruto statim Horatium suggestur; credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse.

Nondum dedicata erat in Capitolio Iouis aedes; Valerius Horatiusque consules sortiti uter dedicaret. Horatio sorte euenit: Publicola ad Veientium bellum profectus. Aegrius quam dignum erat tulere Valeri necessarii dedicationem tam incliti templi Horatio dari. Id omnibus modis impedire conati, postquam alia frustra temptata erant, postem iam tenenti consuli foedum inter precationem deum nuntium incutiunt, mortuum eius filium esse, funestaque familia dedicare

12 Vicae Potae aedes *Siesebye*: uiae potae *Lipsium secutus Klockius ex Cic. Leg. 2. 11. 28*: uice po. ae *M*: uice pocae *MPFU<sub>p</sub>BHRnL*: uice pocae *O*: in *D* erasum: uicus publicus *M<sup>4</sup>D<sup>5</sup>*: uia publica *Rn<sup>2</sup>*

8 2 gratae in uolgus leges fuere *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*; sed cum uix quicquam noui sententiae in § 1 explicatae addant, aut (quod malim) post Ante omnes ponere aut omnino excidere iuinet; et in *M* ante gratae fuit signum ♀, iam erasum: *ibid.* 1 praebuit *F* quod ab *F<sup>3</sup>* in litteram *G* capitalem conuersum est: *G* capitalem etiam *DL*. Cui deletio placet, punctum ad Publicolae est tollat ut sequentia cum quae adeo . . . facerent cohaereant 3 in his *MPFBHRnDL*: in iis *Madvig O fort. recte* 5 tum deinde *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: tum demum *Alschefski memoria MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: memoriam dett. unus, *Ed. Par. 1510, fort. recte*; cf. 9. 44. 4 *adn.*

8 eum templum non posse. Non crediderit factum an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum nec interpretatio est facilis. Nihil aliud ad eum nuntium a proposito auersus quam ut cadauer efferri iuberet, tenens postem precationem peragit et dedicat templum.

9 Haec post exactos reges domi militiaeque gesta primo anno.

9 Inde P. Valerius iterum T. Lucretius consules facti. Iam Tarquinii ad Laritem Porsennam, Clusinum regem, perfugabant. Ibi miscendo consilium precesque nunc orabant, ne se, oriundos ex Etruscis, eiusdem sanguinis nominisque, 2 egentes exsulare pateretur, nunc monebant etiam ne orientem morem pellendi reges inultum sineret. satis libertatem 3 ipsam habere dulcedinis. nisi quanta ui ciuitates eam expectant tanta regna reges defendant, aequari summa infimis nihil excelsum, nihil quod supra cetera emineat, in ciuitatibus fore; adesse finem regnis, rei inter deos hominesque

9 1 Porsennam *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* dett. *Hinc usque ad capitum 15 finem nomen huius Etrusci regis quater et deciens positum numerabis. In M octiens scribitur Porsinna, semel Porsona (c. 12. 7), quinquiens Porsenna (hic, inf. §§ 4 et 5; c. 13. 1: c. 14. 1); in P nouiens Porsinna, quinquiens (*ibidem ubi in M*) Porsenna; in H et O et (nisi in c. 13. 4) F constanter Porsenna, et sic paene constanter in Rn et D et L (*in L bis tantum -inna, c. 15. 1 et 7*). Negare quidem uix audemus Liuum hoc nomen uarie scribere potuisse dum alibi, ut solet, alios auctores sequitur; fidem uero omnem transcendat si quis doceat ullum scriptorem in consuetudine aetatis suaen denotanda sic uariasse ut in c. 14. 1-4 codd. MP. Lectionem autem Porsinna antiquam aliquam originem habuisse patet; aut igitur putandum est hoc ubique posuisse Liuum quinquiens corrupisse scribas archetypi nostri; aut (quod nos, ne rem adhuc dubiam praecidere uideamus, fecimus) primo Porsennam dixisse (*ut Verg. Aen. 8. 646; Hor. Epop. 16. 4 Porseña praebet*), mox in fabula dumtaxat Muciana (cc. 11-13) auctorem unum aliquem secutum Porsinna scripsisse, discrepantiumque hanc scribas quinti saeculi more suo deinceps in mains auxisse. Discrepanzia eadem inter 6. 40. 17 (-enn-) et 9. 11. 6 cum 10. 16. 7 (-inn-), inter Put. (-in-uel -inn-) et Put.<sup>2</sup> (-enn-) 26. 41. 10 frueris. In tota re hoc fere solum interest, quem ad modum Liuum talia tractasse credendum sit; nam quod ad sonum ipsum attinet, satis iam apparel nec per -enn- (*ut in Sisenna*) nec per -inn- (*ut in Spurinna*) nec per -in- (*ut in Caecina*) sed per Brugmannianum illud -yn- syllabam Etruscam uere ponи posse; cf. sis Schulze, Lat. Eigennamen (pp. 90 et 64) 3 nihil quod MOH RnDL: quod PFUpB: nisi quod dett. unus*

pulcherrimae. Porsenna cum regem esse Romae *(tutum)*,<sup>4</sup> tum Etruscae gentis regem, amplum Tuscis ratus, Romam infesto exercitu uenit. Non unquam alias ante tantus terror<sup>5</sup> senatum inuasit; adeo ualida res tum Clusina erat magnumque Porsennae nomen. Nec hostes modo timebant sed suosmet ipsi ciues, ne Romana plebs, metu perculsa, receptis in urbem regibus uel cum seruitute pacem acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab<sup>6</sup> senatu data. Annonae in primis habita cura, et ad frumentum comparandum missi alii in Volscos, alii Cumas. Salis quoque uendendi arbitrium, quia impenso pretio uenibat, in publicum omne sumptum, ademptum priuatis; portoriisque et tributo plebes liberata, ut diuites conferrent qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendii pendere, si liberos eduent. Itaque haec indulgentia patrum asperis postmodum rebus in obsidione ac fame adeo concordem ciuitatem tenuit, ut regium nomen non summi magis quam infimi horrerent, nec quisquam unus malis artibus postea tam<sup>8</sup> popularis esset quam tum bene imperando uniuersus senatorius fuit.

Cum hostes adessent, pro se quisque in urbem ex agris<sup>10</sup> demigrant; urbem ipsam saepiunt praesidiis. Alia muris, alia Tiberi obiecto uidebantur tuta: pons sublicius iter<sup>2</sup> paene hostibus dedit, ni unus uir fuisse, Horatius Cocles; id munimentum illo die fortuna urbis Romanae habuit. Qui positus forte in statione pontis cum captum repentino<sup>3</sup>

*4 et 5* Porsenna, Porsennae *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* sed utrobius primae -n litterae . . . suppingit *D*, ut delenda: v. sup.<sup>4</sup> cum . . . ratus substrinxit *F<sup>2</sup>* *(tutum)* tum scripsi, cf. 2. 6. 4; 2. 23. 15; 23. 26. 10; et *Cl. Quart.* iv (1910), p. 272: tum *MPFU<sub>p</sub>BOHRn*: fateretur tum *DL*.<sup>6</sup> uenibat *Rn<sup>2</sup>* dett. aliq. *Ed. Rom.* 1469: ueniebat *PFU<sub>p</sub>BOH RnDL*: ueniebant *M* omne sumptum *Gron.*: omni sumptum *B*: omni sumptu *MPFU<sub>p</sub>OHRnDL* (sed substrinxit *F<sup>2</sup>*) portoriisque *OHDL*: portoriisque *M*: portoriis quoque *UpRn?* *D<sup>3</sup>* dett. aliq. *Ald.*: portoriis quaeq. *P<sup>2</sup>FB* (sed hic -aq-): fortioris queq. *P* plebes *Gron.*: plebe *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* *Ald.* eduent *MPFU<sub>p</sub>BOH RnDL* *Ald.*: educerent *Ed. Parm.* 1480, *Latinius*: educarent *Sigoni*; sed uide sis editionem meam huius libri (*Cantab.* 1901) *ad loc.*

impetu Ianiculum atque inde citatos decurrere hostes uidisset trepidamque turbam suorum arma ordinesque relinquere, reprehensans singulos, obsistens obtestansque deum et hominum fidem testabatur nequiquam deserto praesidio eos  
 4 fugere ; si transitum [pontem] a tergo reliquissent, iam plus hostium in Palatio Capitolioque quam in Ianiculo fore. itaque monere, praedicere ut pontem ferro, igni, quacumque ui possint, interrumpant : se impetum hostium, quan-  
 5 tum corpore uno posset obsisti, excepturum. Vadit inde in primum aditum pontis, insignisque inter conspecta cedentium pugna terga obuersis comminus ad ineundum proelium  
 6 armis, ipso miraculo audaciae obstupefecit hostes. Duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Larcium ac T. Herminium,  
 7 ambos claros genere factisque. Cum his primam periculi procellam et quod tumultuosissimum pugnae erat parumper sustinuit ; deinde eos quoque ipsos exigua parte pontis re-

**10** 4 transitum pontem *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : pontem *seclusi* : transitum per pontem *dett. duo* : transitum ponte *Postgate, fort. recte* plus hostium *MPFU<sub>p</sub>BOH* : amplius hostem *RnDL Ald.* possint *MPFU<sub>p</sub>B* : possent *HRnDL* : possunt *O* 5 pugna *Gron.*, *F?*, *ubi* nunc pugne terga sed -e t- ab *F<sup>3</sup>* in *rasura* : pugnae (uel -ne) *MPF<sup>3</sup>* *UpBOHRnDL* 6 Larcium *MPFU<sub>p</sub>BO?H* (*et sic Dion. Hal.* 5. 23. 2) : Lartium *O<sup>1</sup>* uel *ORnDL* *dett.*, ‘uetus lectio’ *Rhenan.* : Largium *F<sup>2</sup>* *dett. duo*, *ut infra c. 11. 7 codd. optimi* (*an recte?*). Hae tres gentes omnes Romae floruisse satis demonstrant inscc. *Latinæ*; *u. e. g. Indicem secundum Edit. meae reliquiarum dialectorum Italicarum* (*The Italic Dialects, Cantab.* 1897). Quoniam autem in Fastorum tabulis antiquis scriptis—unde quos habemus (*C. I. L.* i<sup>2</sup>, pp. 99 ff.) *Fasti Capitolini Augusti* demum aeuo tracti sunt—uno tantum signo et c et g denotabantur, in codd. uero nostris -ti- et -ci- saepissime confunduntur, miretur nemo si difficile est in un quoque loco ueram formam dispicere. Loci praeterea conferendi sunt (*cc. 18. 1, 5, et 6; 29. 8; 30. 1 bis*) ubi codd. T. Largium praebent; et c. 21. 1 ubi T. Larcium. Officii igitur nostri esse duximus a codicum nostrorum testimonio nusquam discedere nisi ubi aut hi codices sibi ipsis discrepant (*ut c. 11. 7 cum hoc loco*) aut minima quadam mutatione facta (*e.g. praenominis L. in T. et sim.*) cum aliis testimoniis reconciliari possint. Quod uero nimis plures editorum sibi uidentur proposuisse ut postquam quid re uera factum sit omnibus adhibitis rationibus se scire sibi persuaserint, id textui *Liuiano spretis codicibus* inculcarent, hoc a consilio nostro longe abest. De ratione quam in ingrato hoc sed interdum satis graui nominum formarum perquirendarum studio secuti sumus haec semel monuisse lectorem sat erit

licta reuocantibus qui rescindebant cedere in tutum coegit. Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres 8 Etruscorum nunc singulos prouocare, nunc increpare omnes : seruitia regum superborum, suae libertatis immemores alienam oppugnatum uenire. Cunctati aliquamdiu sunt, 9 dum alius alium, ut proelium incipient, circumspectant ; pudor deinde commouit aciem, et clamore sublato undique in unum hostem tela coniciunt. Quae cum in obiecto 10 cuncta scuto haesissent, neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu, iam impetu conabantur detrudere uirum, cum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum, alacritate perfecti operis sublatus, pauore subito impetum sustinuit. Tum Cocles ‘Tiberine pater’ inquit, 11 ‘te sancte precor, haec arma et hunc militem propitio flumine accipias.’ Ita sic armatus in Tiberim desiluit multisque superincidentibus telis incolumis ad suos tranauit, rem ausus plus famae habituram ad posteros quam fidei. Grata erga tantam uirtutem ciuitas fuit ; statua in comitio 12 posita ; agri quantum uno die circumarauit, datum. Priuata 13 quoque inter publicos honores studia eminebant ; nam in magna inopia pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse uictu suo, contulit.

Porsinna primo conatu repulsus, consiliis ab oppugnanda 11 urbe ad obsidemad uersis, praesidio in Ianiculo locato, ipse in plano ripisque Tiberis castra posuit, nauibus undique 2 accitis et ad custodiam ne quid Romam frumenti subuehi sineret, et ut praedatum milites trans flumen per occasiones aliis atque aliis locis traiceret ; breuique adeo infestum 3 omnem Romanum agrum reddidit ut non cetera solum ex agris sed pecus quoque omne in urbem compelleretur, neque quisquam extra portas propellere auderet. Hoc tantum 4

11 inquit, te *Vorm.*? *MOHRnDL* : *om.* te *PFUpB*

11 1 Porsinna *MP* : Porsenna *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBOHRnDL*; *u. adn. ad c. 9. 1 sup.* repulsus *MP<sup>2</sup>F<sup>3</sup>OHRnDL* : repulsis *PF?* *UpB* : repulso *Up<sup>2</sup>*  
2 traiceret *Gron.* : traicerent *MPFU<sup>2</sup>BOHRnDL*

licentiae Etruscis non metu magis quam consilio concessum. Namque Valerius consul intentus in occasionem multos simul et effusos improviso adoriundi, in paruis rebus neglegens ulti, grauem se ad maiora uindicem seruabat.

5 Itaque ut eliceret praedatores, edicit suis postero die frequentes porta Esquilina, quae auersissima ab hoste erat, expellerent pecus, scituos id hostes ratus, quod in obsidione et fame seruitia infida transfugerent. Et sciere perfugae indicio; multoque plures, ut in spem uniuersae

7 praedae, flumen traiciunt. P. Valerius inde T. Herminium cum modicis copiis ad secundum lapidem Gabina uia occultum considere iubet, Sp. Larcium cum expedita iuuentute ad portam Collinam stare donec hostis praetereat; inde se

8 obicere ne sit ad flumen reditus. Consulum alter T. Lucretius porta Naeuia cum aliquot manipulis militum egressus; ipse Valerius Caelio monte cohortes delectas educit, hique

9 primi apparuere hosti. Herminius ubi tumultum sensit, concurrit ex insidiis, uersisque in Lucretium Etruscis terga caedit; dextra laeuaque, hinc a porta Collina, illinc ab

10 Naeuia, redditus clamor; ita caesi in medio praedatores, neque ad pugnam uiribus pares et ad fugam saeptis omnibus uiis. Finisque ille tam effuse euagandi Etruscis fuit.

5 eliceret  $PFUpBO^1HRn^2D^2$ : eligeret  $M$ : elicerent  $O$ : elicerat  $Rn$   
 $DL$       7 inde T. Herminium *Sobius* : in T. herminium  $Rn$  :  $\bar{m}$ . t.  
 (uel t.) hermenium  $PF$  (*B sed m̄t.*)  $OHD?L$  :  $\bar{m}$ . t. herminium  $Up$  :  
 $\bar{m}$ . herminium  $M$ : metum hermenium  $D^2$       Gabina uia  $PUp$  : gabinia  
 uia *Vorm*.  $FBORnD^x$  : grabinia uia  $H$  : gabiniam uiam  $MDL$       Lar-  
 cium dett. aliq., ut c. 10. 6, ubi uide sis adn.: Largium  $MPFUpBOHRn$   
 $DL$  fort. recte      9 Lucretium  $MPFUpBOHRnDL$  : Valerium *Gla-*  
*reanus*; sed quamquam uersis bene dici potest de exercitu quem dum  
 $eis$  qui primi apparuere confligit, a tergo noui hostes (*Herminiani*) cae-  
 dent, etiam melius tamen dicatur si cum *Alschefskio* statuas Etruscos  
 $prius$  a Valerianis in Lucretianos se uertisse quam ab Herminianis tercia  
 exorta sit caedes. Cum portam qua usus est Valerius *Linius* uideatur  
 superiore loco (§ 8) consulto non nominasse, suspicari licet eum in fontibus  
 suis confusionem aliquam inuenisse eamque, ut solet, prudenti de rebus  
 minoribus silentio (cf. e.g. 3. 24. 8-9 cum *Weissenbornii* adn.) praeterire  
 esse conatum caedit! Non hic sed ad laeuaque punctum ponit D  
 10 euagandi *Vorm*.  $MP^2FUpBOHRnDL$  : augandi  $P$  : uagandi *Ed.*  
*Parm.* 1480 *Ald.* (num recte?)

Obsidio erat nihilo minus et frumenti cum summa caritate 12  
 inopia, sedendoque expugnaturum se urbem spem Porsinna  
 habebat, cum C. Mucius, adulescens nobilis, cui indignum 2  
 uidebatur populum Romanum seruientem cum sub regibus  
 esset nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse, libe-  
 rum eundem populum ab iisdem Etruscis obsideri quorum  
 saepe exercitus fuderit,—itaque magno audacique aliquo faci- 3  
 nore eam indignitatem uindicandam ratus, primo sua sponte  
 penetrare in hostium castra constituit; dein metuens ne si 4  
 consulm iniussu et ignaris omnibus iret, forte deprehensus  
 a custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum  
 urbis crimen adfirmante, senatum adit. ‘Transire Tiberim’ 5  
 inquit, ‘patres, et intrare, si possim, castra hostium uolo, non  
 praedo nec populationum in uicem ulti; maius si di iuuant  
 in animo est facinus.’ Adprobant patres; abdito intra uestem  
 ferro proficiscitur. Vbi eo uenit, in confertissima turba 6  
 prope regium tribunal constitut. Ibi cum stipendum militi- 7  
 bus forte daretur et scriba cum rege sedens pari fere ornatu  
 multa ageret eum<que> milites uolgo adirent, timens sci-  
 scitari uter Porsinna esset, ne ignorando regem semet ipse  
 aperiret quis esset, quo temere traxit fortuna facinus, scribam  
 pro rege obtruncat. Vadentem inde qua per trepidam tur- 8  
 bam cruento mucrone sibi ipse fecerat uiam, cum concursu  
 ad clamorem facto comprehensum regii satellites retraxissent,  
 ante tribunal regis destitutus, tum quoque inter tantas for-  
 tunae minas metuendus magis quam metuens, ‘Romanus 9

12 i Porsinna *MP*: Porsenna *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBOHRnDL* (*cf. adn. c. 9. i sup.*)      2 cum sub regibus esset *MPFUpBOHRnDL*: *cum Karstenio malim deletum*      3 itaque *MPFUpBOHRnDL*: *secludit Madv., fort. recte; et in OD littera I capitalis et in D pleniore calamo scripta, in O rubricata est* (*cf. i. 41. 4 et i. 49. 7 adnn.*)      7 eumque *Ald.*: *eumue Rn*: *eum no- D et eum ne- L* (*in utroque cum -milites coniunctum, et, ut puto, ex -MQ uncialis uel etiam -mq minusculae scripturae natum*): *eum Vorm. MPFUpBOH Ed. Rom. 1470*: *cum Ed. Rom. 1469*      Porsinna *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>PRn*: Porsona *M*: Porsenna *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>FBOHRn<sup>2</sup>DL* (*cf. c. 9. i adn.*)      8 regii *MF<sup>3</sup>OD Ald.*: *regi PFUpBH*: *regis RnL Ed. Rom. 1469*

sum' inquit, 'ciuis ; C. Mucium uocant. Hostis hostem occidere uolui, nec ad mortem minus animi est, quam fuit 10 ad caedem ; et facere et pati fortia Romanum est. Nec unus in te ego hos animos gessi ; longus post me ordo est idem petentium decus. Proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo, ferrum hostemque in uestibulo habeas regiae. Hoc tibi iuuentus 11 Romana indicimus bellum. Nullam aciem, nullum proelium 12 timueris ; uni tibi et cum singulis res erit.' Cum rex simul ira infensus periculoque conterritus circumdari ignes minitabundus iuberet nisi expromeret propere quas insidiarum 13 sibi minas per ambages iaceret, 'En tibi' inquit, 'ut sentias quam uile corpus sit iis qui magnam gloriam uident' ; dextramque accenso ad sacrificium foculo initit. Quam cum uelut alienato ab sensu torreret animo, prope attonitus miraculo rex cum ab sede sua prosiluissest amouerique ab 14 altaribus iuuenem iussisset, 'Tu uero abi' inquit, 'in te magis quam in me hostilia ausus. Iuberem macte uirtute esse, si pro mea patria ista uirtus staret ; nunc iure belli 15 liberum te, intactum inuiolatumque hinc dimitto.' Tunc Mucius, quasi remunerans meritum, 'Quando quidem' inquit, 'est apud te uirtuti honos, ut beneficio tuleris a me quod minis nequisti, trecenti coniurauimus principes iuuen- 16 tutis Romanae ut in te hac uia grassaremur. Mea prima sors fuit ; ceteri ut cuiusque ceciderit primi quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisque tempore aderunt.'

13 Mucium dimissum, cui postea Scaeuelae a clade dextrae manus cognomen inditum, legati a Porsinna Romam seuti

12 infensus *MPFUþOHRnDL*<sup>1</sup> (cf. 1. 53. 10 ; 2. 46. 7 ; 4. 10. 3) : infessus *BL?* : incensus *Madv.* 14 Tu uero *M* dett. aliq. *Ed. Rom.* 1469 : tum uero *PFUþBOHRnDL* dett. aliq. 16 ut cuiusque lucu-  
lenter *Madv.* : utcumque *Vorm.?* *MPFUþBOHRnDL Ald.* primi  
*MPFUþBOHL* : primo *D* : in *Rn littera ultima deleta* quoad *PF*  
*UþOHRn?* *D<sup>2</sup>* : quod a *B* : co ad *DL* : quot *M*

13 a clade *PþOHRnDL Ed. Rom. 1469: om. a MPFUþB* Porsinna  
*hic scripsimus ut in § 4 inf. (c. 9. 1 adn.)* : Porsenna *MPFBOHRnDL*

sunt ; adeo mouerat eum et primi periculi casus, ⟨a⟩ quo 2 nihil se praeter errorem insidiatoris texisset, et subeunda dimicatio totiens quot coniurati superessent, ut pacis condiciones ultro ferret Romanis. Iactatum in condicionibus 3 nequiquam de Tarquiniiis in regnum restituendis, magis quia id negare ipse nequiuerat Tarquiniiis quam quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret. De agro Veientibus 4 restituendo impetratum, expressaque necessitas obsides dandi Romanis, si Ianiculo praesidium deduci uellent. His condicionibus composita pace, exercitum ab Ianiculo deduxit Porsinna et agro Romano excessit. Patres C. Mucio uir- 5 tutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia prata appellata. Ergo ita honorata uirtute, 6 seminae quoque ad publica decora excitatae, et Cloelia uirgo una ex obsidibus, cum castra Etruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent, frustrata custodes, dux agminis uirginum inter tela hostium Tiberim tranauit, sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi 7 regi nuntiatum est, primo incensus ira oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem descendam : alias haud magni facere. Deinde in admirationem uersus, supra Coclices 8 Muciosque dicere id facinus esse, et p[re]ae se ferre quemadmodum si non dedatur obses, pro rupto foedus se habiturum, sic deditam ⟨intactam⟩ inuiolatamque ad suos remisurum. Vtrimeque constitit fides ; et Romani pignus pacis 9

<sup>2</sup> a quo *Heumann*, et in *D uacat spatium ubi littera erasa esse potest* : quo *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* sed in *P* supra q- lineola ' a prima manu addita texisset *MPOHRnDL* : exisset *F?B* : exuisset *F<sup>3</sup>Up* quot *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>3</sup>* : quod *MPDL* <sup>3</sup> ignoraret *MPFU<sub>p</sub>BOH Rn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* : ignoret *RnDL* <sup>4</sup> *Porsinna* *MPFB* : *Porsenna* *M<sup>2</sup>F<sup>3</sup>O HRnDL* (*cf. c. 9. 1 adn.*) <sup>6</sup> *propinquos* *MPF<sup>3</sup>UpOH Edd. Rom.* <sup>1469 et 1470</sup> : *propinquas FB* : *propinquum RnDL* <sup>8</sup> *supra MP FU<sub>p</sub>BOH* : *super RnDL* pro rupto . . . *fides om. B* intactam inuiolatamque *Ed. Frob. 1531 ex c. 12. 14* : inuiolatamque *MPFU<sub>p</sub>OH RnDL* : inuiolatam usque *dett. unus*. *Patet aut Frobenio parendum aut que delendum* ; *Frobenio fauet sane frequens epithetorum huius generis copulatio et apud Liuium et alibi, uelut integer et intactus, integer inuiolatusque* ; *u. Lexica*

ex foedere restituerunt, et apud regem Etruscum non tuta solum sed honorata etiam uirtus fuit, laudatamque uirginem parte obsidum se donare dixit; ipsa quos uellet legeret.

10 Productis omnibus elegisse impubes dicitur; quod et uirginitati decorum et consensu obsidum ipsorum probabile erat eam aetatem potissimum liberari ab hoste quae maxime

11 opportuna iniuriae esset. Pace redintegrata Romani nouam in femina uirtutem nouo genere honoris, statua equestri, donauere; in summa Sacra uia fuit posita uirgo insidens equo.

14 Huic tam pacatae profectio ab urbe regis Etrisci abhorrens mos traditus ab antiquis usque ad nostram aetatem inter cetera sollemnia manet, bona Porsennae regis uen-  
2 dendi. Cuius originem moris necesse est aut inter bellum natam esse neque omissam in pace, aut a mitiore creuisse principio quam hic prae se ferat titulus bona hostiliter uen-  
3 dendi. Proximum uero est ex iis quae traduntur Porsennam discedentem ab Ianiculo castra opulenta, conuecto ex propinquis ac fertilibus Etruriae aruis commeatu, Romanis  
4 dono dedisse, inopi tum urbe ab longinqua obsidione; ea deinde, ne populo immisso diriperentur hostiliter, uenisce, bonaque Porsennae appellata, gratiam muneris magis significante titulo quam auctionem fortunae regiae quae ne in potestate quidem populi Romani esset.

5 Omissa Romano bello Porsenna, ne frustra in ea loca

10 quod et *PFUpBOHRnL*: quod *MD* (*scil. quod non ut pronomen sed ut coniunctuum interpretati*) 11 nouo *UpRnD<sup>2</sup>* (*non H*) dett. *unus*: nouo in *MPFBÖHDL*: nouo inde *Alschef.*: *fort.* nouo tum, *sed potest in non ita magno conatu ex priore clausula* (*nouam in femina*) *huc inrepsisse*

14 1 Porsennae *MPFOHD<sup>2</sup>*: porsenne *B*: porsennee *D?*: porsenna *L* 3 Porsennam *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>BOHDL*: porsinnam *M*: porsinna *P*  
4 que... gratiam *om. H* Porsennae *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup> uel P<sup>1</sup>FBOD*: porsenna *L* muneris magis *MPFU<sub>p</sub>BO Edd. uet.*: numeris *H*: magis muneris *RnDL* potestate *PFUpBOH Edd. uet.*: potestatem *MRn DL* dett. (*cf. 6. 37. 6 adn.*) 5 Porsenna *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FBOHRnDL*: porsinna *MP*; *uide sup. adn. ad c. 9. 1*

exercitus adductus uideretur, cum parte copiarum filium Arruntem Ariciam oppugnatum mittit. Primo Aricinos res 6 necopinata perculerat ; arcessita deinde auxilia et a Latinis populis et a Cumis tantum spei fecere, ut acie decernere auderent. Proelio inito, adeo concitato impetu se intulerant Etrusci ut funderent ipso incursu Aricinos : Cumanae 7 cohortes arte aduersus uim usae declinauere paululum, effusque praelatos hostes conuersis signis ab tergo adortae sunt. Ita in medio prope iam uictores caesi Etrusci. Pars per 8 exigua, duce amissio, quia nullum proprius perfugium erat, Romam inermes et fortuna et specie supplicum delati sunt. Ibi benigne excepti diuisique in hospitia. Curatis uolneribus, alii profecti domos, nuntii hospitalium beneficiorum : multos Romae hospitum urbisque caritas tenuit. His locus ad habitandum datus quem deinde Tuscum uicum appellaverunt.

Sp. < Larcius inde et > T. Herminius, P. Lucretius inde et 15

6 concitato impetu se *MP<sup>3</sup>HRnDL*, dett. *Ed. Rom.* 1469 : concitato impetus *PFB* : concitatos impetus *OUp*

15 i Sp. < Larcius inde et > T. Herminius, P. Lucretius inde et *Madv. indagationem Gronouii secutus. Quomodo uero tam abundantem nominum messem concoixerint codices per tabellam demonstrari potest :*

(1)	(2)	(3)	Codd.
Purius ( <i>Spu- M<sup>3</sup></i> ) Spurius ( <i>Pu- L</i> )	Publius Lucretius Lucretius	inde et inde et T. Hermenius ( <i>Erm- RnD,</i> <i>-min- Rn</i> )	<i>Vorm. M</i> <i>RnDL</i>
	Publius Lucretius Publius Lucretius	inde et T. Hermenius inde et	<i>H</i> dett. <i>PFUpBO</i>

Larcii igitur nomen in nostris codd. non exstat ; eiusdem praenomen praenomini Lucretii additur aut substituitur ; T. Herminius in optimis periit ; P. Valerius Publicola in omnibus superest nisi quod Publicola om. F. Cum uero a Dionysio (5. 36) et Cassiodoro Sp. Larcius (*λάρκιος*, Largus) et T. Hermenius solum nominentur, reliquos damnat Mommsen (*C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 99). De Larcio cf. cc. 10. 6 et 21. 1 adnn.

P. Valerius Publicola consules facti. Eo anno postremum legati a Porsenna de reducendo in regnum Tarquinio uenerunt; quibus cum responsum esset missurum ad regem senatum legatos, missi confestim honoratissimus quisque ex <sup>2</sup> patribus. non quin breuiter reddi responsum potuerit non recipi reges, ideo potius delectos patrum ad eum missos quam legatis eius Romae daretur responsum, sed ut in perpetuum mentio eius rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficiis in uicem animi sollicitarentur, cum ille peteret quod contra libertatem populi Romani esset, Romani, nisi in perniciem suam faciles esse uellent, negarent cui nihil ne <sup>3</sup> gatum uellent. non in regno populum Romanum sed in libertate esse. ita induxisse in animum, hostibus portas potius quam regibus patefacere; ea esse uota omnium ut <sup>4</sup> qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi sit. proinde si saluam esse uellet Romam, ut patiatur liberam esse orare.

<sup>5</sup> Rex uerecundia uictus ‘Quando id certum atque obstinatum est’ inquit, ‘neque ego obtundam saepius eadem neququam agendo, nec Tarquinios spe auxilii, quod nullum in me est, frustrabor. Alium hinc, seu bello opus est seu quiete, exsilio quaerant locum, ne quid meam uobiscum pacem distineat.’

<sup>6</sup> Dictis facta amiciora adiecit; obsidum quod reliquum erat reddidit; agrum Veientem, foedere ad Ianiculum icto ad <sup>7</sup> emptum, restituit. Tarquinius spe omni reditus incisa ex-

<sup>1</sup> Porsenna *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FBOHRn*: Porsenna *D*: Porsinna *MPL* (*hoc solo in loco in hoc codice*), cf. c. 9. <sup>1</sup> *adn.* ex patribus *dett. unus*: et patribus *MP*: e patribus *M<sup>3</sup>* uel *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBOHDL* <sup>2</sup> ille peteret *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PUpBOD<sup>2</sup>*: ille p̄teret (*i.e. praeteret*) *M*: ille petereret *H*: illi peterent *RnDL* <sup>3</sup> induxisse *MPFUpBOH*: *add. se RnDL* portas potius quam regibus *scripti* (cf. *adn. in Ed. mea huius Libri ad c. 41. 6*, uel *Class. Rev.* xiv (1900), p. 357): potius quam portas regibus *Vorm.* *MPFUpBO* *Edd. uet.*: potius quam regibus portas *HRnDL* *Ald.*: potius portas quam regibus *P<sup>2</sup>*, *non male* ea esse uota *Hertz*: eam ea esse uota esse uoluntatem *Vorm.* *M*: ea esse uoluntatem *P*: eam esse uoluntatem *P<sup>2</sup>FUpBOHRnDL* *Edd. uet. Ald.* <sup>5</sup> quiete *M<sup>3</sup>RnD<sup>2</sup>* *Ald.*: quieto *MPFUpBOH*: quaeto *D?* *L* exilio *P<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpO<sup>1</sup>RnD<sup>x</sup>*: ex illo *M?* *PFBOHD*: exiuxo *L*: auxilio *M<sup>3</sup>*

sulatum ad generum Mamiliū Octauium Tusculum abiit.  
Romanis pax fida [ita] cum Porsenna fuit.

Consules M. Valerius P. Postumius. Eo anno bene 16  
pugnatum cum Sabinis; consules triumpharunt. Maiore  
inde mole Sabini bellum parabant. Aduersus eos et ne 2  
quid simul ab Tusculo, unde etsi non apertum, suspectum  
tamen bellum erat, repentinae periculi oreretur, P. Valerius  
quartum T. Lucretius iterum consules facti. Seditio inter 3  
belli pacisque auctores orta in Sabinis aliquantum inde  
uirium transtulit ad Romanos. Namque Attius Clausus, cui 4  
postea Appio Claudio fuit Romae nomen, cum pacis ipse  
auctor a turbatoribus belli premeretur nec par factioni esset,  
ab Inregillo, magna clientium comitatus manu, Romam  
transfugit. His ciuitas data agerque trans Anienem; Vetus 5  
Claudia tribus—additis postea nouis tribulibus—qui ex eo  
uenirent agro appellati. Appius inter patres lectus, haud  
ita multo post in principum dignationem peruenit. Con- 6  
sules infesto exercitu in agrum Sabinum profecti cum ita  
uastatione, dein proelio adflicxissent opes hostium ut diu  
nihil inde rebellionis timeri posset, triumphantes Romam  
redierunt.

P. Valerius, omnium consensu princeps belli pacisque 7  
artibus, anno post Agrippa Menenio P. Postumio consulibus  
moritur, gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis,

<sup>7</sup> Octauium *PFUpBOHRnD<sup>2</sup>L*: octauum *MD* Romanis . . .  
fuit om. *H* fida ita *MPFUpBORnDL*: fida *Madv.*: *malim* fir-  
mata, *si quidem antiquior r litterae forma* ('the tall r') *pro d accepta*  
*fuit* Porsenna *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FBOHD*: porsinna *MPL* (c. 9. 1 *adn.*)

<sup>16</sup> 2 oreretur *P<sup>3</sup>HRnL*: oretur *M*: oriretur *M<sup>2</sup>PFUpBORn<sup>2</sup>D* *Edd.*  
*uet. aliq.*, cf. I. 31. 5 *adn.*; 4. 7. 6 <sup>4</sup> Attius *MPFUp<sup>2</sup>BORnDL*:  
accius *H*: atius *Up* Inregillo *Weissenb.*, cf. *Momms. C. I. L.* i<sup>1</sup>. 444:  
cīñ rigillo *M*: cñ rigillo *M<sup>2</sup>PFUpO*: nc̄ rigillo *B*: ē rigillo *DL*: īrigillo  
*H*: ..... gillo *Rn*: Cn. Regillo *P<sup>2</sup>* *Edd. uet. aliq.* magna *MPFUp*  
*BOH*: magnam *RnDL* manu *M<sup>2</sup>PFUpBOH*: manum *MRnDL*  
5 tribulibus *MPFUpBOHDL*: tribubus *M<sup>3</sup>Rn* *dett. aliq.* appellati  
*luculenter Madv.*: appellata *MPFUpBOHRnDL* (*uide sis adn. in Ed.*  
*mea huius Libri*) <sup>6</sup> timeri posset *Duker*: timere possent *MPFUp*  
*BOHRnDL*

ut funeri sumptus deesset; de publico est datus. Luxere  
 8 matronae ut Brutum. Eodem anno duae coloniae Latinae,  
 Pometia et Cora, ad Auruncos deficiunt. Cum Auruncis  
 bellum initum; fusoque ingenti exercitu, qui se ingredienti-  
 bus fines consulibus ferociter obtulerat, omne Auruncum  
 9 bellum Pometiam compulsum est. Nec magis post proelium  
 quam in proelio caedibus temperatum est; et caesi aliquanto  
 plures erant quam capti, et captos passim trucidauerunt; ne  
 ab obsidibus quidem, qui trecenti accepti numero erant, ira  
 belli abstinuit. Et hoc anno Romae triumphatum.

17 Secuti consules Opiter Verginius Sp. Cassius Pometiam  
 2 primo ui, deinde uineis aliisque operibus oppugnarunt. In  
 quos Aurunci magis iam inexpiabili odio quam spe aliqua  
 aut occasione coorti, cum plures igni quam ferro armati  
 3 excucurrissent, caede incendioque cuncta complent. Vineis  
 incensis, multis hostium uolneratis et occisis, consulum  
 quoque alterum—sed utrum auctores non adiciunt—graui  
 4 uolnere ex equo deiectum prope interfecerunt. Romam inde  
 male gesta re redditum; inter multos saucios consul spe in-  
 certa uitae relatus. Interiecto deinde haud magno spatio,  
 quod uolneribus curandis supplendoque exercitui satis esset,  
 cum ira maiore, tum uiribus etiam auctis Pometiae arma  
 5 inlata. Et cum uineis refectis aliaque mole belli iam in eo  
 6 esset ut in muros euaderet miles, deditio est facta. Cete-  
 rum nihilo minus foeda, dedita urbe, quam si capta foret,

7 funeri *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>*; funeris *RnDL*      9 caedibus *MFFU<sub>p</sub>B*  
*OHDL*: a caedibus *H. J. Mueller* (cf. 25. 25. 9) uix necessario

17 1 primo ui *M<sup>3</sup>HRn*: primo uim *O*: primo ut *MPFU<sub>p</sub>BDL*  
 2 inexpiabili *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: inexpugnabili *M*      3 sed  
 utrum *Hertz optime*: sed uerum nomen *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* dett. *Edd.*  
*uet. aliq. Ald.*: uerum nomen *Alsch.*: sed nomen *Madv.*      4 relatus  
*Duker*: relicitus *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*      maiore *Edd. uet.* : *add. bellum*  
*MPFU<sub>p</sub>BOHRDL*, *sed in M litteris solito maioribus quod saepius*  
*signum est glossematis ex margine in textum translati* (cf. I. 49. 7 *adn.*):  
 maiore belli *R<sup>x</sup>* dett. *aliq. Ald.*: maiore bellantium *Zingerle*      6 foeda  
 . . . passi *Madv. optime*: foede (*uel fede*) . . . passim *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnDL* (cf. cc. 34. 3 et 60. 2 *inf.*)

Aurunci passi ; principes securi percussi, sub corona uenienti  
runt coloni alii, oppidum dirutum, ager ueniit. Consules 7  
magis ob iras grauiter ultas quam ob magnitudinem perfecti  
belli triumpharunt.

Insequens annus Postumum Cominium et T. Largium 18  
consules habuit. Eo anno Romae, cum per ludos ab Sabi- 2  
norum iuentute per lasciuiam scorta raperentur, concursu  
hominum rixa ac prope proelium fuit, paruaque ex re ad  
rebellionem spectare [res] uidebatur. [Supra belli Latini 3  
metum.] Id quoque accesserat quod triginta iam coniurasse  
populos concitante Octauio Mamilio satis constabat. In hac 4  
tantarum exspectatione rerum sollicita ciuitate, dictatoris  
primum creandi mentio orta. Sed nec quibus consulibus  
quia ex factione Tarquiniana essent—id quoque enim tradi-

6 dirutum *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBOHD<sup>x</sup>* : dirutum *M* : dirutum *P* : disruptum  
*RnDL* ueniit *M<sup>3</sup>PFUpDL* : uenit *MBOHRn* 7 quam ob  
. . . Cominium (c. 18. 1) om. *H*

18 1 Postumum *Sigoni* : Postumum *MPFUpBORN*<sub>DL</sub> Cominium  
*MP<sup>2</sup>OD<sup>2</sup>* uel *D<sup>1</sup>* dett. : quominum *RnDL* : communium *PFUpB*

Largium *MPFUpBOHRn*<sub>DL</sub> dett., cf. § 5 : Larginum dett. duo :  
Larcium *Madv. ex c. 21. 1 cum Dion. Hal. 5. 50. 1, sed Largus Cassiod.  
Mommsen. C. I. L. 1<sup>2</sup>, p. 99. Vide sis adn. ad c. 10. 6* 2 ex re]  
add. res *HRnDL* dett., quod post spectare *dēnum sed nihilo felicius*  
*ponunt MPFUpBO Edd. uet. aliq.* : paruaque ea res *dubitanter Drak.* :  
*inter multa exempla huius uocis a Liuio repetitae quae concessere*  
*Gron. et Drak. proxime accidunt 29. 6. 2; 30. 34. 2, sed ne haec*  
*quidem omnino similia; igitur cum turbatus ordo saepissime* (cf.  
*Praef. 5 adn.) interpolationem prodat, Gronouium libenter secutus se-*  
*clusi. Multus fuit in hac capitulo parte otiosissimus aliquis glossemator*

uidebatur *MP<sup>2</sup>FUpBOHRn*<sub>DL</sub> : uidebantur *Gron.*, *P*, *uix recte*  
3 Supra belli Latini metum *MPFUpBOHRn*<sub>DL</sub> dett. : super belli  
Latini metum *Duker* : supra belli Sabini metum *Rn<sup>2</sup>* dett. duo *Ed. Rom.*  
1469 : *seclusi ut summarium marginale sequentis sententiae*; cf. e.g.  
2. 36. 3; 3. 49. 5 quod triginta *MP<sup>3</sup>Rn*<sub>DL</sub> : quadraginta *OHUp<sup>2</sup>* :  
quodringinta *PF?* : quadringinta *F<sup>3</sup>B* (sed -enta) : quadriginta *Up*  
Octauio *UpHRn* dett. aliq.: Octauo *MPFODL* 4 Sed nec *Madv.* :  
sed nec quo anno nec *Vorm.* *M<sup>2</sup>PFUpBOHRn*<sub>DL</sub> : sed nio quo | no  
nec *M* quod ex male lecto glossemate aut ab ipso *M* aut in archetypo  
*eius natum erit Madvigiumque optime confirmat* quibus *Vorm.* : qui-  
bus factum *H* : quibus facti *MPFBRn*<sub>DL</sub>, ‘antiqua lectio’ *Rhenan.* :  
quibus facta *UpO* : quibus factis *D<sup>3</sup>* dett. *Edd. uet. Ald.* In *F* alterum  
nec cum *N* capitali incipit (1. 49. 7 adn.). Locum turbauit quo anno  
factum glossema interpolatum Tarquiniana *PUpOHD<sup>L</sup>* : Tarquinia  
*MRn* : Tarquiniani *FB*

tur—parum creditum sit, nec quis primum dictator creatus  
 5 sit, satis constat. Apud ueterinos tamen auctores T. Largium dictatorem primum, Sp. Cassium magistrum equitum  
 creatos inuenio. Consulares legere ; ita lex iubebat de dicta-  
 6 tore creando lata. Eo magis adducor ut credam Largium,  
 qui consularis erat, potius quam M'. Valerium Marci filium  
 Volesi nepotem, qui nondum consul fuerat, moderatorem  
 7 et magistrum consulibus appositum ; quin si maxime ex  
 ea familia legi dictatorem uellent, patrem multo potius M.  
 Valerium spectatae uirtutis et consularem uirum legissent.

8 Creato dictatore primum Romae, postquam praeferti se-  
 cures uiderunt, magnus plebem metus incessit, ut intentiores  
 essent ad dicto parendum ; neque enim ut in consulibus qui  
 pari potestate essent, alterius auxilium neque prouocatio erat  
 9 neque ullum usquam nisi in cura parendi auxilium. Sabinis  
 etiam creatus Romae dictator, eo magis quod propter se  
 creatum crediderant, metum incussit. Itaque legatos de  
 10 pace mittunt. Quibus orantibus dictatorem senatumque ut  
 ueniam erroris hominibus adulescentibus darent, responsum  
 ignosci adulescentibus posse, senibus non posse qui bella ex  
 11 bellis sererent. Actum tamen est de pace, impetrataque foret  
 si, quod impensae factum in bellum erat, praestare Sabini—  
 id enim postulatum erat—in animum induxissent. Bellum  
 indictum : tacitae indutiae quietum annum tenuere.

19 Consules Ser. Sulpicius M'. Tullius ; nihil dignum memo-

5 et 6 Largium *MPFBOHRnDL* dett. plures Ed. Rom. 1469 : Lar-  
 cium *Up* Edd. uet. aliq. ; cf. *adn. ad § 1* 6 M'. Valerium *Gruter*,  
*Festum s. u. 'optima lex'* (Müll. 198, *Thewrewk de Ponor* 234) secutus :  
 m. (i.e. Marcum) ualerium *Vorm. MPFBOHDL* (sed in B m.)  
 Marci filium *Rhenan.* : marci fusium *M* : m. fusium *FB* : m. f. ufium  
*P* : fusium *HRnDL* : f. ufium *O* : Fusium Edd. uet. aliq., 'uetus lectio'  
*Rhenan.* : m. u. filium *Up* 7 quin si *Lehnert* : qui si *MP<sup>2</sup>FUpB*  
*OHRnDL* : quis in *P* : quia si *dett. unus* 11 praestare . . . erat  
*om. H* Sabini *P<sup>2</sup>* marg. *ORnDL* : Sabini . . . F (4 aut 5 litteris  
 erasis) : Sabinum *M*, 'antiqua lectio' *Rhenan.*, unde ille Sabini tum :  
 Sabinum *PUpB*

19 1 Ser. *Sigonius ex Cic. Brut. 16. 62*, cf. *Cassiod. Momms. C. I. L.*

ria actum ; T. Aebutius deinde et C. Vetusius. His consu- 2  
libus Fidenae obsessae, Crustumeria capta ; Praeneste ab  
Latinis ad Romanos descivit, nec ultra bellum Latinum,  
gliscens iam per aliquot annos, dilatum. A. Postumius 3  
dictator, T. Aebutius magister equitum, magnis copiis  
peditum equitumque profecti, ad lacum Regillum in agro  
Tusculano agmini hostium occurrerunt, et quia Tarquinios 4  
esse in exercitu Latinorum auditum est, sustineri ira non  
potuit quin extemps configerent. Ergo etiam proelium 5  
aliquanto quam cetera grauius atque atrocius fuit. Non  
enim duces ad regendam modo consilio rem adfuere, sed  
suismet ipsi corporibus dimicantes miscuere certamina, nec  
quisquam procerum ferme hac aut illa ex acie sine uolnere  
praeter dictatorem Romanum excessit. In Postumium 6  
prima in acie suos adhortantem instruentemque Tarquinius  
Superbus, quamquam iam aestate et viribus erat grauior,  
equum infestus admisit, ictusque ab latere concursu suorum  
receptus in tutum est. Et ad alterum cornu Aebutius 7  
magister equitum in Octauium Mamilium impetum dederat ;  
nec fefellit ueniens Tusculanum ducem, contraque et ille  
concitat equum. Tantaque uis infestis uenientium hastis 8  
fuit ut brachium Aebutio traiectum sit, Mamilio pectus

<sup>i<sup>2</sup>, p. 99 :</sup> Seruilius *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* et sic Dion. Hal. 5. 52. I  
M'. Tullius *Sigon.* ex Dion. Hal. ibid. : m. manlius tullus *MO* : m.  
mālius tullus *PH* : m. mamilius tullus *F* : m. m alias tullus *B* : m.  
manilius tullus *RnD* : m. mimilius tullus *L* : m. manilius tullus *Up*  
deinde et] *om.* et *M* : *tutantur PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* C. Vetusius *PF*  
*UpBOH* : c. uetusius ueturius uetusius *M* : c. uetusius ueturius uetirius  
*Vorm.* : censorius uetusius *RnDL* 3 A. Postumius *Sabellicus* ex  
Dion. Hal. 6. 2. 1 (*ubi consul tertio post anno nominatur*) : aurelius  
postumius *MPFU<sub>p</sub>BOHRDLD* 5 ipsi Gron. : ipsis *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnDL*, ut saepe (e.g. c. 9. 5; c. 12. 7; c. 44. 3 et 8) in tali uerborum  
conlocatione ; optimus tamen Drak. pro codicibus hic legendus (etiamsi  
hoc in loco uix persuadet) nam casus obliquus pronominis saepe, ut docet,  
e.g. in c. 42. 9 et 3. 61. 1 sententiam melius exprimit 6 adhortantem  
*MPFU<sub>p</sub>BOH* (sed in *B* adort-) : hortantem *RnD*<sup>1</sup> uel *D*<sup>2</sup> : ortantem  
*FDL* 7 Et ad *MPFU<sub>p</sub>BOD*<sup>2</sup> : et *HRnDL* contraque *Madv.* :  
contra quem *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* 8 uenientium *MPF<sup>2</sup>U<sub>p</sub>BOH* :  
nienientium *F* : inuenientium *RnDL*

9 percussum. Hunc quidem in secundam aciem Latini re-  
cepere; Aebutius cum saucio brachio tenere telum non  
10 posset, pugna excessit. Latinus dux nihil deterritus uolnere  
proelium ciet et quia suos percuslos uidebat, arcessit cohortem  
exsulum Romanorum, cui L. Tarquini filius praeerat.  
Ea quo maiore pugnabat ira ob erepta bona patriamque  
ademptam, pugnam parumper restituit.

20 Referentibus iam pedem ab ea parte Romanis, M. Valerius  
Publicolae frater, conspicatus ferocem iuuenem Tarquinium  
ostentantem se in prima exsulum acie, domestica etiam  
gloria accensus ut cuius familiae decus electi reges erant,  
2 eiūdem interficti forent, subdit calcaria equo et Tarqui-  
3 nium infesto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen  
suorum infenso cessit hosti: Valerium temere inuestum in  
exsulum aciem ex transuerso quidam adortus transfigit, nec  
quicquam equitis uolnere equo retardato, moribundus Ro-  
manus labentibus super corpus armis ad terram defluxit.  
4 Dictator Postumius postquam cecidisse talem uirum, ex-  
sules ferociter citato agmine inuehi, suos percuslos cedere  
5 animaduertit, cohorti sua, quam delectam manum praesi-  
dii causa circa se habebat, dat signum ut quem suorum  
fugientem uiderint, pro hoste habeant. Ita metu ancipi-  
6 uersi a fuga Romani in hostem et restituta acies. Cohors  
dictatoris tum primum proelium iniit; integris corporibus  
7 animisque fessos adorti exsules caedunt. Ibi alia inter  
proceres coorta pugna. Imperator Latinus, ubi cohortem  
exsulum a dictatore Romano prope circumuentam uidit,  
ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum  
8 rapit. Hos agmine uenientes T. Herminius legatus con-

10 Ea quo *MPRnD*: ea quo *HL*: ea quoniam *O*: eo quo *P<sup>2</sup>FUpB*:  
eo que *M<sup>3</sup>*

20 1 electi *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>UpOH*: electi *M*: lecti *PFBRnDL*

2 infesto *MPFUpBOHRnDL*: infenso *dett. unus* 5 delectam  
manum *ORnDL*: delecta manu *PFUpBD<sup>x</sup>* *Edd. uet. Ald.*: de electa  
manu *Rhenan.*: detectam manum electa manu *M fide, ut solet, inde-  
fessa*

spicatus, interque eos insignem ueste armisque Mamiliū noscitans, tanto ui maiore quam paulo ante magister equitum cum hostium duce proelium iniit, ut et uno ictu 9 transfixum per latus occiderit Mamiliū et ipse inter spoliandum corpus hostis ueruto percussus, cum uictor in castra esset relatus, inter primam curationem exspirauerit. Tum ad equites dictator aduolat, obtestans ut fesso iam 10 pedestre descendant ex equis et pugnam capessant. Dicto paruere; desiliunt ex equis, prouolant in primum et pro antesignanis parmas obiciunt. Recipit extemplo animum 11 pedestris acies, postquam iuuentutis proceres aequato genere pugnae secum partem periculi sustinentes uidit. Tum demum impulsi Latini percultaque inclinauit acies. Equiti 12 admoti equi, ut persequi hostem posset; secuta et pedestris acies. Ibi nihil nec diuinae nec humanae opis dictator praetermittens aedem Castori uouisse fertur ac pronuntiasse militi praemia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset; tantusque ardor fuit ut eodem impetu quo fudabant hostem Romani castra caperent. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatum est. Dictator et magister equitum triumphantes in urbem rediere.

Triennio deinde nec certa pax nec bellum fuit. Consules 21 Q. Cloelius et T. Larcius, inde A. Sempronius et M. Minucius. His consulibus aedis Saturno dedicata, Saturnalia 2 institutus festus dies. A. deinde Postumius et T. Verginius consules facti. Hoc demum anno ad Regillum lacum 3 pugnatum apud quosdam inuenio; A. Postumium, quia

9 iniit ut *MPFBORDL*: init ut *H* relatus *MPFU<sub>p</sub>BOHRn<sup>2</sup>*  
*D<sup>3</sup>*: relictus *RD? L* (*cf. c. 17. 4*) 12 uouisse *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOHD<sup>1</sup>L*:  
 uouissent *MD?*: uoluisse *Rn* (*cf. 1. 55. 1*)

21 1 Larcius *MPFBHRnDL*: Lartius *UpO*: Largius *dett. aliq.*,  
*sed, nisi si alius homo fuit quam ille* T. Largius *c. 18. 1 nominatus*,  
*iterum addendum erat*: Largus *Cassiod. Momms. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 99, sed*  
*Δάριος Dion. Hal. 5. 59. 1; cf. c. 10. 6 adn.* 2 aedis *MPFBRn*  
*DL* (*sed edis D*): aedes *UpO*: edes *D<sup>2</sup>*: edos *H*; *de forma uide sis*  
*adn. in edit. mea huius Libri (Cantab. 1901)*

collega dubiae fidei fuerit, se consulatu abdicasse; dicta-  
4 torem inde factum. Tanti errores implicant temporum,  
aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui con-  
sules secundum quos, nec quid quoque anno actum sit,  
in tanta uetustate non rerum modo sed etiam auctorum  
digerere possis.

5 Ap. Claudius deinde et P. Seruilius consules facti. In-  
signis hic annus est nuntio Tarquini mortis. Mortuus  
Cumis, quo se post fractas opes Latinorum ad Aristode-  
6 mum tyrannum contulerat. Eo nuntio erecti patres, erecta  
plebes; sed patribus nimis luxuriosa ea fuit laetitia; plebi,  
cui ad eam diem summa ope inseruitum erat, iniuriae a  
7 primoribus fieri coepere. Eodem anno Signia colonia,  
quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colono-  
rum iterum deducta est. Romae tribus una et uiginti  
factae. Aedes Mercuri dedicata est idibus Maiis.

22 Cum Volsorum gente Latino bello neque pax neque  
bellum fuerat; nam et Volsci comparauerant auxilia quae  
mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano esset,  
et maturauit Romanus ne proelio uno cum Latino Volsco-  
2 que contenderet. Hac ira consules in Volscum agrum  
legiones duxere. Volscos consilii poenam non metuentes  
necopinata res perculit; armorum immemores obsides dant  
trecentos principum a Cora atque Pometia liberos. Ita sine  
3 certamine inde abductae legiones. Nec ita multo post  
Volscis leuatis metu suum rediit ingenium. Rursus occul-  
tum parant bellum, Hernicis in societatem armorum ad-  
4 sumptis. Legatos quoque ad sollicitandum Latium passim

4 quos *Crevier*: quosdam *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* dett. *Edd. uet. duo*:  
quosnam *Haupt* nec quid *MPFU<sub>p</sub>BOH*: ne quid *RnDL* 5 Cumis  
quo *MOHRnL*: Cumis et quo *PF?U<sub>p</sub>B*: est Cumis quoque *D<sup>2</sup>*: Cumis  
est quo *F<sup>3</sup>*, *Alsch.*, *fort. recte*: ciuis quoque *D?* 7 una *PFU<sub>p</sub>B*  
*OHRnDL*; *om. M* uiginti *FB*: *xxx MPFU<sub>p</sub>OHRnDL* aedes  
*MPFU<sub>p</sub>BOHRnL*: edes *D* idibus Maiis *RnD<sup>2</sup>* *Edd. uet.*: idibus  
mais *PO*: idibus magis *MHD<sup>1</sup>L*: *om. FU<sub>p</sub>B*: idibus Maii *M<sup>3</sup>O<sup>1</sup>*  
*uel O<sup>2</sup>*

dimittunt ; sed recens ad Regillum lacum accepta clades Latinos ira odioque eius, quicumque arma suaderet, ne ab legatis quidem uiolandis abstinuit ; comprehensos Volscos Romam duxere. Ibi traditi consulibus indicatumque est Volscos Hernicosque parare bellum Romanis. Relata re 5 ad senatum adeo fuit gratum patribus ut et captiuorum sex milia Latinis remitterent et de foedere, quod prope in perpetuum negatum fuerat, rem ad nouos magistratus traicerent. Enimuero tum Latini gaudere facto ; pacis auctores 6 in ingenti gloria esse. Coronam auream Ioui donum in Capitolium mittunt. Cum legatis donoque qui captiuorum remissi ad suos fuerant, magna circumfusa multitudo, uenit. Pergunt domos eorum apud quem quisque seruierant ; gra- 7 tias agunt liberaliter habitu cultique in calamitate sua ; inde hospitia iungunt. Nunquam alias ante publice priuatimque Latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit.

Sed et bellum Volscum imminebat et ciuitas secum ipsa 23 discors intestino inter patres plebemque flagrabat odio, maxime propter nexos ob aes alienum. Fremebant se, 2 foris pro libertate et imperio dimicantes, domi a ciuibus captos et oppressos esse, tutioremque in bello quam in pace et inter hostes quam inter ciues libertatem plebis esse ; inuidiamque eam sua sponte gliscentem insignis unius calamitas accedit. Magno natu quidam cum omnium malo- 3 rum suorum insignibus se in forum proiecit. Obsita erat squalore uestis, foedior corporis habitus pallore ac macie perempti ; ad hoc promissa barba et capilli efferauerant 4 speciem oris. Noscitabatur tamen in tanta deformitate, et

22 4 clades *MPFBRnDL* (*cf. aedis, c. 21. 2 adn.*) : clades *UpOH*  
5 re *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>O Edd. uet.* : res *PHRnDL* : om. *B* gratum *MPFU<sub>p</sub>*  
*BOHRnDL* : grata *Rn<sup>2</sup>* dett. *aliq.* ut et *MPFU<sub>p</sub>BOH* : om. et *Rn*  
*DL* dett. traicerent *MPFU<sub>p</sub>OHRnDL Ald.* (*cf. Cic. Div. in Caec.*  
*14. 46* ; *Ov. Met. 12. 628*) : traie erent *B* : reicerent *Ed. Frob.* 1535

23 2 et inter *MPFU<sub>p</sub>BOH Edd. Rom. 1469 et 1470* : om. et *RnDL*  
dett., *fort. recte* 3 malorum *Lipsius* : maiorum *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnDL*

ordines duxisse aiebant, aliaque militiae decora uolgo miserantes eum iactabant ; ipse testes honestarum aliquot locis 5 pugnarum cicatrices aduerso pectore ostentabat. Sciscitantibus unde ille habitus, unde deformitas, cum circumfusa turba esset prope in contionis modum, Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed uilla incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, aes alienum fecisse. id cumulatum usuris primo se agro paterno auiotope exuisse, deinde fortunis aliis ; postremo uelut tabem peruenisse ad corpus ; ductum se ab creditore non in 7 seruitium, sed in ergastulum et carnificinam esse. Inde ostentare tergum foedum recentibus uestigiis uerberum. Ad haec uisa auditaque clamor ingens oritur. Non iam foro se tumultus tenet, sed passim totam urbem peruadit. 8 Nexi, uiincti solutique, se undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. Nullo loco deest seditionis uoluntarius comes ; multis passim agminibus per omnes 9 uias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo qui forte patrum in foro erant in eam turbam inciderunt ; nec temperatum manibus foret, ni propere consules, P. Seruilius et Ap. Claudius, ad comprimentam seditiinem interuenissent. At in eos multitudo uersa ostentare 10 uiacula sua deformitatemque aliam. Haec se meritos dicere, exprobrantes suam quisque alius alibi militiam ; postulare multo minaciter magis quam suppliciter ut senatum uocarent ; curiamque ipsi futuri arbitri moderatoresque 11 publici consilii circumsistunt. Pauci admodum patrum, quos casus obtulerat, contracti ab consulibus ; ceteros metus 12

<sup>4</sup> ordines *MUpRnD<sup>1</sup>* (cf. c. 55. 4) : ordinē *FOH* fort. recte : ordine *PBDL* <sup>7</sup> tenet *Madv.* : sustinet *MPFUUpBOHRnDL* : continet *Edd. uet. duo* <sup>8</sup> *Nexi Rn<sup>2</sup>* dett. *duo* : in exsui *M* : nexu *PFUpB OHDL* dett. *aliq. Ald.* <sup>10</sup> At in eos *M<sup>2</sup>HRnD<sup>2</sup>* dett. *Ald.* : ad meos *D?* ; ad in eos *ML* : in eos *PFUpBO Edd. uet. aliq.* <sup>11</sup> multo minaciter magis *Vorm.?* *MHRnDL* : minaciter magis *PFUpBO fort. recte* : multo magis minaciter dett. *duo* : magis minaciter *Edd. uet. aliq.*

non curia modo sed etiam foro arcebat, nec agi quicquam per infrequentiam poterat senatus. Tum uero eludi atque <sup>13</sup> extrahi se multitudo putare, et patrum qui abessent, non casu, non metu, sed impediendae rei causa abesse, et consules ipsos tergiuersari, nec dubie ludibrio esse miserias suas. Iam prope erat ut ne consulum quidem maiestas <sup>14</sup> coiceret iras hominum, cum incerti morando an ueniendo plus periculi contraherent, tandem in senatum uenient. Frequentique tandem curia non modo inter patres sed ne inter consules quidem ipsos satis conueniebat. Appius, <sup>15</sup> uehementis ingenii uir, imperio consulari rem agendam censebat; uno aut altero arrepto, quieturos alias: Seruilius, lenibus remedii aptior, concitatos animos flecti quam frangi putabat cum tutius tum facilius esse.

Inter haec maior alius terror: Latini equites cum tumul- <sup>24</sup> tuoso aduolant nuntio Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnandam uenire. Quae audita—adeo duas ex una ciuitate discordia fecerat—longe aliter patres ac plebem adfecere. Exsultare gaudio plebes; ultores superbiae patrum <sup>2</sup> adesse dicere deos; aliis alium confirmare ne nomina darent; cum omnibus potius quam solos perituros; patres militarent, patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos praemia, essent. At uero curia, maesta ac <sup>3</sup> trepida ancipiti metu et ab ciue et ab hoste, Seruilium consulem, cui ingenium magis populare erat, orare ut tantis circumuentam terroribus expediret rem publicam. Tum <sup>4</sup> consul misso senatu in contionem prodit. Ibi curae esse patribus ostendit ut consulatur plebi; ceterum deliberationi

<sup>13</sup> Tum uero *MFB* *OHD* *L* *Edd.* *uet.* *duo*: cum uero *PF<sup>3</sup>* *Up* *Rn* putare *HD<sup>2</sup>* *dett.* *Ed.* *Rom.* <sup>14</sup> *69*: putaret *MPF* *Up* *BORn* *DL* <sup>14</sup> tandem curia *MPF* *BOHRn* *DL* (*sed -riam D, -ria D<sup>1</sup>*): <sup>tandem</sup> curia *Up*: <sup>inde</sup> iam curia *dubitante* *Gron.*: *delet* tandem *Madv.* <sup>15</sup> arrepto *Up* *OD<sup>1</sup>* (*et sic codd. meliores longe saepius ut 2. 27. 12*): adrepto *MPFB* *HDL*: abrepto *F<sup>3</sup>*; cf. *Hale & Buck, Lat. Gram. p. 25*

<sup>24</sup> <sup>2</sup> plebes *MP<sup>1</sup>* *F* *Up* *BOH*: plebis *PDL*: plebs *D<sup>2</sup>* *uel* *D<sup>4</sup>*

de maxima quidem illa sed tamen parte ciuitatis metum  
 5 pro uniuersa re publica interuenisse ; nec posse, cum prope  
 ad portas essent, bello praeuerti quicquam, nec, si sit laxa-  
 menti aliquid, aut plebi honestum esse, nisi mercede prius  
 accepta, arma pro patria non cepisse, neque patribus satis  
 decorum per metum potius quam postmodo uoluntate ad-  
 6 flictis ciuium suorum fortunis consuluisse. Contioni deinde  
 edicto addidit fidem quo edixit ne quis ciuem Romanum  
 uinctum aut clausum teneret, quo minus ei nominis edendi  
 apud consules potestas fieret, neu quis militis, donec in  
 castris esset, bona possideret aut uenderet, liberos nepo-  
 7 tesue eius moraretur. Hoc proposito edicto, et qui aderant  
 nEXI profiteri extemplo nomina, et undique ex tota urbe  
 proripientium se ex priuato, cum retinendi ius creditori non  
 esset, concursus in forum ut sacramento dicerent fieri.  
 8 Magna ea manus fuit, neque aliorum magis in Volsco bello  
 uirtus atque opera enituit.

Consul copias contra hostem educit ; paruo dirimente  
 25 interuallo castra ponit. Proxima inde nocte Volsci, dis-  
 cordia Romana freti, si qua nocturna transitio proditioue  
 fieri posset, temptant castra. Sensere uigiles ; excitatus  
 exercitus ; signo dato concursum est ad arma ; ita frustra  
 2 id incepturn Volscis fuit. Reliquum noctis utrimque quieti  
 datum. Postero die prima luce Volsci fossis repletis uallum  
 3 inuadunt. Iamque ab omni parte munimenta uellebantur,

5 praeuerti *Hertz* (3. 22. 2) : praeuertisse *PFUþBOHRnDL Ald.* :  
 puetisse (*i.e.* peruetisse) *M* : praeuerti se *Weissenb.* quicquam nec  
 si sit *PF<sup>3</sup>UþBOHRnD<sup>2</sup> uel D<sup>4</sup>* : necquicquam nec sit *M* : quicquam nec  
 sit *F?* : quicquam nEXI sit *L* : quicquam ne sit (*uel* nec sit) *D?* aut  
*MPFUþBOHRnD et D<sup>x</sup>L* : haut *D<sup>2</sup>* : *delere uolt Vielhaber, uix necessario*

6 quo edixit *P<sup>2</sup>FUþBOHRnD* : quo | dixit *M* : quedixit *P* : quae  
 dixit *L* edendi *UþOHD<sup>x</sup>* : sedendi *MPFBnDL* neu quis  
*PFUþBO Ed. Rom. 1469* : ne quis *MHRnDL Ed. Rom. 1470*  
 esset *MPFUþBOHD<sup>3</sup>* : essent *RnD? L*

25 1 posset *MPFUþBO Edd. uet.* : possit *HRnDL Ald. fort. recte*  
 temptant castra *MRnD<sup>2</sup>* : temptant et castra *PFUþB Edd. uet. aliq.*  
 (*fort. ex temere duplicato -t ortum, an recte?*) : temptant a castra *DL* :  
 temptant ad castra *O* : temptant. Ad castra *H*

cum consul, quamquam cuncti undique et nEXI ante omnes ut signum daret clamabant, experiendi animos militum causa parumper moratus, postquam satis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum signo militem auidum certaminis emittit. Primo statim incursu pulsi hostes ; 4 fugientibus, quoad insequi pedes potuit, terga caesa ; eques usque ad castra pauidos egit. Mox ipsa castra legionibus circumdati, cum Volscos inde etiam pauor expulisset, capta direptaque. Postero die ad Suessam Pometiam quo confu- 5 gerant hostes legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitur ; captum praedae datum. Inde paulum recreatus egens miles ; consul cum maxima gloria sua uictorem exercitum Romam reducit. Decedentem Romam Ecetranorum Volscorum legati, rebus suis timentes post Pometiam captam, adeunt. His ex senatus consulto data pax, ager ademptus.

Confestim et Sabini Romanos territuere ; tumultus enim 26 fuit uerius quam bellum. Nocte in urbem nuntiatum est exercitum Sabinum praedabundum ad Anienem amnem peruenisse ; ibi passim diripi atque incendi uillas. Missus 2 extemplo eo cum omnibus copiis equitum A. Postumius, qui dictator bello Latino fuerat ; secutus consul Seruilius cum delecta peditum manu. Plerosque palantes eques cir- 3 cumuenit, nec aduenienti peditum agmini restitit Sabina legio. Fessi cum itinere tum populatione nocturna, magna pars in uillis repleti cibo uinoque, uix fugae quod satis esset uirium habuere.

Nocte una auditio perfectoque bello Sabino, postero die 4 in magna iam spe undique partae pacis, legati Aurunci sena-

6 Romam Ecetranorum *F? L* (*sed ec etr-*), *Ed. Frob.* 1531 : roma mectranorum *MPRn* : roma matranorum (ce *supra -at- suprascr.*) *B* : roman cetranorum *D* : romam mectranorum *OH* : romam macetrano- rum *D<sup>2</sup>* *dett.* *Edd. uet. plures* : Romam *delere uolt* *Crevier*

26 1 Nocte in urbem *Vorm.?* *MPB* (*sed -e B<sup>1</sup> in ras.*) : nocte in urbe *FUpORnDL Ald.* : noctem urbe *H* 2 qui dictator . . . fuerat *substrinxit F<sup>2</sup> uel F<sup>1</sup>* (*cf. 2. 9. 4 adn.*) 4 partae *Vorm.?* *M Ed. Rom.* 1469 : paratae (*uel -te*) *UpOHRnDL* : parata *PF* : paratam? *F<sup>1</sup>* qui *correctionem aliquam uidetur temptasse* : parati *B*

tum adeunt, ni decebat Volsco agro bellum indicentes.  
 5 Cum legatis simul exercitus Auruncorum domo profectus erat; cuius fama haud procul iam ab Aricia uisi tanto tumultu conciuit Romanos ut nec consuli ordine patres nec pacatum responsum arma inferentibus arma ipsi capientes  
 .6 dare possent. Ariciam infesto agmine itur; nec procul inde cum Auruncis signa conlata, proelioque uno debellatum est.  
**27** Fusis Auruncis, uictor tot intra paucos dies bellis Romanus promissa consulis fidemque senatus exspectabat, cum Appius et insita superbia animo et ut collegae uanam faceret fidem, quam asperrime poterat ius de creditis pecuniis dicere. Deinceps et qui ante nexi fuerant creditoribus  
 2 tradebantur et necabantur alii. Quod ubi cui militi inciderat, collegam appellabat. Concursus ad Seruiliū fiebat; illius promissa iactabant; illi exprobabant sua quisque belli merita cicatricesque acceptas. Postulabant ut [aut] referret ad senatum, [aut] ut auxilio esset consul ciuibus suis, impe-  
 3 rator militibus. Mouebant consulem haec, sed tergiuersari res cogebat; adeo in alteram causam non collega solum praeceps erat sed omnis factio nobilium. Ita medium se gerendo nec plebis uitauit odium nec apud patres gratiam  
 4 init. Patres mollem consulem et ambitiosum rati, plebes fallacem, breuique apparuit aequasse eum Appi odium.

5 uisi PRnDL: in M deletum: uisa OH Ed. Rom. 1469: uis FUpB

**27** 1 dicere MU<sup>p</sup>OHRnD: di | dicere L: diceret PFB qui ante P<sup>2</sup>F<sup>1</sup> uel F<sup>2</sup>U<sup>p</sup>BOHRnD<sup>2</sup>? : quante MPFDL: quanti M<sup>3</sup> 2 expro-  
 brabant MF<sup>3</sup>OHRnDL Edd. uet. aliq.: exprobant PU<sup>p</sup>B: exprobra-  
 bat F? ut aut MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL: delebant aut Grut. Gron. (scil.  
 ‘postulabant, aliis ut . . . aliis ut . . .’), optime aut ut MPFU<sup>p</sup>B  
 OHRnDL: delebat aut Gron., optime: delebat ut Madv.: si quis codicum  
 lectionem tutari malit, conferat Cic. Orator 44. 149, Acad. 2. 4. 12 cum  
 Reidii adn. 3 cogebat MP<sup>p</sup>O<sup>1</sup>HRnDL: cogebant PFUpB: cogi-  
 tabat O praeceps erat Vorm.<sup>2</sup> marg. F<sup>3</sup> dett. aliq. Ed. Rom. 1470:  
 praeceperat (uel pre-) Vorm. MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL dett. Edd. uet. aliq.:  
 praeceps ierat R<sup>2</sup> Sabellicus, probantibus Gron. Drak. (an recte?): (ui  
 alteram causam) praeceperat Rhenan. 4 aequasse PFUpBOHRn  
 DL dett. Edd. uet. Ald. (cf. 10. 19. 8): adaequasse M dett. aliq. (cf. Caes.  
 B. G. 5. 8. 4)

Certamen consulibus inciderat, uter dedicaret Mercuri 5  
aedem. Senatus a se rem ad populum reiecit: utri eorum  
dedicatio iussu populi data esset, eum praeesse annonae,  
mercatorum collegium instituere, sollemnia pro pontifice  
iussit suspicere. Populus dedicationem aedis dat M. Lae- 6  
torio, primi pili centurioni, quod facile appareret non tam  
ad honorem eius cui curatio altior fastigio suo data esset  
factum quam ad consulum ignominiam. Saeuire inde uti- 7  
que consulum alter patresque; sed plebi creuerant animi  
et longe alia quam primo instituerant uia grassabantur.  
Desperato enim consulum senatusque auxilio, cum in ius 8  
duci debitorem uidissent, undique conuolabant. Neque  
decretum exaudiri consulis p[ro]st[er]e strepitu et clamore poterat,  
neque cum decesset quisquam obtemperabat. Vi age- 9  
batur, metusque omnis et periculum, cum in conspectu  
consulis singuli a pluribus uiolarentur, in creditores a  
debitoribus uerterant. Super haec timor incessit Sabini 10  
belli; dilectuque decreto nemo nomen dedit, furente Ap-  
pio et insectante ambitionem collegae, qui populari silentio  
rem publicam proderet et ad id quod de credita pecunia ius  
non dixisset, adiceret ut ne dilectum quidem ex senatus  
consulto haberet; non esse tamen desertam omnino rem 11  
publicam neque projectum consulare imperium; se unum  
et suae et patrum maiestatis uindicem fore. Cum circum- 12  
staret cotidiana multitudo licentia accensa, arripi unum  
insignem ducem seditionum iussit. Ille cum a lictoribus  
iam traheretur prouocauit; nec cessisset prouocationi con-  
sul, quia non dubium erat populi iudicium, nisi aegre uicta

6 appareret *MOHRnD* (*scil. 'nobis si adfuissemus'*): apparetr<sup>t</sup>  
*P*: appareret *FB*: appares et *L*: appet *Up* (*fort. recte*)      7 utique  
*MPOHRnDL*: utrimque *FP<sup>2</sup>*: utrumque *UpB*      9 periculum *M*:  
periculum libertatis *PFUpBOHRnDL* *dett.* *Edd.* *uet.* *uix recte*  
12 cotidiana *PFUpBOHRnDL* et sic fere semper: *cott-* *M*, *ut in cottidie*.  
*Sed maiori parti codicum obtemperamus hanc discrepantiam inter formas*  
*aduerii et adiectiui, ex phoneticis rationibus non adeo improbabilem,*  
*statuentium arripi MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (*cf. 2. 23. 15 adn.*)      9

pertinacia foret consilio magis et auctoritate principum quam populi clamore ; adeo supererant animi ad sustinen-  
13 dam inuidiam. Crescere inde malum in dies, non clamoribus modo apertis sed, quod multo perniciosius erat, secessione occultisque conloquiis. Tandem inuisi plebi consules magistratu abeunt, Seruilius neutris, Appius patri-  
bus mire gratus.

28 A. Verginius inde et T. Vetusius consulatum ineunt. Tum uero plebs incerta quales habitura consules esset, coetus nocturnos, pars Esquiliis, pars in Auentino facere, ne in foro subitis trepidaret consiliis et omnia temere ac  
2 fortuito ageret. Eam rem consules rati, ut erat, perniciosa ad patres deferunt, sed delatam consulere ordine non licuit ; adeo tumultuose excepta est clamoribus undique et indignatione patrum, si quod imperio consulari exsequendum esset, inuidiam eius consules ad senatum  
3 reicerent : profecto si essent in re publica magistratus, nullum futurum fuisse Romae nisi publicum concilium ; nunc in mille curias contionesque [cum alia in Esquiliis, alia in Auentino fiant concilia] dispersam et dissipatam  
4 esse rem publicam. unum hercule uirum—id enim plus esse quam consulem—qualis Ap. Claudius fuerit, mo-  
5 mento temporis discussurum illos coetus fuisse. Correpti consules cum, quid ergo se facere uellent—nihil enim segnius molliusue quam patribus placeat acturos—percon-  
tarentur, decernunt ut dilectum quam acerrimum habeant :

12 et auctoritate *PFUpBOHRnDL* : *om.* et *M* : *fort. uoces ambae secludendae*

28 1 plebs *MPFUpBOHD<sup>2</sup>* uel *D<sup>1</sup>* : plebis *RnD?* *L* : plebes *Rn<sup>2</sup>*  
2 ut erat *P<sup>2</sup>FUpBOHRnD<sup>3</sup>* : ut erant *MPDL* delatam *MPFUpBOHRnDL* : delata senatum *Zingerle* : *melius de delata Walters si quid mutandum est, sed cf. e.g. Verg. Aen. 11. 344* consulere *PFUpBOHRnDL* (*in F una littera ante erasa*) : consululere *M* : consuli *M<sup>3</sup>*  
3 concilium *MPFUpBOHRnDL* *Edd. uet. aliq.* : consilium *dett. aliq.* *Edd. uet. duo* cum alia in Esquiliis, alia in Auentino fiant concilia (*MPFUpBOHRnDL*), glossema *ex § 1 petitum seclusit Wecklein* : in *ante Esquiliis seclusit Madv.* dissipatam *MPFUpBOH* : dispen-  
satam *RnDL*

otio lasciuire plebem. Dimisso senatu consules in tribunal 6  
escendunt; citant nominatim iuniores. Cum ad nomen  
nemo responderet, circumfusa multitudo in contionis mo-  
dum negare ultra decipi plebem posse; nunquam unum 7  
militem habituros ni praestaretur fides publica; libertatem  
unicuique prius reddendam esse quam arma danda, ut pro  
patria ciuibusque, non pro dominis pugnant. Consules 8  
quid mandatum esset a senatu uidebant, sed eorum, qui  
intra parietes curiae ferociter loquerentur, neminem adesse  
inuidiae suae participem; et apparebat atrox cum plebe  
certamen. Prius itaque quam ultima experientur senatum 9  
iterum consulere placuit. Tum uero ad sellas consulum  
prope conuolare minimus quisque natu patrum, abdicare  
consulatum iubentes et deponere imperium, ad quod tuen-  
dum animus deesset.

Vtraque re satis experta tum demum consules: ‘Ne prea- 29  
dictum negetis, patres conscripti, adest ingens seditio. Po-  
stulamus ut hi qui maxime ignauiam increpant adsint nobis  
habentibus dilectum. Acerrimi cuiusque arbitrio, quando  
ita placet, rem agemus.’ Redeunt in tribunal; citari nomi- 2  
natim unum ex iis qui in conspectu erant dedita opera  
iubent. Cum staret tacitus et circa eum aliquot hominum,  
ne forte uiolaretur, constitisset globus, lictorem ad eum  
consules mittunt. Quo repulso, tum uero indignum facinus 3  
esse clamitantes qui patrum consulibus aderant, deuolant  
de tribunali ut lictori auxilio essent. Sed ab lictore nihil 4  
aliud quam prendere prohibito cum conuersus in patres  
impetus esset, consulum intercursu rixa sedata est, in qua  
tamen sine lapide, sine telo plus clamoris atque irarum

6 escendunt *MP* et *F<sup>3</sup>* *dett. aliq.*: ascendunt *P<sup>2</sup>FUpBOH Edd. uet.*:  
descendunt *RnDL* *dett.* negare *M* *dett. aliq.*: negaret *PFUpBOH*  
*RnDL Edd. uet. aliq.* 9 prope *Vorm.?* *MPFUpBOHRnDL* :  
propere *M<sup>3</sup>D<sup>2</sup>* *Ald.* conuolare *Vorm. M* : conuolauere *PFUpB*  
*OHRnDL Edd. uet. Ald., fort. recte*

29 1 hi *UpOH*: hii (*i.e.* ii) *MPFBRnDL*: ii *Ed. Rom. 146*  
2 erant *PFUpBOH*: erat *MRnDL*

5 quam iniuriae fuerat. Senatus tumultuose uocatus tumultuosius consulitur, quaestionem postulantibus iis qui pulsati fuerant, decernente ferocissimo quoque non sententiis magis 6 quam clamore et strepitu. Tandem cum irae resedissent, exprobrantibus consulibus nihilo plus sanitatis in curia quam in foro esse, ordine consuli coepit. Tres fuere sententiae. P. Verginius rem non uolgabat; de iis tantum qui fidem secuti P. Seruili consulis Volscio Aurunco Sabinoque militassent bello, agendum censebat. T. Largius, non id tempus esse ut merita tantummodo exsoluerentur; totam plebem aere alieno demersam esse, nec sisti posse ni omnibus consulatur; quin si alia aliorum sit condicio, 9 accendi magis discordiam quam sedari. Ap. Claudius, et natura immitis et efferatus hinc plebis odio, illinc patrum laudibus, non miseriis ait sed licentia tantum concitum 10 turbarum et lasciuire magis plebem quam saeuire. id adeo malum ex prouocatione natum; quippe minas esse consulum, non imperium, ubi ad eos qui una peccauerint 11 prouocare liceat. ‘Agedum’ inquit, ‘dictatorem, a quo prouocatio non est, creemus; iam hic quo nunc omnia 12 ardent conticescet furor. Pulset tum mihi lictorem qui sciet ius de tergo uitaque sua penes unum illum esse cuius maiestatem uiolarit.’

30 Multis, ut erat, horrida et atrox uidebatur Appi sententia; rursus Vergini Largique exemplo haud salubres, utique Largi

6 irae *PFUpBOHRnDL*: ira *M* 8 Largius *MPFU<sub>p</sub>BOHRn*  
*DL*: Larcius uel Lartius *Edd.*; cf. c. 10. 6 *adn.* posse ni *UpRn*  
*Ed. Rom. 1469*: possent *MPFBD<sup>1</sup>L*: posse in *O*: possenib. *D*  
(*omisso ni om-*): posse *H* 11 Agedum *M<sup>3</sup>P<sup>3</sup>F<sup>3</sup>HRnD*: agendum  
*MPFU<sub>p</sub>BOL* conticescet *P<sup>2</sup>FBOD<sup>3</sup>*: conticesset *Up*: conti-  
ciscet *MPHDL*: contis et *Rn* 12 Pulset *MOHRnDL*: pulset  
et *PF?* *UpB* (*sed pul- F, -set F<sup>3</sup>*: et *F*) uiolarit *Rn<sup>2</sup>* *dett. aliq.*  
(*cf. c. 38. 5 adn.*): uiolauerit *dett. duo* *Ed. Rom. 1470*: uiolauit *Vorm.?*  
(*ex silentio Rhenani, qui uiolabit proposuit, si iudicare licet*) *MPFU<sub>p</sub>B*  
*OHRnDL* *Edd. uet.*

30 1 Multis ut *PFUpBOHRnDL*: *om.* ut *M* Largique (*uel*-iique) *PFUpBOHRnDL*: *largi* | itaque *M* salubres *MPFU<sub>p</sub>B*  
*RnDL*: *salubrem OHF<sup>3</sup>D<sup>2</sup>* *dett. duo* Largi (*uel -ii*) *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnDL*, *uide sup.*

[putabant sententiam], quae totam fidem tolleret. Medium maxime et moderatum utroque consilium Vergini habebatur; sed factione respectuque rerum priuatarum, quae semper offecere officientque publicis consiliis, Appius uicit, ac prope fuit ut dictator ille idem crearetur; quae res utique alienasset plebem periculosissimo tempore, cum Volsci Aequique et Sabini forte una omnes in armis essent. Sed curae fuit consulibus et senioribus patrum, ut imperium sua uiuehemens mansueto permitteretur ingenio: M'. Valerium dictatorem Volesi filium creant. Plebes etsi aduersus se creatum dictatorem uidebat, tamen cum prouocationem fratris lege haberet, nihil ex ea familia triste nec superbum timebat; edictum deinde a dictatore propositum confirmauit animos, Seruili fere consulis edicto conueniens; sed et homini et potestati melius rati credi, omissa certamine nomina dedere. Quantus nunquam ante exercitus, legiones decem effectae; ternae inde datae consulibus, quattuor dictator usus.

Nec iam poterat bellum differri. Aequi Latinum agrum inuaserant. Oratores Latinorum ab senatu petebant ut aut mitterent subsidium aut se ipsos tuendorum finium causa capere arma sinerent. Tutius uisum est defendi inermes Latinos quam pati retractare arma. Vetusius consul missus est; is finis populationibus fuit. Cessere Aequi campis,

<sup>1</sup> putabant sententiam *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*: *deleuit Gebhard, rec-tissime*: putauit esse eam *M. Mueller* <sup>4</sup> imperium sua uiuehemens *Frigell. luculent* (*cf. 3. 26. 12*): imperium sua uihemens (*uel itihemens*) *M*: imperio suo uihemens *M<sup>1</sup>P FU<sup>p</sup>BHRnDL*, ‘*antiqua lectio Rhenan.*’: imperium suo uihemens *ORn<sup>2</sup>* *Edd. uet. aliq. Ald.*: imperium sua natura uihemens *dett. duo*: imperii uis uihemens *Madv.* <sup>6</sup> animos *PFU<sup>p</sup>OHRnDL*: *animas B: om. M, post edictum non post timebat interpungens* <sup>9</sup> *is finis M dett. unus (Portug.)*: *add. nibil L: add. nihil PF? BOHRnD* (*sed in PFB his pro is*) *dett.*: *add. illis nihil Up sed delet nihil Up<sup>1</sup>* (*uel Up<sup>2</sup>?*): *his finitis nihil D<sup>3</sup>* *Scilicet uoci insequenti populationibus in populationis (sic BRn<sup>2</sup>D<sup>x</sup> dett. aliq.) corruptae syllabam -nib. corrector aliquis superscripsit; hanc successores eius pro nihil interpretati sunt; in L tamen mansit litterae -b- uestigium fideliter descriptae; cf. adn. I. 7. 5*

locoque magis quam armis freti summis se iugis montium  
 10 tutabantur. Alter consul in Volscos profectus, ne et ipse  
 tereret tempus, uastandis maxime agris hostem ad confe-  
 11 renda proprius castra dimicandumque acie exciuit. Medio  
 inter castra campo ante suum quisque uallum infestis signis  
 12 constitere. Multitudine aliquantum Volsci superabant; ita-  
 que effusi et contemptim pugnam iniere. Consul Romanus  
 nec promouit aciem, nec clamorem reddi passus defixis  
 pilis stare suos iussit: ubi ad manum uenisset hostis, tum  
 13 coortos tota ui gladiis rem gerere. Volsci cursu et clamore  
 fessi cum se uelut stupentibus metu intulissent Romanis,  
 postquam impressionem sensere ex aduerso factam et ante  
 oculos micare gladios, haud secus quam si in insidias inci-  
 dissent, turbati uertunt terga; et ne ad fugam quidem satis  
 14 uirium fuit, quia cursu in proelium ierant. Romani contra,  
 quia principio pugnae quieti steterant, uigentes corporibus,  
 facile adepti fessos, et castra impetu ceperunt et castris  
 exutum hostem Velitras persecuti uno agmine uictores cum  
 15 uictis in urbem inrupere; plusque ibi sanguinis promiscua  
 omnium generum caede quam in ipsa dimicatione factum.  
 Paucis data uenia, qui inermes in ditionem uenerunt.

31 Dum haec in Volscis geruntur, dictator Sabinos, ubi  
 longe plurimum belli fuerat, fundit [fugatque] exuitque cas-  
 2 tris. Equitatu immisso mediam turbauerat hostium aciem,  
 quam, dum se cornua latius pandunt, parum apte introrsum

10 tereret *PORnDL*: etereret *M* (*per casum duplicato -e ex ipse*):  
 terneret *FBH*: detereret *M<sup>2</sup>*      12 inire *PFUpBORnDL*: ingere  
*H*: inire *Vorm. M*      coortos *Vorm.?*: cohortos *MPRnD<sup>1</sup>L*: co-  
 hortes *P<sup>2</sup>FUpBOHD* dett. *Ed. Rom. 1469 Ald.*: cohortis *M<sup>3</sup>*  
 13 quam si in *D<sup>x</sup>* *Ed. Mediol. 1495 Ald.*: quam *M*: quam si *Vorm. PFUpOHRnDL*: quam se *B*      14 Velitras *M<sup>3</sup>Rn*: ueliras *ML*:  
 uel atras *H*: uelires *PFB*: uelites *F<sup>2</sup> uel F<sup>1</sup>UpO*

31 1 exuitque *Walters*: fugatque exuit *M<sup>3</sup>PFUpBOHRnDL*, ‘anti-  
 qua lectio’ *Rhenan. Edd. uet. aliq.* : fugaque exuitque *M*: fugatque  
 exuitque *Edd. uet. aliq. Ald.*: fugatque et exuit *Gron.*      2 quam *D*  
 (*ut puto*), *Salmarium et Gronouium confirmans*: qua *MPFUpBO<sup>3</sup>Rn*  
*D<sup>2</sup>L Edd. uet. Ald.*: quia *OH*      se cornua *MPFUpOHRnD*: se

ordinibus [aciem] firmauerant ; turbatos pedes inuasit. Eodem impetu castra capta debellatumque est. Post pugnam 3 ad Regillum lacum non alia illis annis pugna clarior fuit. Dictator triumphans urbem inuehitur. Super solitos honores locus in circu ipsi posterisque ad spectaculum datus ; sella in eo loco curulis posita. Volscis deuictis Veliternus 4 ager ademptus ; Velitras coloni ab urbe missi et colonia deducta. Cum Aequis post aliquanto pugnatum est, inuitc quidem consule quia loco iniquo subeundum erat ad hostes ; sed milites extrahi rem criminantes ut dictator priusquam 5 ipsi redirent in urbem magistratu abiret irritaque, sicut ante consulis, promissa eius caderent, per pulere ut forte temere in aduersos montes agmen erigeret. Id male com- 6 missum ignauia hostium in bonum uertit, qui priusquam ad coniectum teli ueniretur, obstupefacti audacia Romanorum, relictis castris quae munitissimis tenuerant locis, in auersas ualles desiliuere. Ibi satis praedae et uictoria incruenta fuit.

Ita trifariam re bello bene gesta, de domesticarum rerum 7 euentu nec patribus nec plebi cura decesserat : tanta cum gratia tum arte praeparauerant feneratores quae non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. Namque 8 Valerius post Vetus consulis redditum omnium actionum in senatu primam habuit pro uictore populo, rettulitque quid de nexit fieri placeret. Quae cum reiecta relatio 9 esset, ‘Non placebo’ inquit, ‘concordiae auctor. Optabitis,

comua *L* : se ante dum ponit *B* : delent se *Klock.* et *Gron.* ; et ex marginali se ab aliis alibi inlato proxima verba corruptelas suas traxisse possunt latius pandunt, parum *M<sup>3</sup>P FU<sub>p</sub>BO RnD<sup>3</sup>* *Edd.* *uet.* *Ald.* : latiuri spandunt se parum *M?* : latius scandunt parum *H* : latium spandunt parum *L* ordinibus *Gron.* optime : add. aciem *MP FU<sub>p</sub> B OHRnDL* *Edd.* *uet.* *Ald.* 6 auersas *Tan. Faber.* aduersas *MPF Up BOHRnDL*, ut saepe desiliuere *MP FU<sub>p</sub> BOH* : disiliuere *RnL* : dissiliuere *D* Ibi dett. *unus*, *Tan. Faber.* ubi *MP FU<sub>p</sub> BOHRnDL Ald.* 7 gratia *MF<sup>3</sup>OHRnD* : gratiam *PFU<sub>p</sub>B* : grā *L* tum arte *M<sup>3</sup>FOD<sup>x</sup>* dett. *Ed. Rom.* 1469 : tam arte *H* : tum artem *PUpB RnDL* : cum arte *M* 8 in senatu *F<sup>3</sup>Up* *Ed. Frob.* 1535 : in senatum *MPFBOHRnDL Ald.*

mediusfidius, propediem, ut mei similes Romana plebis patronos habeat. Quod ad me attinet, neque frustrabor ultra ciues meos neque ipse frusta dictator ero. Discordiae intestinae, bellum externum fecere ut hoc magistratu egeret res publica : pax foris parta est, domi impeditur ; priuatus potius quam dictator seditioni interero.<sup>9</sup> Ita curia egressus dictatura se abdicauit. Apparuit causa plebi, suam uicem indignantem magistratu abisse ; itaque uelut persoluta fide, quoniam per eum non stetisset quin praestaretur, decedentem domum cum fauore ac laudibus prosecuti sunt.

**32** Timor inde patres incessit ne, si dimissus exercitus foret, rursus coetus occulti coniurationesque fierent. Itaque quamquam per dictatorem dilectus habitus esset, tamen quoniam in consulum uerba iurassent sacramento teneri militem rati, per causam renouati ab Aequis belli educi ex urbe legiones iussere. Quo facto maturata est seditio. Et primo agitatum dicitur de consulum caede, ut soluerentur sacramento; doctos deinde nullam scelere religionem exsolui, Sicinio quodam auctore iniussu consulum in Sacrum montem secessisse. Trans Anienem amnem est, tria ab urbe milia passuum. Ea frequentior fama est quam cuius Piso auctor est, in Auentinum secessionem factam esse. Ibi sine ullo duce uallo fossaque communitis castris quieti, rem nullam nisi necessariam ad uictum sumendo, per aliquot dies neque laccessiti neque laccessentes sese tenuere. Pauor ingens in urbe, metuque mutuo suspensa erant omnia. Timere relicta ab suis plebis uiolentiam patrum ; timere patres residem in urbe plebem, incerti manere eam an abire mallent : quamdiu autem tranquillam quae secesserit multitudinem fore ? quid futurum deinde si quod externum interim bellum

9 plebis *MphRn? DL* : plebes *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBO* : plebs *dett.* 11 plebi *Vorm.? MFUpBHDL* : plebis *PF<sup>3</sup>O* *dett. aliq. Ald.*

32 1 iurassent *MPFUpBOHRnDL* : iurasset *Ussing, fort recte* 2 amnem est *Vorm.? MHRnD* : annem est *L* : amnem *PFUpBO Rn<sup>2</sup>D<sup>x</sup> Edd. uet. duo* : an nē *F<sup>3</sup>* 5 plebis *MPrnDL* : plebes *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup> FUpBOHD<sup>3</sup>*, cf. 1. 1. 11; 2. 21. 2 (*ubi cf. adn. in edit. mea huius Libri*)

exsistat? Nullam profecto nisi in concordia ciuium spem 7 reliquam ducere; eam per aequa, per iniqua reconciliandam ciuitati esse.

Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrip- 8 pam, facundum uirum et quod inde oriundus erat plebi carum. Is intromissus in castra prisco illo dicendi et horrido modo nihil aliud quam hoc narrasse fertur: tempore 9 quo in homine non ut nunc omnia in unum consentiant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit, indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio uentri omnia quaeri, uentrem in medio quietum nihil aliud quam datis uoluptatibus frui; conspirasse inde 10 ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes quae acciperent conficerent. hac ira, dum uentrem fame domare uellent, ipsa una membra totumque corpus ad extremam tabem uenisse. inde apparuisse uentris quoque 11 haud segne ministerium esse, nec magis ali quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc quo uiuimus uigamusque, diuisum pariter in uenas maturum confecto cibo sanguinem. Comparando hinc quam intestina corporis 12 seditio similis esset irae plebis in patres, flexisse mentes hominum.

8 Placuit *PFU<sup>p</sup>BOHRnL* (*sed post hoc demum uerbum in his codd. (praeter O) interpunctum est*): sic placuit *Vorm. M* (*et in M lineam incipit sequens Igitur littera capitali*): *num etiam igitur secludendum?*

9 consentiant (*uel -nci-*) *Vorm. MPBOHRnDL*: consentiunt *Up*: consentiebant *F<sup>3</sup>* *dett. aliq. Edd. uet. aliq. Ald.*: consenserant *dett. aliq.*: consentirent *Rhenan.* (*uix necessario*): consentientia *Heerwagen* fuerit *Vorm. MP<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BRnDL*: fuerat *OPF<sup>3</sup>H Edd. uet. aliq.* 10 nec dentes quae acciperent conficerent *Walters*: nec dentes acciperent · que conficerent *O*: nec dentesq. conficerent *M*: nec dentes quae conficerent *M<sup>3</sup>HRnDL* (*in H nec scribitur Nec, nota saepe clausulae ex margine sumptae, cf. 1. 49. 7 adn.*): ne dentes conficerent *Up*: nec dentes conficerent *PFB<sup>3</sup>D* *dett. Edd. uet. aliq. Ald.* In *O punctum notat ut saepe initium uel finem clausulae ex margine desumptae* (*cf. adnn. ad c. 38. 2; 3. 13. 4; 3. 67. 2; 4. 44. 3; 8. 8. 8; 10. 36. 2*), quae hoc quidem in loco uere *Liuiana* uidetur, sed ceteris in codd. intercidisse. Plura uide sis in *Class. Quarterly*, iv (1910), p. 273 11 hunc *MPFU<sup>p</sup>BOH*: hinc *RnDL*

33 Agi deinde de concordia coeptum, concessumque in condiciones ut plebi sui magistratus essent sacrosancti quibus auxilii latio aduersus consules esset, neue cui patrum capere 2 eum magistratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius et L. Albinus; ii tres collegas sibi creauerunt. In his Sicinium fuisse, seditionis auctorem: de duobus, qui 3 fuerint minus conuenit. Sunt qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique sacratam legem latam.

Per secessionem plebis Sp. Cassius et Postumius Cominius consulatum inierunt. Iis consulibus cum Latinis populis ictum foedus. Ad id ferendum consul alter Romae mansit: alter ad Volscum bellum missus Antiates Volscos fundit fugatque; compulsos in oppidum Longulam per 5 secutus moenibus potitur. Inde protinus Poluscum, item Volscorum, cepit; tum magna ui adortus est Coriolos. Erat tum in castris inter primores iuuenum Cn. Marcius, adulescens et consilio et manu promptus, cui cognomen 6 postea Coriolano fuit. Cum subito exercitum Romanum Coriolos obsidentem atque in oppidanos quos intus clausos habebat intentum, sine ullo metu extrinsecus [imminentis]

33 2 Albinus *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (cf. *gentilicia* Alfinus, Alfienus, Albienus, nec non plurima alia uelut Labienus, Longanus): Albinus dett. *duo*, *Sigon.* Ii *scripsimus* (cf. i. 4. 6 *adn.*): hii *MPFBRnDL*: hi *UpOH Ed. Rom. 1469* his *MU<sub>p</sub>OHDL*: is *P*: iis *P<sup>2</sup>FB*

3 Postumius *Vorm. MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (cf. § 9 et *praenomina* Manius, Lucius *cet.*): Postumus dett. *unus* *Sigon.*, sed non iam licet tam confidenter antiquiorum nominum formam in recentiorum modulum (et ne recentiorum quidem omnium) redigere Cominius *Vorm.*

*MP<sup>2</sup>* dett. *aliq.* *Ed. Rom. 1469* (cf. § 9; sic etiam *Dion. Hal. 6. 49. 1.* *Cassiod. ap. C. I. L. 3<sup>2</sup>, p. 99*): comminius *ORnDL*: communius *PF UpB*: comminus coñss noui *H* inierunt *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*:

inierant *Reiz* 4 Iis *MPFBO*: his *RnDL*: hiis *UpH* dett. *aliq.* *Ed. Rom. 1469* 5 protinus Poluscum, item *Cluverius Sigonium*

sequens (cf. 2. 39. 3 et *Dion. Hal. 6. 91. 3*): protinus mus camitem *P*: protimus mucamitem *M*: protinus mucamitem *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBOHRnDL*

dett. *aliq.* *Edd. uet. duo*: Poluscum item *Sigon.* Cn. Marcius dett. *aliq.*, cf. c. 35. 1; c. 39. 1 et 9: l̄c martius *M*: c. marcius *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>PFUpB*

(sed -rt-) *OLH*: c. martius *D* 6 imminentis (uel inm-) *MP marg.* *UpOHRnD<sup>2</sup>*: imminentes *DL* (sed inm-); om. *PFB*, recte, ut credo

belli, Volscae legiones profectae ab Antio inuasissent, eodemque tempore ex oppido erupissent hostes, forte in statione Marcius fuit. Is cum delecta militum manu non 7 modo impetum erumpentium rettudit, sed per patentem portam ferox inrupit in proxima urbis, caedeque facta ignem temere arreptum imminentibus muro aedificiis iniecit. Clamor inde oppidanorum mixtus muliebri puerilique ploratu ad terrorem, ut solet, primum orto et Romanis auxit animum et turbauit Volscos utpote capta urbe cui ad ferendam opem uenerant. Ita fusi Volsci Antiates, Corioli oppidum captum ; 9 tantumque sua laude obstitit famae consulis Marcius ut, nisi foedus cum Latinis *(in)* columna aenea insculptum monumento esset ab Sp. Cassio uno, quia collega afuerat, ictum, Postumium Cominium bellum gessisse cum Volscis memoria cessisset.

Eodem anno Agrippa Menenius moritur, uir omni in uita 10 pariter patribus ac plebi carus, post secessionem carior plebi factus. Huic interpreti arbitroque concordiae ciuium, legato 11 patrum ad plebem, reductori plebis Romanae in urbem sumpsitus funeri defuit ; extulit eum plebs sextantibus conlatis in capita.

Consules deinde T. Geganius P. Minucius facti. Eo anno 34

7 Is cum *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>OHRnDL* : his cum *M* : quis cum *PFB* : qui cum *Up* rettudit *D*, *Madvigium confirmans* : retrudit *RnL Ald.* : retudit *MP<sup>2</sup>OHD<sup>3</sup>* : retulit *PFUpB* in proxima urbis caedeque *Madv.*, *optime* (*nisi forte* in proxima urbis *omnino secludere manus*) : caedeque in proxima urbis *Vorm.*? *MPFUpBOHRnDL* : caedeque in proximo urbis *Ed. Par.* 1510 *Ald.* arreptum *Ald.* : abreptum *Vorm.*? *MPFUpBOHRnDL*, cf. c. 23. 15 adn. 8 primum orto *Madv. optime* : primo ortu *MPFUpBOHRnDL* dett. *alig.*, ‘*antiqua lectio*’ *Rhenan.* : primo ortus dett. *alig. Ald.* : primum ortus olim *Weissenb.* cui *Ed. Mogunt.* 1518 : qui *MPFUpBOHRnDL* *Edd. uet. alig.* 9 Latinis *MPFUpBO* (*in fine lineae*) *HRnDL* : add. in *H. J. Mueller* afuerat *MP<sup>2</sup>OHRnD?* (*fort. adf.*) *L* : fuerat *PFUpBD<sup>x</sup>* Postumium *MPFUpBOHRnDL*, cf. *adn. ad § 3* Cominium *MHDL* : comminium *P<sup>2</sup>ORn* : communium *PFB* : communium *Up* 10 omni in dett. *unus*, *Iac. Gron.* : omnium *MPFUpBOHRnDL* dett. : omni dett. *alig. Edd. uet.* 11 sextantibus *Ed. Rom.* 1469 : extantibus *MPFUpBOHRnDL* dett.

cum et foris quieta omnia a bello essent et domi sanata dis-  
 2 cordia, aliud multo grauius malum ciuitatem inuasit, caritas  
 primum annonae ex incultis per secessionem plebis agris,  
 3 fames deinde, qualis clausis solet. Ventumque ad interitum  
 seruitiorum utique et plebis esset, ni consules prouidissent  
 dimissis passim ad frumentum coemendum, non in Etruriam  
 modo dextris ab Ostia litoribus laevoque per Volscos mari  
 usque ad Cumas, sed quae situm in Sicilia quoque; adeo  
 finitimorum odia longinquis coegerant indigere auxiliis.  
 4 Frumentum Cumis cum coemptum esset, naues pro bonis  
 Tarquiniorum ab Aristodemo tyranno, qui heres erat, reten-  
 tae sunt; in Volscis Pomptinoque ne emi quidem potuit;  
 periculum quoque ab impetu hominum ipsis frumentatoribus  
 5 fuit; ex Tuscis frumentum Tiberi uenit; eo sustentata est  
 plebs. Incommode bello in tam artis commeatibus uexati  
 forent, ni Volscos iam mouentes arma pestilentia ingens  
 6 inuasisset. Ea clade conterritis hostium animis, ut etiam  
 ubi ea remisisset terrore aliquo tenerentur, et Velitris auxere  
 numerum colonorum Romani, et Norbam in montes nouam  
 coloniam, quae arx in Pomptino esset, miserunt.

34 1 a bello *MHRnDL*: om. a *PFUpBO* dett. *aliq. Ald.* malum  
*MP<sup>2</sup>FUpBOHRnDL*: om. *P* (*uix recte*) 2 clausis *MPFUpBO*  
*RnDL*: clausus *H*: esse clausis *Madv.*, sed cf. 1. 25. 9 3 passim  
*M<sup>2</sup>PFUpBOHRnDL*: passis *M* (*cf. cc. 17. 6; 60. 2 inf. et adn. 2. 35. 4;*  
 5. 43. 1) frumentum *MOHRnDL*: add. sed tantum *PF? UpB* (*sed hic sed . . . Etruriam in ras.*) ; fort. natum *ex glossemate aliquo 'seu ad frumentandum'*? per Volscos (*uel uul-*) *MP* *marg. OHRnDL*: post uolscos (*scil. p' pro p'*) *PFUpB* mari *MUpOHRnD<sup>x</sup>*: marique *PFB D?*: maris *D?L*: marisque *P<sup>2</sup>* quae situm in Sicilia *FBO*, *Aldum confirmantes* (*recte, nam frumentum tum quae situm postero demum* (*§ 7) anno aduenit*): quae situm in siciliam *Vorm.?* *MPUpHRnDL*: in Siciliam *Crevier* 4 Pomptinoque *P<sup>2</sup>UpOD*: pontinoque *FB*: pomptinoque *MPHRnDL* 5 sustentata *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBOD*: sus-  
 tenta *MPHRnL*, 'antiqua lectio' *Rhenan.* (*sed in H supra -nt- tenuis aliqua linea ducta est*) 6 Ea clade *MPFUpBOHD<sup>x</sup>L*: eam clade *RnD* conterritis *MPFUpBHDL* (*sed -t̄ritis scriptum*): contritis *O* (*an recte?*) ubi ea *UpRnD<sup>x</sup>* *Ed. Rom. 1469*: ubi eam *MPFBOHDL* Norbam *Duker*: norbae (-be) *MPFUpBHRnDL*: morbae *O?* Pomptino *MP<sup>2</sup>FUpBD<sup>3</sup>*: promptino *POHRnDL* (*cf. § 4*)

M. Minucio deinde et A. Sempronio consulibus magna 7  
 uis frumenti ex Sicilia aduecta, agitatumque in senatu quan-  
 ti plebi daretur. Multi uenisse tempus premenda plebis 8  
 putabant recipere andique iura quae extorta secessione ac  
 ui patribus essent. In primis Marcius Coriolanus, hostis  
 tribuniciae potestatis, ‘Si annonam’ inquit, ‘ueterem uolunt, 9  
 ius pristinum reddant patribus. Cur ego plebeios magis-  
 tratus, cur Sicinium potentem uideo, sub iugum missus,  
 tamquam ab latronibus redemptus? Egone has indignitates 10  
 diutius patiar quam necesse est? Tarquinium regem qui  
 non tulerim, Sicinium feram? Secedat nunc; auocet ple-  
 bem; patet uia in Sacrum montem aliosque colles; rapiant  
 frumenta ex agris nostris, quemadmodum tertio anno ra-  
 puere. Fruantur annona quam furore suo fecere. Audeo 11  
 dicere hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore  
 quam ut armati per secessionem coli prohibeant.’ Haud 12  
 tam facile dictu est faciendumne fuerit quam potuisse arbit-  
 ror fieri ut condicionibus laxandi annonam et tribuniciam  
 potestatem et omnia inuitis iura imposita patres demerent sibi.

Et senatui nimis atrox uisa sententia est et plebem ira 35  
 prope armauit. Fame se iam sicut hostes peti, cibo uictuque

9 uolunt ius *PFUpBORnD<sup>3</sup>* (*sed hic -unt ius in rasura septem littera-  
 rum*): uolent ius *H*: uoluent ius *L*: soluentium *M*: soluere uolunt  
*Alsch. qui eatenus originem corruptelae perspexisse uidetur, uocem  
 tamen soluere glossematori rectius quam Liuio tribuisset* Cur ego  
*MP<sup>2</sup>FUpBRnD<sup>2</sup>*: cur ergo *PHD* et sic *OL ubi g* (*o suprascr.*) *scriptum  
 est* potentem *Vorm. MHRnDL* dett. aliq.: pollentem *PFUpBO*  
*Edd. uet. duo Ald., fort. recte*: potentem pollentemque dett. duo, *Grut.*

tamquam *MPFUpBOHRnDL*: et tamquam *Postgatius, fort. recte,  
 sed in tali oratione tale asyndeton uix intolerabile uidetur* 10 auocet  
*MOHRnL*: amuocet *D*: uocet *PFUpB* tertio anno *MPFUpBOH  
 RnDL* (*cf. Sall. Iug. 11. 6*): tertio ante anno *Wesenberg fort. recte*  
 11 Fruantur *Alsch. dett. duo*: fruantur utantur *Vorm. M*: utantur  
*PFUpBOHRnDL Ald.* cultores agrorum *M<sup>2</sup>P* *marg. OHRnDL*:  
 cultore sacrorum *M*: cultores sacrorum *P<sup>2</sup>FUpB* (*totam sententiam*  
 Audeo . . . prohibeant *substrinxit F<sup>3</sup>*): cultures sacrorum *P*  
 12 dictu est *F* (*ut uidetur*) *UpRn*: dictum est *MPBOHDL et tutatur*  
*Alsch.*

35 1 ira *MPFUp<sup>2</sup>BOHDL*: om. *Up*, *uix recte*

fraudari ; peregrinum frumentum, quae sola alimenta ex insperato fortuna dederit, ab ore rapi nisi Cn. Marcio uincti dedantur tribuni, nisi de tergo plebis Romanae satisfiat ; eum sibi carnificem nouum exortum, qui aut mori aut seruire iubeat. In exeuntem e curia impetus factus esset, ni peropportune tribuni diem dixissent. Ibi ira est suppressa ; se iudicem quisque, se dominum uitiae necisque inimici factum uidebat. Contemptim primo Marcus audiebat minas tribunicias : auxiliis, non poenae ius datum illi potestati, plebisque, non patrum tribunos esse. Sed adeo infensa erat coorta plebs ut unius poena defungendum esset patribus. Restiterunt tamen aduersa inuidia, usique sunt qua suis quisque, qua totius ordinis uiribus. Ac primo temptata res est si dispositis clientibus absterendo singulos a coitionibus ciliisque disicere rem possent. Vniuersi deinde processere —quidquid erat patrum, reos dices—precibus plebem exponentes, unum sibi ciuem, unum senatorem, si innocentem absoluere nollent, pro nocente donarent. Ipse cum die dicta non adesset, perseueratum in ira est. Damnatus absens in Volscos exsulatum abiit, minitans patriae hostilesque iam tum spiritus gerens.

Venientem Volsci benigne excepere, benigniusque in dies colebant, quo maior ira in suos eminebat crebraeque nunc querellae, nunc minae percipiebantur. Hospitio utebatur

1 rapi nisi Cn. *Ed. Rom.* 1469 : rapi nisi gneo *M<sup>2</sup>P<sup>1</sup>F<sup>1</sup>U<sup>1</sup>pO<sup>1</sup>R<sup>1</sup>nD<sup>3</sup>L* : rapini signeo *B* : rapinis igneo *MHD* 2 Ibi *MPF<sup>1</sup>U<sup>1</sup>pBOHR<sup>1</sup>nD* : ubi *R<sup>1</sup>n<sup>2</sup>D<sup>3</sup>* dett. *aliqu.* : tibi *L* 3 poena *P et P<sup>x</sup>F<sup>3</sup>L<sup>1</sup>* dett. *aliqu.* *Edd.* *uet.* *duo* : poenae *P<sup>2</sup>UpH* : poene *MFBR<sup>1</sup>nL* (*sed in F-s p- pleniore calamo*, cf. 1. 41. 4 *adn.*) : penae *O* : pene *D* *Ed. Rom.* 1469  
 4 aduersa inuidia *MPFB<sup>1</sup>OHDL* : aduersae inuidiae *H. J. Mueller* coitionibus *Vorm?* *MPFBH<sup>1</sup>R<sup>1</sup>nDL* : coitionibus *UpOD<sup>3</sup>* *Edd. uet.* *duo* *Ald.*, cf. 5. 43. 1 *adn.* disicere *UpR<sup>1</sup>nDL* : dissicere *PFU<sup>2</sup>BO* : dissecere *H* : dissicere *M* dett. *aliqu.* ; *u.* 1. 41. 1 *adn.* 5 quidquid *PFU<sup>1</sup>pBH* : quid *M* (*ad initium lineae*) : quicquid *OR<sup>1</sup>nDL*  
 6 minitans *PFU<sup>1</sup>pBOHR<sup>1</sup>nDL* : ministrans *M* benigne *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>F<sup>1</sup>UpB<sup>1</sup>R<sup>1</sup>n<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* *Edd. uet. aliqu.* *Ald.* : benigni *MPHR<sup>1</sup>nDL* suos eminebat *P<sup>2</sup>F<sup>1</sup>U<sup>1</sup>pBOHR<sup>1</sup>nD<sup>3</sup>L* : suo seminabat *MPD* (*sed hic -eb-*) percipiebantur *Ald.* : praecipiebantur *MPF<sup>1</sup>U<sup>1</sup>pBOHD* (*uix recte* ; *an conferenda* 10. 26. 4 *et Anton. ap. Cic. Phil.* 13. 20. 45?) : praeciebantur *L*

Atti Tulli. Longe is tum princeps Volsci nominis erat Romanisque semper infestus. Ita cum alterum uetus odium, alterum ira recens stimularet, consilia conferunt de Romano bello. Haud facile credebant plebem suam impelli posse, ut totiens infelicitate temptata arma caperent: multis saepe bellis, pestilentia postremo amissa iuuentute fractos spiritus esse; arte agendum in exoleto iam uetustate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi.

Ludi forte ex instauratione magni Romae parabantur. <sup>36</sup> Instaurandi haec causa fuerat. Ludis mane seruum quidam pater familiae, nondum commisso spectaculo, sub furca caesum medio egerat circo; coepti inde ludi, uelut ea res nihil ad religionem pertinuisse. Haud ita multo post Tito <sup>2</sup> Latinio, de plebe homini, somnium fuit; uisus Iuppiter dicere sibi ludis praesultatorem displicuisse; nisi magnifice instaurarentur ii ludi, periculum urbi fore; iret, ea consulibus nuntiaret. Quamquam haud sane liber erat religione <sup>3</sup> animus, uerecundia tamen maiestatis magistratum [timorem] uicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Magno <sup>4</sup>

<sup>36</sup> <sup>1</sup> Instaurandi *Vorm. MPFBOHRnDL*: instaurandis *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>Up*  
*Rn<sup>2</sup> Ed. Rom. 1469 Ald.* (*qui post ludis demum interpusuit*)  
<sup>2</sup> Latinio *MRnDL*, 'uetus lectio' *Rhenan.*: Latino *PFUpBOH Ed.*  
*Rom. 1469*: Lacinio *P<sup>2</sup> marg.* instaurarentur *PFUpBOHRn*  
*DL*: instaurentur *M fort. recte* (*cf. 'malum tibi, nisi caues'; uides Edit. meam huius Libri, p. 194*) iret, ea *MPFUpBOHRn*  
*DL*: iret et *Weissenb.*, male: iret ac *Novák*, etiam *peius*  
<sup>3</sup> Quamquam haud] *Inter haec uerba addunt summarium ex margine*  
*Vorm. M* (*cf. 2. 18. 3; 3. 41. 1; 3. 50. 16; 4. 31. 7; 5. 17. 1;*  
*7. 3. 5; 7. 11. 3; 7. 20. 2; 9. 17. 7*): ludi ex instauratione, quos dis-  
 placuisse ioui latinus ab eo per somnium monitus ut nuntiaret debereq.  
 repeti dum non (*Vorm. nondum M*) uult magistratibus nuntiare, tac-  
 turnitas orbitate punita est. *In M ante quos stat* ' *, supra est* ' ;  
*quorum siglorum illud probabiliter, hoc paene certe interpolationem a*  
*correctore aliquo uel exemplaris illius quo usus est scriba Mediceus uel*  
*prioris alicuius cognitam denotat.* *In M codicis margine scatent talia*  
*saepe a prima manu scripta sed certe non ab illo conficta* timorem  
*MPFUpBOHRnDL*: *deleuit Madv.* in *Ed. sua altera*, *recte*: cum timore  
*M. Mueller*: et timor *Madv.*, *Ed. tertia*: timorque *H. J. Mueller*: timo-  
 rem (*scil. deorum*) sensum quidem *recte effert*, *cum autem sequatur ne*  
 ... abiret *ex tota sententia dependens, non ex timorem, uidetur haec*  
*uox potius ab interpolatore quam a Livio projecta esse*

illi ea cunctatio stetit ; filium namque intra paucos dies amisit. Cuius repentinae cladis ne causa ei dubia esset, aegro animi eadem illa in somnis obuersata species uisa est rogitare, satin' magnam spreti numinis haberet mercedem ; 5 maiores instare ni eat propere ac nuntiet consulibus. Iam praesentior res erat. Cunctantem tamen ac prolatantem 6 ingens uis morbi adorta est debilitate subita. Tunc enim uero deorum cura *(ea)* admonuit. Fessus igitur malis praeteritis instantibusque, consilio propinquorum exhibito, cum uisa atque audita et obuersatum totiens somno Iouem, minas irasque caelestes repraesentatas casibus suis exposuit, consensu inde haud dubio omnium qui aderant in forum 7 ad consules lectica defertur. Inde in curiam iussu consulum delatus, eadem illa cum patribus ingenti omnium admiratione 8 enarrasset, ecce aliud miraculum : qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio pedibus suis domum redisse traditum memoriae est.

37 Ludi quam amplissimi ut fierent senatus decreuit. Ad eos ludos auctore Attio Tullio uis magna Volscorum uenit. 2 Priusquam committerentur ludi, Tullius, ut domi compositum cum Marcio fuerat, ad consules uenit ; dicit esse quae 3 secreto agere de re publica uelit. Arbitris remotis, 'Inuitus' inquit, 'quod sequius sit, de meis ciuibus loquor. Non tamen admissum quicquam ab iis criminatum uenio, sed 4 cautum ne admittant. Nimio plus quam uelim, nostrorum

4 ne causa ei *scriptsimus* : ne causae *P* : ne causi *FB* : nem causa *M* : ne causa *P<sup>2</sup>UpOHRnDL* : nemini causa *M<sup>3</sup>* : ne cui causa *Ald.* eat propere ac nuntiet *PFUpOHRnL Ald.* : ea propere annuntiet *MRn<sup>2</sup>D* 6 cura *(ea) scripti* (*scil.* de morbo, cf. admonuerunt religionum 5. 51. 8) : cura *M* : iura *M<sup>3</sup>* : ira *PFUpOHRn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>* : om. *RnDL*; cf. *Class. Quarterly*, iv (1910), p. 273 consilio *MPFUpB Edd. uet. aliq.* : consilioque *OHRnDL* (*num recte?*) minas *MOH RnDL* : minasse *PFUpB* repraesentatas (*uel -pre-*) *M<sup>2</sup>PFUpB OH* : prerepresentatas *M* : repraesentatis *RnDL* dubio *Ald.* : dubiae (*uel -ie*) *MPFUpBOHRnDL* defertur *MPFUpBO Edd. uet. duo* : adfertur *HRn? DL*

37 3 sequius sit *PFBRn* : sequi quod sequius ussit *M* : quod sequi usus sit *M<sup>3</sup>* : sequi iussit *DL* : aequius sequi iussit *P<sup>2</sup>* : aequius sit *Up* : nequius sit *OH* 4 uelim *MPFUpBOHRnDL* : uellem

ingenia sunt mobilia. Multis id cladibus sensimus, quippe 5 qui non nostro merito sed uestra patientia incolumes simus. Magna hic nunc Volscorum multitudo est ; ludi sunt ; spectaculo intenta ciuitas erit. Memini quid per eandem occa- 6 sionem ab Sabinorum iuuentute in hac urbe commissum sit ; horret animus, ne quid inconsulte ac temere fiat. Haec nostra uestraque causa prius dicenda uobis, consules, ratus sum. Quod ad me attinet, extemplo hinc domum abire in 7 animo est, ne cuius facti dictiue contagione praesens uioler.' Haec locutus abiit. Consules cum ad patres rem dubiam 8 sub auctore certo detulissent, auctor magis, ut fit, quam res ad praecauendum uel ex superuacuo mouit, factoque senatus consulto ut urbe excederent Volsci, praecones dimittuntur qui omnes eos proficisci ante noctem iuberent. Ingens 9 pauor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia perculit ; proficiscentibus deinde indignatio oborta, se ut consceleratos contaminatosque ab ludis, festis diebus, coetu quodam modo hominum deorumque abactos esse.

Cum prope continuato agmine irent, praegressus Tullius 38 ad caput Ferentinum, ut quisque ueniret, primores eorum excipiens querendo indignandoque, et eos ipsos, sedulo audientes secunda irae uerba, et per eos multitudinem aliam in subiectum uiae campum deduxit. Ibi in contionis 2 modum orationem exorsus 'Vt omnia' inquit, 'obliuiscamini alia, ueteres populi Romani iniurias cladesque gentis Volsorum, hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo

*Wesenberg, sine causa* 8 urbe *H* dett. *aliq.* *Edd.* *uet.* *aliq.* (*cf. adn. ad* 1. 29. 6) : urbem *MPFU<sub>p</sub>BOR<sub>n</sub>DL*

38 1 *ueniret* *dett. unus* : *eueniret* *MPFU<sub>p</sub>BOHR<sub>n</sub>DL* *dett. Edd.* *uet.* *duo Ald.* 2 *exorsus* 'Vt omnia... Volsorum' *sic ordinat* *Walters* : *ueteres*... *uolscorum post exorsus ante ut ponunt MPFU<sub>p</sub>BOHR<sub>n</sub>DL* *dett. Edd.* *uet.* *Ald.*, *sed plura turbati ordinis supersunt uestigia* ; *in M* *uoces ueteres*... *gentis largioribus spatiis lineam unam et dimidiad occupant* : *in D* *supra ueteres*', *quod erasit D<sup>3</sup>* *Veteres* (*cum capitali*) *scribens* : *ante ueteres in H uacat spatium, in F et O interpunctum est* (*cf. c. 32. 10*) : *qui ordinem traditum tutantur, post exorsus add.* *Vt Drak.*, *in Duker*, *aduersus Madv.* : *post Volscorum*

3 fertis, qua per nostram ignominiam ludos commisere? An non sensistis triumphatum hodie de uobis esse? uos omnibus, ciuibus, peregrinis, tot finitimiis populis, spectaculo abeuntes fuisse? uestras coniuges, uestros liberos traductos  
 4 per ora hominum? Quid eos qui audiuerem uocem praeconis, quid, qui nos uidere abeuntes, quid eos qui huic ignominioso agmini fuere obuii, existimasse putatis nisi aliquod profecto nefas esse quo, si intersimus spectaculo, uiolaturi simus ludos piaculumque merituri; ideo nos ab  
 5 sede piorum, coetu concilioque abigi? Quid deinde? illud non succurrit, uiuere nos quod maturarimus proficiisci? si hoc profectio et non fuga est. Et hanc urbem uos non hostium ducitis, ubi si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit? Bellum uobis indictum est, magno  
 6 eorum malo qui indixere si uiri estis.' Ita et sua sponte irarum pleni et incitati domos inde digressi sunt, instigandoque suos quisque populos effecere ut omne Volscum nomen deficeret.

**39** Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti Attius Tullius et Cn. Marcius, exsul Romanus, in  
 2 quo aliquanto plus spei repositum. Quam spem nequaquam fefellit, ut facile appareret ducibus ualidiorem quam exercitu rem Romanam esse. Circeios profectus primum colonos inde Romanos expulit liberamque eam urbem Volscis tradi-  
 3 dit; Satricum, Longulam, Poluscum, Coriolos, nouella haec Romanis oppida ademit; inde Lauinium recepit; inde in

*add. commemoravit. Tum M. Mueller. Cf. Cl. Quart. iv (1910), p. 273 et 8. 31. 6 adn.* 4 nos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: uos *Drak.* (*casune?*) quo si *Ed. Paris.* 1510: quod si *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Ald.* 5 maturarimus *MPFU<sub>p</sub>BRnDL Ald.*: *add. supra -r. F<sup>1</sup> uel F<sup>2</sup>*: maturauimus *OH Edd. uet.*; cf. c. 29. 12 6 effecere *PFU<sub>p</sub>OHRnDL*: effeceret *B*: efficere *M*

**39 2** Volscis] *add. ualidiorem . . . esse ex priore clausula O, sub-*  
*strinxit O<sup>1</sup>* 3 Longulam *PF<sup>3</sup>UpBOHD<sup>3</sup>*: longalam *F?*: longu iam  
*Vorm. M*: longa iam *Rn*: longo iam *L* nouella *Sigon.* quem iam  
*confirmant OH*: nouellam *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BRnDL Edd. uet. duo Ald.*:  
*Mugillam ex Dion. Hal. 8. 36. 2* (*ubi μοσεγιλαίνους A, μογιλαινούς BC*)  
*Iac. Gron. fort. recte*: Bouillas *Gron.* recepit *M. Edd. uet.*  
*aliq. Ald.*: recipit *Vorm.* *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* inde in Latinam

Latinam uiam transuersis tramitibus transgressus, tunc dein- 4  
ceps Corbionem, Veteliam, Trebium, Labicos, Pedum cepit.  
Postremum ad urbem a Pedo dicit, et ad fossas Cluilias 5  
quinque ab urbe milia passuum castris positis, populatur  
inde agrum Romanum, custodibus inter populaores missis  
qui patriciorum agros intactos seruarent, siue infensus plebi 6  
magis, siue ut discordia inde inter patres plebemque oreretur.  
Quae profecto orta esset—adeo tribuni iam ferocem per se 7  
plebem criminando in primores ciuitatis instigabant—; sed  
externus timor, maximum concordiae uinculum, quamuis  
suspectos infensosque inter se iungebat animos. Id modo 8  
non conueniebat quod senatus consulesque nusquam alibi  
spem quam in armis ponebant, plebes omnia quam bellum  
malebat. Sp. Nautius iam et Sex. Furius consules erant. 9  
Eos recensentes legiones, praesidia per muros aliaque in

... transgressus hic ponimus, Niebuhrio praeente (*qui post deinceps inserere uoluit ut errori geographico mederetur*) : inter tradidit et Satri-  
cum ponunt codd. omnes, quos scimus. Sed in *M clausula maioribus litteris* (INde in) incipit, clausulae ex margine desumptae signum (I. 49. 7 adn.) : om. inde FB. Nos archetypi scribam oculos suos sic febellisse  
remur ut post recepti sequentia usque ad . . . Pedum cepit primo omi-  
serit deinde (*aut ipse aut proximus ab illo*) in marg. rursus addiderit ;  
eaque ibi in duas partes (cf. 8. 31. 6-7 adn.) dilapsa perperam in textum  
reposita. Plura uide sis in *Class. Quarterly*, iv (1910), p. 274 et 8. 31.  
6 adn. 4 tunc deinceps MPFU<sup>p</sup>BOHRnD dett. Edd. uet. aliq.  
Ald. : tum deinceps L Ed. Rom. 1470 : tunc si quis expellere uelit ut  
transpositionis sequelam, per nos quidem licet Veteliam Vorm.  
MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL (sed O<sup>1</sup> supra -t- add.<sup>c</sup>) : Vetelliam Weissenb. :  
Vitelliam Grut., meridionalem nominis uel 'Old-ham' uel 'Yearling-  
ham' significantis formam reponens (*unde Graeci Ἰταλία, Osci Vitelliū  
traxere*) pro uera Latina Vēt- (ut in uetus Gr. Φέτος); plura quaeri  
possunt in 'The Italic Dialects' (Cantab. 1897), p. 48. 'Vetellia' uero  
nec Brutia neque Osca neque Graeca nec Latina sed Weissenbornica  
tota est Labicos Vorm. MPFU<sup>p</sup>BOHD<sup>L</sup> et sic saepius quam  
Laui- codd. meliores quod semel monuisse satis erit : Lauicos Rn et saepe  
alibi plures codicum 5 Cluilias Glareanus, cf. I. 22. 4 ff.: cluiliias  
Vorm. P: cluillas MP<sup>2</sup>U<sup>p</sup>HRn? DL Ald. : cliuillas (uel cluull-) O:  
duuillas FB 6 plebi magis MPFU<sup>p</sup>BOHD<sup>3</sup> Ed. Rom. 1470 Ald. :  
plebei magis RnDL : magis plebi Edd. uet. aliq. : plebi ratus dett. unus  
oreretur MPFBRnDL : oriretur F<sup>3</sup>U<sup>p</sup>OHRn<sup>2</sup> dett. aliq. Edd. uet.  
aliq., cf. c. 16. 2

quibus stationes uigiliasque esse placuerat loca distribuentes, multitudo ingens pacem poscentium primum seditioso clamore conterruit, deinde uocare senatum, referre de legatis ad Cn. Marcium mittendis coegit. Acceperunt relationem patres, postquam apparuit labare plebis animos; missique de pace ad Marcium oratores atrox responsum rettulerunt: si Volscis ager redderetur, posse agi de pace: si praeda belli per otium frui uelint, memorem se et ciuium iniuriaet et hospitum beneficii adnisurum, ut appareat exsilio sibi irritatos, non fractos animos esse. Iterum deinde iidem missi non recipiuntur in castra. Sacerdotes quoque suis insignibus uelatos isse supplices ad castra hostium traditum est; nihilo magis quam legatos flexisse animum.

**40** Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani Volumniamque uxorem frequentes coeunt. Id publicum consilium an muliebris timor fuerit, parum inuenio: peruicere certe, ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia duos paruos ex Marcio ferens filios secum in castra hostium irent et, quoniam armis uiri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. Vbi ad castra uentum est nuntiatumque Coriolano est adesse ingens mulierum agmen, ut qui nec publica maiestate in legatis nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset, multo obstinatior aduersus lacrimas muliebres erat; dein familiarium quidam qui insignem maestitia inter ceteras cognouerat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem, ‘Nisi me frustrantur’ inquit, ‘oculi, mater tibi coniunxque et liberi adsunt.’ Coriolanus prope ut amens consternatus ab sede sua cum ferret matri obuiae complexum, mulier in

**40** 3 agmen, ut *O Edd. uet.*: *inter has uoces add.* in primo *MPF UpHRnDL*, ut primo *B*; sed in *M largius et nigrius scripta* (*cf. cc. 17. 4; 39. 3 et 1. 49. 7 adn.*), sane lutulentam appendicem: primo *dett. unus Ald.*: inde primo *dett. duo*. Cf. 3. 72. 6; 5. 36. 2; 8. 10. 13 *ubi eadem prudentia O alia glossemata spreuit* 4 *coniunxque (hic et in § 7) MPFBHL*: *coniuxque ORnDL*

iram ex precibus uersa ‘Sine, priusquam complexum accipio,  
sciam’ inquit, ‘ad hostem an ad filium uenerim, captiuia  
materne in castris tuis sim. In hoc me longa uita et infelix 6  
senecta traxit ut exsulem te deinde hostem uiderem? Po-  
tuisti populari hanc terram quae te genuit atque aluit? Non 7  
tibi, quamuis infesto animo et minaci peruereras, ingredienti  
fines ira cecidit? Non, cum in conspectu Roma fuit, suc-  
currit: Intra illa moenia domus ac penates mei sunt, mater  
coniunx liberique? Ergo ego nisi peperisse, Roma non 8  
oppugnaretur; nisi filium haberem, libera in libera patria  
mortua essem. Sed ego mihi miserius nihil iam pati nec tibi  
turpius *(us)*quam possum, nec ut sum miserrima, diu futu- 9  
ra sum: de his uideris, quos, si pergis, aut immatura mors  
aut longa seruitus manet.’ Vxor deinde ac liberi amplexi,  
fletusque ab omni turba mulierum ortus et comploratio sui  
patriaeque fregere tandem uirum. Complexus inde suos 10  
dimittit: ipse retro ab urbe castra mouit. Abductis deinde  
legionibus ex agro Romano, inuidia rei oppressum perisse  
tradunt, alii alio leto. Apud Fabium, longe antiquissimum  
auctorem, usque ad senectutem uixisse eundem inuenio;  
refert certe hanc saepe eum exacta aetate usurpasse uocem 11  
multo miserius seni exsilium esse. Non inuiderunt laude  
sua mulieribus uiri Romani—adeo sine obtrectatione gloriae  
alienae uiuebatur—; monumento quoque quod esset, tem- 12  
plum Fortunae muliebri aedificatum dedicatumque est.

8 nisi (*post ego*) *P<sup>2</sup>* *marg.* *ORnDL* *dett.* *Edd.* *uet.* *duo*: *msi M*: *si H*: *si non PFUpB*: *msi Edd.* *uet.* *duo*      *ego mihi miserius nihil iam pati nec tibi turpius usquam possum sic locum constituimus, uoces mihi miserius quas post quan ponunt MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL ante nihil in marginem excidisse rati, inde perperam relatas; u. Cl. Quarterly, iv (1910), p. 275 et 8. 6 adn.*      *turpius (us)quam M. Mueller, qui cum Bekkerio nec ante mihi miserius addidit: turpius quam MPFU<sub>p</sub>B OHRnDL dett. Edd. uet., sed turpius in M in fine lineae possum nec MPFU<sub>p</sub>BORnDL: possum et H 9 ut sum M: ut sim PFUp BOHRnDL dett. Edd. uet. Ald.; uide sis adn. in Edit. mea huius Libri*  
 10 *ipse PFUpBOHRnDL: et ipse M fort. recte 11 laude sua MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL: laudes suas D<sup>2</sup> Ald. 12 monumento quoque MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Ald. : monumentoque Gron.*

Rediere deinde Volsci adiunctis Aequis in agrum Romanum ; sed Aequi Attium Tullium haud ultra tulere ducem.  
 13 Hinc ex certamine Volsci Aequine imperatorem coniuncto exercitui darent, seditio, deinde atrox proelium ortum. Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus haud minus pernicioso quam pertinaci certamine confecit.

14 Consules T. Sicinius et C. Aquilius. Sicinio Volsci, Aquilio Hernici—nam ii quoque in armis erant—prouincia euenit. Eo anno Hernici deuicti ; cum Volscis aequo Marte discessum est.

41 Sp. Cassius deinde et Proculus Verginius consules facti. Cum Hernicis foedus ictum ; agri partes duae ademptae. Inde dimidium Latinis, dimidium plebi diuisurus consul  
 2 Cassius erat. Adiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a priuatis criminabatur. Id multos quidem patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum terrebat ; sed et publica patribus sollicitudo inerat largitione  
 3 consulem periculosas libertati opes struere. Tum primum lex agraria promulgata est, nunquam deinde usque ad hanc  
 4 memoriam sine maximis motibus rerum agitata. Consul alter largitioni resistebat auctoribus patribus nec omni plebe aduersante, quae primo cooperat fastidire munus  
 5 uolgatum †a ciuibus isse in socios† ; saepe deinde et Verginium consulem in contionibus uelut uaticinantem audiebat pestilens collegae munus esse ; agros illos seruitutem iis  
 6 qui acceperint latus ; regno uiam fieri. quid ita enim adsumi socios et nomen Latinum, quid attinuisset Hernicis,

12 Rediere *MPUpBORN<sup>D</sup>x* : redire *FHD<sup>L</sup>*

41 4 isse *Vorm.<sup>?</sup> PFUpBOHD<sup>x</sup>* : egisse *M* : esse *Vorm.<sup>2</sup> RnDL* : exisse *Weissenb. Ed. 6* : *delet. a ciuibus H. J. Mueller* : *nobis Infinitius post fastidire inelegans uidetur et a ciuibus in socios glossematis pars esse posse. An, ut suspicor, in a ciuib. egisse latet ambitiose* (*cf. § 8*) ?

5 acceperint *Grynaeus* : acceperant *MPFUpBOHRnDL Ed. Rom. 1469 Ald.* 6 attinuisset *MPFUpBOHRnDL Ed. Rom. 1469* : attinuisse *R<sup>2</sup>D<sup>2</sup> dett. aliq., fort. recte. De textura sententiae* ('Inter-weaving') uide sis adn. in *Edit. mea huius Libri, uel Class. Review, xiv (1900), p. 357*

paulo ante hostibus, capti agri partem tertiam reddi, nisi ut  
 hae gentes pro Coriolano duce Cassium habeant? Popu- 7  
 laris iam esse dissuasor et intercessor legis agrariae cooperat.  
 Vterque deinde consul, ut certatim, plebi indulgere. Vergi-  
 nius dicere passurum se adsignari agros, dum ne cui nisi  
 ciui Romano adsingentur: Cassius, quia in agraria largitione 8  
 ambitiosus in socios eoque ciuibus uilior erat, ut alio munere  
 sibi reconciliaret ciuium animos, iubere pro Siculo frumento  
 pecuniam acceptam retribui populo. Id uero haud secus 9  
 quam praesentem mercedem regni aspernata plebes; adeo  
 propter suspicionem insitam regni, uelut abundarent omnia,  
 munera eius [in animis hominum] respuebantur. Quem ubi 10  
 primum magistratu abiit damnatum necatumque constat.  
 Sunt qui patrem auctorem eius supplicii ferant: eum cog-  
 nita domi causa uerberasse ac necasse peculiumque filii  
 Cereri consecratus; signum inde factum esse et inscri-  
 ptum: 'Ex Cassia familia datum.' Inuenio apud quosdam, 11  
 idque proprius fidem est, a quaestoribus Caesone Fabio et  
 L. Valerio diem dictam perduellionis, damnatumque populi  
 iudicio, dirutas publice aedes. Ea est area ante Telluris  
 audem. Ceterum siue illud domesticum siue publicum fuit 12  
 iudicium, damnatur Seruio Cornelio Q. Fabio consulibus.

Haud diurna ira populi in Cassium fuit. Dulcedo 42  
 agrariae legis ipsa per se, dempto auctore, subibat animos,

6 hae gentes *P<sup>2</sup>FB* (*sed hic ha eg-*) *dett. duo Ald.*: he gentes *UpO*:  
 aegentes *PH*: egentes *MRn?* *DL* duce *MUpOHDL* *Ed. Rom.*  
 1470 *Ald.*: ducem *PFBRn?* habeant *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>x</sup>*: aberant *DL*:  
*om. H* 7 ut certatim *Vorm. MHD?* *L* (*sed in D fort. accertatim*):  
 certatim *PFU<sub>p</sub>BORnD<sup>2</sup>* 8 reconciliaret *MPFU<sub>p</sub>BOH*: conciliaret *RnDL* *dett. aliq.* 9 in animis hominum *MPFU<sub>p</sub>BOHRn*  
*DL*: *seclusi praeente Vielhaber*, qui etiam insitam *damnat*, quod *uerbum glossematori potius ansam uidetur praebusse* 10 *damnatum*  
 necatumque *MPFU<sub>p</sub>BOH*: *damnatumque negatum dett. unus*: *necatum dampnatumque Rn*: *negatum damnatumque DL* (*nec-<sup>..</sup>D<sup>3</sup>*): *necatumque malimus seclusum* 11 *supplicii ferant MPF<sup>2</sup>(uel F<sup>1</sup>)BORn*:  
*supplicii fuerant F*: *supplicii ferunt UpD*: *supplicii erunt H*: *sulpicii fuerant L* 11 a quaestoribus *MOHRnDL*: e quaestoribus (*uel que-*) *PFU<sub>p</sub>B* (*non D*)

accensaque ea cupiditas est malignitate patrum, qui deuictis  
eo anno Volscis Aequisque, militem praeda fraudauere.  
2 Quidquid captum ex hostibus est, uendidit Fabius consul  
ac redegit in publicum.

Inuisum erat Fabium nomen plebi propter nouissimum  
consulem ; tenuere tamen patres ut cum L. Aemilio Caeso  
3 Fabius consul crearetur. Eo infestior facta plebes seditione  
domestica bellum externum exciuit. Bello deinde ciuiles  
discordiae intermissae ; uno animo patres ac plebs rebel-  
lantes Volscos et Aequos duce Aemilio prospera pugna  
4 uicere. Plus tamen hostium fuga quam proelium absump-  
5 sit ; adeo pertinaciter fusos insecuri sunt equites. Castoris  
aedis eodem anno idibus Quintilibus dedicata est ; uota erat  
Latino bello ⟨a⟩ Postumio dictatore ; filius eius duumuir  
6 ad id ipsum creatus dedicauit. Sollicitati et eo anno sunt  
dulcedine agrariae legis animi plebis. Tribuni plebi popu-  
larem potestatem lege populari celebrabant : patres, satis  
superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse, lar-  
gitiones temeritatisque inuitamenta horrebant. Acerrimi  
7 patribus duces ad resistendum consules fuere. Ea igitur  
pars rei publicae uicit, nec in praesens modo sed in uenien-  
tem etiam annum M. Fabium, Caesonis fratrem, et magis  
inuisum alterum plebi accusatione Sp. Cassi, L. Valerium,  
consules dedit.

8 Certatum eo quoque anno cum tribunis est. Vana lex  
uanique legis auctores iactando inritum munus facti. Fa-  
bium inde nomen ingens post tres continuos consulatus  
unoque uelut tenore omnes expertos tribuniciis certamini-  
bus habitum ; itaque, ut bene locatus, mansit in ea familia  
9 aliquamdiu honos. Bellum inde Veiens initum, et Volsci

42 5 ⟨a⟩ Postumio du Rieu: Postumio MPFUpBOHRnDL Ed. Rom.  
1469 Ald. 6 furoris PFUpBRnD<sup>2</sup> Edd. uet. aliq. : fauoris Vorm. ?  
MOHDL in multitudine PFUpBHRnDL : in multitudinem Vorm. ?  
MO (sed in M immult-) largitiones MPFUpBOHD : largitionis  
RnL

rebellarunt ; sed ad bella externa prope supererant uires, abutebanturque iis inter semet ipsos certando. Accessere 10 ad aegras iam omnium mentes prodigia caelestia, prope cotidianas in urbe agrisque ostentantia minas ; motique ita numinis causam nullam aliam uates canebant publice priuatimque nunc extis, nunc per aues consulti, quam haud rite sacra fieri ; qui terrores tamen eo euasere ut Oppia virgo 11 Vestalis damnata incesti poenas dederit.

Q. Fabius inde et C. Iulius consules facti. Eo anno non 43 segnior discordia domi et bellum foris atrocius fuit. Ab Aequis arma sumpta ; Veientes agrum quoque Romanorum populantes inierunt. Quorum bellorum crescente cura, Caeso Fabius et Sp. Furius consules fiunt. Ortonam, 2 Latinam urbem, Aequi oppugnabant : Veientes, pleni iam populationum, Romam ipsam se oppugnaturos minabantur. Qui terrores cum compescere deberent, auxere insuper animos plebis, redibatque non sua sponte plebi mos detractandi militiam, sed Sp. Licinius tribunus plebis, uenisse tempus ratus per ultimam necessitatem legis agrariae patribus iniungendae, suscepserat rem militarem impediendam. Ceterum tota inuidia tribuniciae potestatis uersa in auctorrem est, nec in eum consules acrius quam ipsius collegae coorti sunt, auxilioque eorum dilectum consules habent.

Ad duo simul bella exercitus scribitur ; ducendus Fabio 5 in Aequos, Furio datur in Veientes. *⟨In Veientes⟩ nihil*

10 cotidianas *MOHRnDL* dett. *alig.* (*cotti- MHD*) : cotidiana *PFUpB*  
*B*; de -tt- cf. c. 27. 12 adn. ita *MPFU<sub>p</sub>BO<sup>2</sup>HDL* : ira *Rn* dett. duo  
*Edd. uet. duo Ald.* : iam *O* 11 tamen *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* : om.  
*O* : tandem *Madv. fort. recte*

43 1 Iulius *Sigon. ex Dion. Hal.* 8. 90. 5 et *Cassiod. Mommsen*,  
*C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 101 : tullius *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* ; cf. 4. 35. 4 adn.  
 anno non *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : anno *M* (*fort. recte* ; cf. § 4) 2 Ortonam  
*Vorm. MRnD* : optonam *HL* : artonam *PFUpB* : arctonam *O*  
 3 detractandi *MPFOHDL*, et sic fere semper meliores codd. quod  
 semel monuisse sat erit : detractandi *UpRn* sed *Sp. MPFU<sub>p</sub>BO* :  
 sed sp. p. *Rn Ald.* : sed spurius p̄ *H* : sed spurius publius *DL*  
 4 acrius . . . consules om. *H* ipsius *M* dett. unus : ipsius eius *PF*  
*UpBORNnDL* dett. *Edd. uet. alig. Ald.* 5 Furio *Vorm. ? MHRnDL* :

6 dignum memoria gestum [est] ; et in Aequis quidem Fabio aliquanto plus negotii cum ciuibus quam cum hostibus fuit.  
 Vnus ille uir, ipse consul, rem publicam sustinuit, quam  
 7 exercitus odio consulis, quantum in se fuit, prodebat. Nam  
 cum consul praeter ceteras imperatorias artes, quas parando  
 gerendoque bello edidit plurimas, ita instruxisset aciem ut  
 solo equitatu emissso exercitum hostium funderet, insequi  
 8 fusos pedes noluit ; nec illos, et si non adhortatio inuisi ducis,  
 suum saltem flagitium et publicum in praesentia dedecus,  
 postmodo periculum, si animus hosti redisset, cogere potuit  
 9 gradum adcelerare aut si aliud nihil, stare instructos. Iniuissu  
 signa referunt, maestique—crederes uictos—exsecrantes nunc  
 imperatorem, nunc nauatam ab equite operam, redeunt in  
 10 castra. Nec huic tam pestilenti exemplo remedia ulla ab  
 imperatore quaesita sunt ; adeo excellentibus ingenii citius  
 defuerit ars qua ciuem regant quam qua hostem superent.  
 11 Consul Romam rediit non tam belli gloria aucta quam inri-

Spurio *PFUpBO*. *Ceterum in codd. melioribus clausulae hae sic ordinantur (quamquam ex cc. 44. 11 et 46. 1 constat Fabium contra Aequos, Furium contra Veientes pugnasse) : ducendus (ducentea M, corr. M<sup>2</sup> : dicendus O) Fabio in Veientes (uenientes MFB, corr. M<sup>2</sup>F<sup>2</sup>), in Aequos Furio datur (dat. B), et in Aequis quidem nihil dignum memoria (memoria dignum PB : memora D) gestum est ; Fabio aliquanto plus negotii cum ciuibus quam cum hostibus fuit MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL : Fabio in Aequos, in Veientes Furio datur et in Veientibus quidem dett. aliq. Sigan. Glar. Drak.* *Rationem mutationis nostrae plenius confirmatam in Class. Quart. iv (1910), p. 276 reperies ; quam ualde confirmatam duximus postquam Maio demum mense anni 1911 inueni in M signa " quae et alibi clausulas transponendas denotant (e.g. § 7 inf.) post datur (hac forma ~) et post gestum ab M scripta, ab M<sup>x</sup> erasa ; et inter gestum et est trium litterarum spatium quo stetit olim hoc siglum ; datur in fine lineae stat. In OD interpunctum est post inueientes, datur, est. In F signum aliquod supra et ante ducendus (duc-) erasum, aliudque (fort. ex casu ortum) inter lineas sic<sup>1</sup> ductum infra Fabio quod ante in ue(n)ientes stat supra Fabio quod ante aliquanto stat. In P "memoria" dignum sic notata et ante gestum est spatium solito largius ; etiam post datur et ante in aequos. Cf. Praef. 1 ; 1. 43. 11 ; 2. 38. 2 ; 8. 8. 4 ; 8. 31. 5 7 bello edidit MPFU<sub>p</sub>BO Rn : edidit bello HDL, sed in D ante edidit et post bello add. ~ D<sup>2</sup> 8 postmodo MPFBODL : postmodum UpH stare Muretus, D<sup>2</sup>? : instare MPFU<sub>p</sub>BHRnDL : instrare O 9 iniuissu Vorm.? MPFU<sub>p</sub> BRnDL : iniuissi F<sup>1</sup>H : inuisi O*

tato exacerbatoque in se militum odio. Obtinuere tamen patres ut in Fabia gente consulatus maneret : M. Fabium consulem creant ; Fabio collega Cn. Manlius datur.

Et hic annus tribunum auctorem legis agrariae habuit. 44 Tib. Pontificius fuit. Is eandem uiam, uelut processisset Sp. Licinio, ingressus dilectum paulisper impediit. Perturbatis iterum patribus Ap. Claudius uictam tribuniciam potestatem dicere priore anno, in praesentia re, exemplo in perpetuum, quando inuentum sit suis ipsam uiribus dissolui. neque enim unquam defuturum qui et ex collega uictoriam 3 sibi et gratiam melioris partis bono publico uelit quaesitam ; et plures, si pluribus opus sit, tribunos ad auxilium consulm paratos fore, et unum uel aduersus omnes satis esse. darent 4 modo et consules et primores patrum operam ut, si minus omnes, aliquos tamen ex tribunis rei publicae ac senatui conciliarent. Praeceptis Appi moniti patres et uniuersi 5 comiter ac benigne tribunos appellare, et consulares ut cuique eorum priuatim aliquid iuris aduersus singulos erat, partim gratia, partim auctoritate obtinuere ut tribuniciae potestatis uires salubres uellent rei publicae esse, quattuor- 6 que tribunorum aduersus unum moratorem publici comodi auxilio dilectum consules habent.

Inde ad Veiens bellum profecti, quo undique ex Etruria 7 auxilia conuenerant, non tam Veientium gratia concitata quam quod in spem uentum erat discordia intestina dissolui rem Romanam posse. Principesque in omnium Etruriae 8 populorum conciliis fremebant aeternas opes esse Romanas nisi inter semet ipsi seditionibus saeuiant ; id unum uene-

11 Manlius *Ald. ex c. 47. 1 inf.*, sic etiam *Dion. Hal. 9. 5. 1, Diod. 11. 50* (Cn. Mallius *Cassiod. Mommsen, C. I. L. 1<sup>2</sup>, p. 101*) : Manilius *MPFU<sub>p</sub>BHRnL* : Mamilius *OD* : Mamilcus *D<sup>3</sup>*?

44 3 qui et ex *MPFU<sub>p</sub>OHDL* : *om.* et *FBRn Edd. uet. aliq.* 5 eo-  
rum *MPFU<sub>p</sub>BOH* : *om. RnDL dett., fort. recte* 6 quattuorque *dett.*  
*aliq.*, *Sigon.* (cf. 2. 33. 2; 3. 30. 7) : noque *M* : nouemque *M<sup>2</sup>P FU<sub>p</sub>B*  
*OHRnDL dett. Edd. uet. duo* (*IX pro IV facillimo scribarum errore*)  
moratorem *MPFU<sub>p</sub>BOH* : oratorem *M<sup>3</sup>RnDL*

9 num, eam labem ciuitatibus opulentis repertam ut magna imperia mortalia essent. diu sustentatum id malum, partim patrum consiliis, partim patientia plebis, iam ad extrema uenisse. duas ciuitates ex una factas; suos cuique parti  
 10 magistratus, suas leges esse. primum in dilectibus saeuire solitos, eosdem in bello tamen paruisse ducibus. qualicumque urbis statu, manente disciplina militari sisti potuisse; iam non parendi magistratibus morem in castra quoque Romanum militem sequi. proximo bello in ipsa acie, in  
 11 ipso certamine, consensu exercitus traditam ultiro uictoram uictis Aequis, signa deserta, imperatorem in acie relictum,  
 12 iniussu in castra redditum. profecto si instetur, suo milite uinci Romam posse. nihil aliud opus esse quam indici ostendique bellum; cetera sua sponte fata et deos gesturos. Hae spes Etruscos armauerant, multis in uicem casibus uictos uictoresque.

45 Consules quoque Romani nihil praeterea aliud quam suas uires, sua arma horrebant; memoria pessimi proximo bello exempli terrebat ne rem committerent eo ubi duae simul  
 2 acies timenda essent. Itaque castris se tenebant, tam  
 3 ancipi periculo auersi: diem tempusque forsitan ipsum lenitum iras sanitatemque animis allaturum. Veiens hostis Etruscique eo magis praepropere agere; lacessere ad pugnam primo obequitando castris prouocandoque, post  
 tremo ut nihil mouebant, qua consules ipsos, qua exerci-  
 4 tum increpando: simulationem intestinae discordiae remedium timoris inuentum, et consules magis non confidere quam non credere suis militibus; nouum seditionis genus, silentium otiumque inter armatos. Ad haec in nouitatem  
 5 generis originisque qua falsa, qua uera iacere. Haec cum

45 1 Consules ... proximo *om. B* proximo *Vorm.?* *PFUþOHRn*  
*DL*: proximi *M* exempli *M<sup>1</sup>PFUþBOHRnDL*: exemplo *M*  
 terrebat *Vorm.<sup>2</sup>* *MPUþOH Edd. uet.*: tenebat *FB*: terrebant *RnDL*:  
 terrebat *Vorm. D<sup>2</sup> dett. Ald.* 4 non confidere *PFUþBORN*  
*DL*: confidere *M*: non co*N* in fine linea*e*, fidere omittens *H*, cf. 4. 27.  
 6; 8. 4. 10; 10. 7. 10 *adnn.*

sub ipso uallo portisque streperent, haud aegre consules pati ; at imperitae multitudini nunc indignatio, nunc pudor pectora uersare et ab intestinis auertere malis ; nolle inultos hostes, nolle successum non patribus, non consulibus ; extera et domestica odia certare in animis. Tandem super- 6  
rant externa ; adeo superbe insolenterque hostis eludebat. Frequentes in praetorium conueniunt ; poscunt pugnam, postulant ut signum detur. Consules uelut deliberabundi 7 capita conferunt, diu conloquuntur. Pugnare cupiebant, sed retro reuocanda et abdenda cupiditas erat, ut aduersando remorandoque incitato semel militi adderent impetum. Red- 8  
ditur responsum immaturam rem agi ; nondum tempus pug-  
nae esse ; castris se tenerent. Edicunt inde ut abstineant pugna ; si quis iniussu pugnauerit, ut in hostem animad-  
uersuros. Ita dimissis, quo minus consules uelle credunt, 9  
crescit ardor pugnandi. Accendunt insuper hostes ferocius multo, ut statuisse non pugnare consules cognitum est : quippe impune se insultatueros ; non credi militi arma ; rem 10  
ad ultimum seditionis erupturam, finemque uenisse Romano imperio. His freti occurvant portis, ingerunt probra ; aegre abstinent quin castra oppugnant. Enimuero non ultra con- 11  
tumeliam pati Romanus posse ; totis castris undique ad consules curritur ; non iam sensim, ut ante, per centurio-  
num principes postulant, sed passim omnes clamoribus agunt. Matura res erat ; tergiuersantur tamen. Fabius 12  
deinde ad crescentem tumultum iam metu seditionis col-  
lega concedente, cum silentium classico fecisset : ‘Ego istos, Cn. Manli, posse uincere scio : uelle ne scirem, ipsi ficerunt.

5 multitudini *MPFU<sub>p</sub>BO* Edd. uet. aliq. : multitudinis *M<sup>3</sup>HRnDL*  
dett. aliq. Ald. 7 retro reuocanda *MPFBORnDL* : retro uocando  
*H* : retro uocanda dett. aliq. : reuocanda *Up* abdenda dett. unus,  
*Gebhard* : abdenda *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* Edd. uet. duo Ald. 9 Ac-  
cendunt *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* Edd. uet. duo Ald. : accedit *OH* : accedunt  
dett. aliq. 11 Romanus *MPFU<sub>p</sub>BL* : Romanos *M<sup>3</sup>OH* Edd. uet. :  
Romanis *D* : Romani *D<sup>3</sup>* non iam *Rn* dett. aliq. Ald. : non tam  
*MPFU<sub>p</sub>BO<sup>x</sup>* in ras. *HDL* 12 Manli Ed. Frob. 1535 : Manili *MP*  
*FU<sub>p</sub>BOHRnDL*

13 Itaque certum est non dare signum nisi uictores se reddituros ex hac pugna iurant. Consulem Romanum miles semel in acie fefellit : deos nunquam fallet.' Centurio erat M. Flauo-  
 14 leius, inter primores pugnae flagitator. 'Victor' inquit, 'M. Fabi, reuertar ex acie'; si fallat, Iouem patrem Gradi-  
 umque Martem aliosque iratos inuocat deos. Idem dein-  
 ceps omnis exercitus in se quisque iurat. Iuratis datur  
 signum ; arma capiunt ; eunt in pugnam irarum speique  
 15 pleni. Nunc iubent Etruscos probra iacere, nunc armati  
 16 sibi quisque lingua promptum hostem offerri. Omnium  
 illo die, qua plebis, qua patrum, eximia uirtus fuit ; Fabium  
 nomen [Fabia gens] maxime enituit ; multis ciuilibus certa-  
 minibus infensos plebis animos illa pugna sibi reconciliare  
 statuunt.

46 Instruitur acies, nec Veiens hostis Etruscaeque legiones detractant. Prope certa spes erat non magis secum pugnaturos quam cum Aequis ; maius quoque aliquod in tam inritatis animis et occasione ancipiti haud desperandum esse facinus. Res aliter longe euenit ; nam non alio

13 itaque *MPFU<sub>p</sub>BOH* : ita *RnDL* dett. *alig. Ald.* certum est *P*, *optime* (*in tali oratione*) : certum atque decretum est *MOHRn DL* : certum est atque decretum *P<sup>2</sup>FUpB* ; glossema, *ut fieri solet*, *aliter in alios codices inrepsit* (*Praef. 5 adn.*) *iurant Vorm. M<sup>1</sup>PF BOHRnDL* : iurant esse *M?* : iurent *UpD<sup>2</sup>* dett. *Edd. uet. Ald.*  
 14 iratos *Vorm. MPFU<sub>p</sub>OD<sup>2</sup>*? *Edd. uet. plures* : iuratos dett. *unus Edd. uet. alig. Ald.* : ratos *HRnDL* : iratus *D<sup>3</sup>* : natos *Ed. Rom. 1469*  
 15 Nunc iubent *PFUpBORnD<sup>1</sup>* : nuncque iubent *M* : nunc iubentes *H fort. recte* : nunc iubent et *D* : nunc iubente *L* armati sibi *Vorm. M uel M<sup>1</sup>PFBOHRnL Ed. Rom. 1470* : armatis ibi *M? D* : armatis sibi *Rn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* dett. *Ald.* : armato sibi *Up Edd. uet.* 16 *Fabia gens seclusit Madv. (in M maioribus litteris scriptum est, cf. adn. ad 1. 49. 7).* Et in hanc textus partem plura inrepsisse probabile uidetur ex *D codicis condicione ubi 8 lineae quae c. 45. 16—c. 46. 2 continent tot in se quaeque litteras habent* : 59, 58, 65, 66, 67, 63, 53, 55 ; *in illa quae 67 praebet, stat uox pugnauerint* ; *uide infra* : *et in O fabium nomen. sci ad fin. lineae maxime MPFBORnDL* : *om. UpH* dett. *unus*

46 1 detractant *OHRn* : detractant *M<sup>2</sup>PFUpBDL* : detractant *M*, cf. 2. 43. 3 *adn.* quam *H* : *add. pugnarint M*, pugnauerint *PFUpB RnDL*, pugnauerunt *O* ; *Harleianum iam confirmat Dominicani abundantia, uide adn. c. 45. 16 sup.* aliquod *MOHD* (*in H aliqd*) : aliquot *PFBL* : aliud *Up* : *om. Rn*

ante bello infestior Romanus—adeo hinc contumeliis hostes, hinc consules mora exacerbauerant—proelium iniit. Vix 3 explicandi ordinis spatium Etruscis fuit, cum pilis inter primam trepidationem abiectis temere magis quam emissis, pugna iam in manus, iam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, uenerat. Inter primores genus Fabium insigne specta- 4 culo exemploque ciibus erat. Ex his Q. Fabium—tertio hic anno ante consul fuerat—principem in confertos Veientes euntem ferox uiribus et armorum arte Tuscus, incatum inter multas uersantem hostium manus, gladio per pectus transfigit; telo extracto paeceps Fabius in uolnus abiit. Sensit utraque acies unius uiri casum, cedebatque inde 5 Romanus cum M. Fabius consul transiluit iacentis corpus obiectaque parma, ‘Hoc iurastis’ inquit, ‘milites, fugientes uos in castra reddituros? Adeo ignauissimos hostes magis timetis quam Iouem Martemque per quos iurastis? At ego 6 iniuratus aut uictor reuertar aut prope te hic, Q. Fabi, dimicantis cadam.’ Consuli tum Cæso Fabius, prioris anni consul: ‘Verbisne istis, frater, ut pugnant, te impetraturum credis? Di impetrabunt per quos iurauere; et nos, ut 7 decet proceres, ut Fabio nomine est dignum, pugnando potius quam adhortando accendamus militum animos.’ Sic in primum infensis hastis prouolant duo Fabii, totamque mouerunt secum aciem.

Proelio ex parte una restituto, nihilo segnius in cornu 47 altero Cn. Manlius consul pugnam ciebat, ubi prope similis fortuna est uersata. Nam ut altero in cornu Q. Fabium, 2

3 ordinis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* Ald.: ordines *Rn<sup>2</sup>*, Gron. 4 insigne *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: insigni *Reiz*, *male* uersantem *D<sup>2</sup>* (*uel* *D<sup>1</sup>*) dett. Ed. Rom. 1469 Ald.: uersantes *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* 5 *transiluit MPFBORn*: *transiliuit UpDL*: *transiliit dett. aliq. Edd. uel.* 6 *Cæso dett. unus*, cf. c. 43. 1: *gaius MPFBORnDL*: *c. Up*: *graus H* 7 *infensis MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* Ald. (cf. 4. 10. 3): *infestis O, Sobius* (cf. c. 20. 2): *in infensos M<sup>2</sup>*: *plura uide sis in Ed. mea huius Libri*

47 1 *Manlius MPFBHDL et sic infra*: *Manilius UpOD<sup>2</sup>*: ‘ter Manlius, semel Manilius *habet Vorm.*’ *Rhenan.*

sic in hoc ipsum consulem Manlium iam uelut fusos agentem hostes et impigre milites secuti sunt et, ut ille graui uolnere ictus ex acie cessit, interfectum rati gradum rettulere;  
 3 cessissentque loco, ni consul alter cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo aduectus, uiuere clamitans collegam, se uictorem fuso altero cornu adesse, rem inclina-  
 4 tam sustinuisse. Manlius quoque ad restituendam aciem se ipse coram offert. Duorum consulum cognita ora accen-  
 dunt militum animos. Simul et uanior iam erat hostium acies, dum abundante multitudine freti, subtracta subsidia  
 5 mittunt ad castra oppugnanda. In quae haud magno certame impetu facto cum praedae magis quam pugnae memo-  
 res tererent tempus, triarii Romani qui primam inruptionem sustinere non potuerant, missis ad consules nuntiis quo loco  
 res essent, congregati ad praetorium redeunt et sua sponte  
 6 ipsi proelium renouant. Et Manlius consul reuectus in castra, ad omnes portas milite opposito hostibus uiam clau-  
 serat. Ea desperatio Tuscis rabiem magis quam audaciam accedit. Nam cum incursantes quacumque exitum ostenderet spes uano aliquotiens impetu issent, globus iuuenum  
 7 unus in ipsum consulem insignem armis inuidit. Prima excepta a circumstantibus tela; sustineri deinde uis nequit; consul mortifero uolnere ictus cadit, fusique circa omnes.  
 8 Tuscis crescit audacia; Romanos terror per tota castra trepidos agit, et ad extrema uentum foret ni legati rapto con-  
 9 sulis corpore patefecissent una porta hostibus uiam. Ea erumpunt; consternatoque agmine abeuntes in uictorem alterum incident consulem; ibi iterum caesi fusique passim.

Victoria egregia parta, tristis tamen duobus tam claris  
 10 funeribus. Itaque consul decernente senatu triumphum,

5 In quae *MOHRnD*<sup>1</sup>: in que *L*: in quo *D*: inde *PFUpB* cum *Gron.*, *M*: dum *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>PFUpBOHRnDL* *Edd. uet. Ald.*; cf. 1. 40. 7  
*adn.*, et 2. 6. 8 tererent *MPF<sup>3</sup>UpO<sup>3</sup>HD<sup>2</sup>*: tererent *FOL*: ter-  
 renerentur *B*: terrent *RnD*: terunt *R<sup>2</sup> dett. aliq.* potuerant *MOHD<sup>1</sup>*  
*Edd. uet. duo*: potuerunt *PFUpB*: poterant *RnDL* 7 sustineri  
*PFUpBOHL*: sustinere *MD* 10 consul *MOHRnL Ed. Rom.*

si exercitus sine imperatore triumphare possit, pro eximia eo bello opera facile passurum respondit; se familia funesta Q. Fabi fratriis morte, re publica ex parte orba [consule altero amisso] publico priuatoque deformem luctu lauream non accepturum. Omni acto triumpho depositus triumphus 11 clarior fuit; adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior rediit. Funera deinde duo deinceps collegae fratrisque dicit, idem in utroque laudator, cum concedendo illis suas laudes ipse maximam partem earum ferret. Neque immemor eius quod initio consulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, saucios milites curandos diuidit patribus. Fabiis plurimi dati, nec alibi maiore cura habitii. Inde populares iam esse Fabii, nec hoc ulla nisi salubri rei publicae arte.

Igitur non patrum magis quam plebis studiis K. Fabius 48 cum T. Verginio consul factus neque belli neque dilectus neque ullam aliam priorem curam agere quam ut iam aliqua ex parte incohata concordiae spe, primo quoque tempore cum patribus coalescerent animi plebis. Itaque principio 2 anni censuit priusquam quisquam agrariae legis auctor tribunus exsisteret, occuparent patres ipsi suum munus facere; captiuum agrum plebi quam maxime aequaliter darent; uerum esse habere eos quorum sanguine ac sudore partus sit. Aspernati patres sunt; questi quoque quidam nimia 3

1469: consuli *PFU<sub>p</sub>B* dett.: cons. *D* consule altero amisso *seclusi*: in *FOD* inter puncta stat, quae in *F* rara sunt amisso *F<sup>1</sup>RnDL*  
*dett. Ed. Rom.* 1469: omissio *MPFU<sub>p</sub>BOH* 11 reddit *MPFU<sub>p</sub>B* *OHRnDL*: reddit *D<sup>2</sup>* dett. *unus Edd. uet. duo Ald.* 12 ulla *Gruter*:  
 ulla re *MP<sup>2</sup>UpOHRn* sed in *M* re *maioribus litteris* (cf. c. 1. 49. 7  
*adn.*): nulla re *PFB*: ualerem (*uel cal-*) *D*: ualerem *L*. *Voce* arte in  
 parte corrupta, additamentum re necessarium fuit reipublicae arte  
*Gruter*, iam ab *FB* (reiparte in utroque) confirmatus: reip. parte *MP*  
*UpOHRnDL* *Ald.*

48 i K. Fabius] Ceso Fabius *Rn<sup>2</sup>* dett. *duo et sic Fasti Capitol.* per  
 plura testimonio, Momms. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 101: c. fabius *UpHDL*: g.  
 fabius Vorm. PBO: q. fabius *F<sup>3</sup>* in *rasura*: c. fabius (*sic*) *M* (*fort. ex  
 ce- i.e. cae- natum*) belli Hearne, iam a *D* (*ut puto*) confirmatus:  
 bella *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>1</sup>L*

gloria luxuriare et euanescere uiuidum quondam illud Cae-  
sonis ingenium.

4 Nullae deinde urbanae factiones fuere ; uexabantur incursionibus Aequorum Latini. Eo cum exercitu Caeso missus in ipsorum Aequorum agrum depopulandum transit. Aequi se in oppida receperunt murisque se tenebant ; eo nulla  
5 pugna memorabilis fuit. At a Veiente hoste clades accepta temeritate alterius consulis, actumque de exercitu foret, ni K. Fabius in tempore subsidio uenisset. Ex eo tempore neque pax neque bellum cum Veientibus fuit ; res proxime  
6 formam latrocinii uenerat. Legionibus Romanis cedebant in urbem ; ubi abductas senserant legiones, agros incursabant, bellum quiete, quietem bello in uicem eludentes. Ita neque omitti tota res nec perfici poterat ; et alia bella aut praesentia instabant, ut ab Aequis Volscisque, non diutius quam recens dolor proximae clavis transiret quiescentibus, aut mox moturos [se] apparebat Sabinos semper infestos  
7 Etruriamque omnem. Sed Veiens hostis, adsiduuus magis quam grauis, contumeliis saepius quam periculo animos agitabat, quod nullo tempore neglegi poterat aut auerti alio  
8 sinebat. Tum Fabia gens senatum adiit. Consul pro gente loquitur : ‘Adsiduo magis quam magno praesidio, ut scitis, patres conscripti, bellum Veiens eget. Vos alia bella curate, Fabios hostes Veientibus date. Auctores sumus tutam ibi  
9 maiestatem Romani nominis fore. Nostrum id nobis uelut familiare bellum priuato sumptu gerere in animo est ; res publica et milite illic et pecunia uacet.’ Gratiae ingentes  
10 actae. Consul e curia egressus comitante Fabiorum agmine, qui in uestibulo curiae senatus consultum exspectantes

5 proxime *Ed. Frob.* 1535 (*cf. e.g. c. 41. 11*) : proxime in *PFUpBH RnDL* *Ed. Rom.* 1469 *Ald.* : proximae in *M* : proxima in *O* : proxime iam *Zingerle* 6 quam *MPFUUpBOHRnDL* : add. dum *M. Mueller ex abundantia sua* moturos se *MPFUUpBOHRnDL* : se *delet Madv. recte* : nam etiam si alia bella aut pro aut alia bella *Liuiiana licentia* (*cf. c. 27. 2*) *poni putas, ne sic quidem recte currat sententia*

steterant, domum redit. Iussi armati postero die ad limen consulis adesse ; domos inde discedunt.

Manat tota urbe rumor ; Fabios ad caelum laudibus **49** ferunt : familiam unam subisse ciuitatis onus ; Veiens bellum in priuatam curam, in priuata arma uersum. si sint **2** duae roboris eiusdem in urbe gentes, depositant haec Volscos sibi, illa Aequos : populo Romano tranquillam pacem agente omnes finitos subigi populos posse. Fabii postera die arma capiunt ; quo iussi erant conueniunt. Consul palu- **3** datus egrediens in uestibulo gentem omnem suam instructo agmine uidet ; acceptus in medium signa ferri iubet. Nunquam exercitus neque minor numero neque clarior fama et admiratione hominum per urbem incessit. Sex et trecenti **4** milites, omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneres, egregius quibuslibet temporibus senatus, ibant, unius familiae uiribus Veienti populo pestem minitantes. Sequebatur turba propria alia cognatorum sodalium- **5** que, nihil medium, nec spem nec curam, sed immensa omnia uoluentium animo, alia publica sollicitudine excitata, fauore et admiratione stupens. Ire fortes, ire felices iubent, **6** inceptis euentus pares reddere ; consulatus inde ac triumphos, omnia praemia ab se, omnes honores sperare. Prae- **7** tereuntibus Capitolium arcemque et alia templa, quidquid deorum oculis, quidquid animo occurrit, precantur ut illud agmen faustum atque felix mittant, sospites breui in patriam ad parentes restituant. In cassum missae preces. Infelici **8** uia, dextro iano portae Carmentalis, profecti ad Cremeram flumen perueniunt. Is opportunus uisus locus communiendo praesidio.

**10** redit *MHRnDL Ald.* : rediit *PFUpBO Edd. uet. duo*

**49** **3** minor *PFBOHRnDL* : ut minorin *M* : ut minor *M<sup>1</sup>* : minor in *Up* **4** sperneres, egregius *sane diuinitus Madvig* (*cf. Ov. F. 2. 200* e quis dux fieri quilibet aptus erat ; *et Eutrop. I. 14*) : sperneret egregius *MFUpBOHRnDL Edd. uet. Ald.* **5** alia publica *PFUpBORnDL* : aliqua publica *H* : publica *M* fauore *Vorm.?* *MPFUpBOH Ed. Rom. 1469* : ex fauore *RnDL Ald.*

- 9 L. Aemilius inde et C. Seruilius consules facti. Et donec nihil aliud quam in populationibus res fuit, non ad praesidium modo tutandum Fabii satis erant, sed tota regione qua Tuscus ager Romano adiacet, sua tuta omnia, infesta hostium,  
 10 uagantes per utrumque finem, fecere. Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit, dum et Veientes accito ex Etruria exercitu praesidium Cremerae oppugnant, et Romanae legiones ab L. Aemilio consule adductae cominus  
 11 cum Etruscis dimicant acie; quamquam uix dirigendi aciem spatium Veientibus fuit; adeo inter primam trepidationem, dum post signa ordines introeunt subsidiaque locant, inuecta subito ab latere Romana equitum ala non pugnae modo in-  
 12 cipiendae sed consistendi ademit locum. Ita fusi retro ad saxa Rubra—ibi castra habebant—, pacem supplices petunt. Cuius impetratae, ab insita animis leuitate, ante deductum Cremera Romanum praesidium paenituit.
- 50 Rursus cum Fabiis erat Veienti populo, sine ullo maioris belli apparatu, certamen; nec erant incursions modo in agros aut subiti impetus *(in)* incursantes, sed aliquotiens 2 aequo campo conlatisque signis certatum, gensque una populi Romani saepe ex opulentissima, ut tum res erant, 3 Etrusca ciuitate uictoriam tulit. Id primo acerbum indi- gnumque Veientibus est uisum; inde consilium ex re natum insidiis ferocem hostem captandi; gaudere etiam multo suc- 4 cessu Fabiis audaciam crescere. Itaque et pecora praedan-

10 dum et MOHRnDL Ed. Rom. 1469: et dum P: dum FUpB  
 11 dirigendi MPFUpBOHRnDL, hic rectissime (*i.e.* ‘in rectum ordinem redigendi’); contra derigere significat ‘in certum finem intendere’); cf. c. 6. 8 *adn.*

50 i modo . . . incursantes *om.* RnDL sed in D hiatus siglum **¶**, d (ex h. d. ‘hic defit’ correptum) quod deleuit D<sup>4</sup>, omissa in marg. supplens: incursions id L; tum pro sed, se DL, sed D<sup>2</sup>. Plura huius sigli exempla praebet Walters, *Class. Review*, xvii (1903), p. 161; cf. I. 39. i *adn.* *(in)* incursantes Goebel: incursantes ium P: incursantes lupi M (sed lupi maioribus litteris, cf. c. 39. 3 *adn.*): incursantium P<sup>2</sup>FUpBOHD<sup>4</sup> marg. dett. alig.: occursantium Karsten: malim totum absit, sed si interpolatio est, antiquior esse quam omissio in RnDL debet

tibus aliquotiens, uelut casu incidissent, obuiam acta, et agrestium fuga uasti relict i agri, et subsidia armatorum ad arcendas populationes missa saepius simulato quam uero pauore refugerunt. Iamque Fabii adeo contempserant hos 5 tem ut sua iniucta arma neque loco neque tempore ullo crederent sustineri posse. Haec spes prouexit ut ad conspecta procul a Cremera magno campi interuallo pecora, quamquam rara hostium apparebant arma, decurrerent. Et 6 cum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent palatique passim uaga, ut fit pauore injecto, raperent pecora, subito ex insidiis consurgitur ; et aduersi et undique hostes erant. Primo clamor circumlatus exterruit, 7 dein tela ab omni parte accidebant ; coeuntibusque Etruscis, iam continent agmine armatorum saepti, quo magis se hostis inferebat, cogebantur breuiore spatio et ipsi orbem colligere, quae res et paucitatem eorum insignem et multitudinem 8 Etruscorum, multiplicatis in arto ordinibus, faciebat. Tum 9 omissa pugna, quam in omnes partes parem intenderant, in unum locum se omnes inclinant ; eo nisi corporibus armisque rupere cuneo uiam. Duxit uia in editum leniter collem. 10 Inde primo restitere ; mox, ut respirandi superior locus spatium dedit recipiendique a pauore tanto animum, pepulere etiam subeuntes, uincebatque auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiens in uerticem collis euassisset. Ita supe- 11 rior rursus hostis factus. Fabii caesi ad unum omnes praesidiumque expugnatum. Trecentos sex perisse satis conuenit, unum prope puberem aetate relictum, stirpem genti Fabiae dubiisque rebus populi Romani saepe domi bellique uel maximum futurum auxilium.

<sup>7</sup> accidebant *Gebhard*: accedebant *MPFUþBOHRnDL Edd. uet. Ald.* <sup>8</sup> et paucitatem *Vorm.?* *M Ed. Rom. 1470: om. et PFUp BOHRnDL Edd. uet. aliq. Ald.* <sup>10</sup> leniter *dett. aliq. Ed. Rom. 1469: leuiter MPFUþBOHRnDL (cf. I. 34. 8)* uincebatque *MF<sup>3</sup>UpRnD<sup>3</sup> Ed. Rom. 1469 Ald.:* uincebantque *PFBOHDL* <sup>11</sup> aetate *M<sup>1</sup>(uel M<sup>2</sup>) PFBOHRnDL dett. Edd. uet. duo Ald.:* aetatem *MUp, fort. recte (cf. I. 3. 1; I. 35. 1)*

51 Cum haec accepta clades est, iam C. Horatius et T. Menenius consules erant. Menenius aduersus Tuscos uictoria elatos confestim missus. Tum quoque male pugnatum est, et Ianiculum hostes occupauere; obsessaque urbs foret, super bellum annona premente—transierant enim Etrusci Tiberim—, ni Horatius consul ex Volscis esset reuocatus. Adeoque id bellum ipsis institit moenibus, ut primo pugnatum ad Spei sit aequo Marte, iterum ad portam Collinam.

3 Ibi quamquam paruo momento superior Romana res fuit, meliorem tamen militem, recepto pristino animo, in futura proelia id certamen fecit.

4 A. Verginius et Sp. Seruilius consules fiunt. Post accep tam proxima pugna cladem Veientes abstinuere acie; populationes erant, et uelut ab arce Ianiculo passim in Romanum agrum impetuſ dabant; non usquam pecora tuta, non agrestes erant. Capti deinde eadem arte sunt qua ceperant Fabios. Secuti dedita opera passim ad inlecebras propulsa pecora praecipitauere in insidias; quo plures erant, maior caedes fuit. Ex hac clade atrox ira maioris cladis causa atque initium fuit. Traiecto enim nocte Tiberi, castra Seruili consulis adorti sunt oppugnare. Inde fusi magna caede in Ianiculum se aegre recepere. Confestim consul et ipse transit Tiberim, castra sub Ianiculo communit. Postero die luce orta nonnihil et hesterna felicitate pugnae ferox, magis

51 1 clades est iam *Crevier*: clades esset iam *MPFU<sub>p</sub>BOHRn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>* (*sed Rn<sup>2</sup> in ras. amplius trium litterarum*): clade se etiam *DL*, *quod tamen proxime ex ēēt* (*i.e.* esset) *potius quam ex ēēt* (*i.e.* est) *natum erit. Putandum est igitur est primo in eēt per lituram aliquam mutatum*

T. Menenius *MPFU<sub>p</sub>B*: t. meneius *O*: l. menenius *H*: l. menenius *RnDL*: *meliorum codicum lectionem comprobant etiam Fastorum laterculi fontes C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 101* 4 Sp. Seruilius *Rn* *dett. unus, cf. c. 52. 6 (et sic Cassiod. C. I. L. ib.)*: p. seruilius *MPFU<sub>p</sub>BOHDL* proxima pugna *Gron.*, *D?*: proxime pugna *Duel D<sup>1</sup>*: proxime pugnae *D<sup>2</sup>*: proximam pugnae (*uel -gne*) *MPFU<sub>p</sub>BOHRnL* acie *MRnD<sup>3</sup>*: aciem *PFU<sub>p</sub>BOHDL* ab arce *MPFU<sub>p</sub>BOHRnL*: om. *H*: arace *D?* Ianiculu *Madv.*: Ianiculi *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* 7 Postero *MPFBOHRnDL*: postera (*ut et codd. meliores in c. 49. 2*) *Up* (*ut fere semper*) *Ed. Rom. 1469 Ald.* felicitate *MOHRnDL*: felicitas *P<sup>2</sup>F*

tamen quod inopia frumenti quamuis in praecipitia, dum celeriora essent, agebat consilia, temere aduerso Ianiculo ad 8 castra hostium aciem erexit, foediusque inde pulsus quam pridie pepulerat, interuentu collegae ipse exercitusque est seruatus. Inter duas acies Etrusci, cum in uicem his atque 9 illis terga darent, occidione occisi. Ita oppressum temeritate felici Veiens bellum.

Vrbi cum pace laxior etiam annonam rediit, et aduecto ex 52 Campania frumento, et postquam timor sibi cuique futurae inopiae abiit, eo quod abditum fuerat prolato. Ex copia 2 deinde otioque lasciuire rursus animi et pristina mala, postquam foris deerant, domi quaerere. Tribuni plebem agitare suo ueneno, agraria lege ; in resistentes incitare patres, nec in uniuersos modo sed in singulos. Q. Considius et T. 3 Genucius, auctores agrariae legis, T. Menenio diem dicunt. Inuidiae erat amissum Cremerae praesidium, cum haud procul inde statuua consul habuisse ; ea oppressit, cum et 4 patres haud minus quam pro Coriolano adnisi essent et patris Agrippae fauor haudum exoleuisset. In multa tem- 5 perarunt tribuni ; cum capitis anquisissent, duorum milium aeris damnato multam dixerunt. Ea in caput uertit ; negant tulisse ignominiam aegritudinemque ; inde morbo absumptum.

*UpB* : felicitates *M<sup>1</sup>P* in praecipitia *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BD<sup>1</sup>* : *om.*, in *OHRnD* et *D<sup>3</sup>L* dett. *aliqu.* *Edd. Rom.* 1469, 1470 *Ald.* dum *MPF* *UpBOHRnDL* (*sed fort.* cum *M* dum *M<sup>1</sup>*) agebat *R<sup>2</sup>D<sup>2</sup>Up* dett. *Rhenan.* : agebant *Vorm.* *MPFBOHRnDL* *Ald.*

52 2 in uniuersos *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>x</sup>* : *om.* in *RnDL* 3 ea oppressit *Gron. optime*, et sic *M*, ut credo : eam oppressit *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BHD<sup>3</sup>* (*ut secundam lect.*) : eam oppresserunt *ORnDL* (*sed ante eam add.* *siglum 1*, *saepe corruptelae notam*, *D.* rursus deleuit *D<sup>x</sup>*) : eum oppresserunt dett. *aliqu.* 4 haudum *OH Ed. Rom.* 1469 *Ald.* : haudum *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* 5 duorum milium *J. S. Reid optime* (*in Edit. mea huius Lib.*) : duo milia *MPFHDL* (*plene in omnibus*) : duo mil<sup>2</sup> *B* : duo *O* multam dixerunt dett. *unus* : multa dixerunt *Rn<sup>2</sup>* : multam edixerunt *MPFU<sub>p</sub>BODL* : multa edixerunt *Rn* : multam eduxerunt *H* : multae dixerunt olim *Madv. ex marg.* dett. *unius* : uide sis adn. in *Ed. mea* absumptum *M* (*et uacat spatium quod esse*

- 6 Alius deinde reus, Sp. Seruilius, ut consulatu abiit, C. Nautio et P. Valerio consulibus, initio statim anni ab L. Caedicio et T. Statio tribunis die dicta, non ut Menenius, precibus suis aut patrum sed cum multa fiducia innocentiae  
 7 gratiaeque tribunicios impetus tulit. Et huic proelium cum Tuscis ad Ianiculum erat crimini. Sed ferudi animi uir ut in publico periculo ante, sic tum in suo, non tribunos modo sed plebem oratione feroci refutando exprobrandoque T. Meneni damnationem mortemque, cuius patris munere restituta quondam plebs eos ipsos quibus tum saeuiret magistratus,  
 8 eas leges haberet, periculum audacia discussit. Iuuit et Verginius collega testis productus, participando laudes ; magis tamen Menenianum—adeo mutauerant animum— profuit iudicium.
- 53 Certamina domi finita : Veiens bellum exortum, quibus Sabini arma coniunxerant. P. Valerius consul accitis Latinorum Hernicorumque auxiliis cum exercitu Veios missus castra Sabina, quae pro moenibus sociorum locata erant, confestim adgreditur ; tantamque trepidationem iniecit ut dum dispersi alii alia manipulatim excurrunt ad arcendam hostium uim, ea porta cui signa primum intulerat caperetur.  
 2 Intra uallum deinde caedes magis quam proelium esse. Tumultus e castris et in urbem penetrat ; tamquam Veii captis, ita pauidi Veientes ad arma currunt. Pars Sabinis eunt subsidio, pars Romanos toto impetu intentos in castra  
 3 adoriuntur. Paulisper auersi turbatique sunt ; deinde et

*capere potest sed nihil erasum est) : absumptum esse PF<sup>3</sup>HDL (sed in P-m pleniore calamo, cf. 1. 41. 4 adn.) : absumptum est F? : adsumptum est B : assumptum est O*      6 *L. Caedicio HRn (cf. Dion. Hal. 9. 28. 1) : l. ceditio ODL : t. caeditio PFB : t. caedicio Up : ceditio M*      7 *ante sic tum M<sup>3</sup>HRn<sup>2</sup> dett. Ed. Rom. 1469 : antea ictum M : ante se ictum L : ante se ictu D : ante ictum PFB (sed in F linea infra has uoces ducta) : ante id tum Up : ante sicut tum O saeuiret MPFUpBORn : seuire HDL : seruiret D<sup>3</sup>*

*53 1 alii alia MPFBRnD<sup>3</sup> uel D<sup>1</sup>L, 'lectio uetus' Rhenan. (quod Drak. hic de Vorm. intellegit) Ed. Rom. 1469 : alialia D? : alii alii OH dett. aliq. : alii alio dett. unus : alii Up*

ipsi utroque uersis signis resistunt, et eques ab consule immissus Tuscos fundit fugatque, eademque hora duo exercitus, duae potentissimae et maxime finitimae gentes superatae sunt. Dum haec ad Veios geruntur, Volsci Aequique 4 in Latino agro posuerant castra populatique fines erant. Eos per se ipsi Latini adsumptis Hernicis, sine Romano aut duce aut auxilio castris exuerunt ; ingenti praeda praeter 5 suas reciperatas res potiti sunt. Missus tamen ab Roma consul in Volscos C. Nautius ; mos, credo, non placebat, sine Romano duce exercituque socios propriis uiribus consiliisque bella gerere. Nullum genus calamitatis contume- 6 liaeque non editum in Volscos est, nec tamen perPELLi potuere ut acie dimicarent.

L. Furius inde et C. Manlius consules. Manlio Veientes 54 prouincia euenit ; non tamen bellatum ; indutiae in annos quadraginta potentibus datae frumento stipendioque imperato. Paci externae confestim continuatur discordia domi. 2 Agrariae legis tribuniciis stimulis plebs furebat. Consules, nihil Meneni damnatione, nihil periculo deteriti Seruili, summa ui resistunt. Abeuentes magistratu Cn. Genucius tribunus plebis arripuit.

L. Aemilius et Opiter Verginius consulatum ineunt ; 3 Vopiscum Iulum pro Verginio in quibusdam annalibus consulem inuenio. Hoc anno, quoscumque consules habuit, rei ad populum Furius et Manlius circumeunt sordidati non plebem magis quam iuniores patrum. Suadent 4

3 maxime finitumae *MPFBHDL* (*in DL* finitū egentes : *in B* finitum agentes) : maxumae finitimae *O* 4 posuerant *MODL* : posuerunt *PFUpBH* ; sed pluribus in locis *Plusquamperfecto* uititur *Liuius ubi tempus actionis accuratius statuere nequit*, e.g. 3. 24. 9; 7. 25. 10; 9. 21. 1; 9. 23. 2; cf. etiam *Imperfecti usum* 2. 39. 9; 2. 51. 1  
5 reciperatas *MPFBH* : recuperatas *P<sup>2</sup>F<sup>1</sup>UpORnDL* 6 perPELLi *Rn<sup>2</sup>* dett. unus *Ald.* : perpeti (*ex perPELLi natum*) *Vorm.* *MPFUpBOH RnDL* dett. : perlici *Edd. uet.*

54 1 Manlius *O* (cf. § 3) : manilius *MPFUpHRnDL* (*et sic Cassiod.*, cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 103) : manibus *B* Manlio *MO* : manilio *PFUpB HRnDL* 2 Paci *P<sup>2</sup>F<sup>2</sup>Rn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* : pacis *PF?* *UpBOHRnDL* : facis *M* 3 Manlius *MOHRnDL* : manilius *PFUpB* sordidati *MO*

monent honoribus et administratione rei publicae abstinent; consulares uero fasces, praetextam, curulemque sellam nihil aliud quam pompam funeris putent; claris insignibus uelut infulis uelatos ad mortem destinari. quod si consulatus tanta dulcedo sit, iam nunc ita in animum inducant consulatum captum et oppressum ab tribunicia potestate esse; consuli, uelut apparitori tribunicio, omnia ad nutum imperiumque tribuni agenda esse; si se commouerit, si respexerit patres, si aliud quam plebem esse in re publica crediderit, exsilio Cn. Marci, Meneni damnationem et mortem sibi proponat ante oculos. His accensi uocibus patres consilia inde non publica sed in priuato seductaque a plurium conscientia habuere, ubi cum id modo constaret, iure an iniuria, eripiendo esse reos, atrocissima quaeque maxime placebat sententia, nec auctor quamuis audaci facie nori deerat. Igitur iudicii die, cum plebs in foro erecta exspectatione staret, mirari primo quod non descendenteret tribunus; dein cum iam mora suspectior fieret, deterritum a primoribus credere et desertam ac proditam causam publicam queri; tandem qui obuersati uestibulo tribuni fuerant nuntiant domi mortuum esse inuentum. Quod ubi in totam contionem pertulit rumor, sicut acies funditur duce occiso, ita dilapsi passim alii alio. Praecipuus pauor tribunos inuaserat, quam nihil auxilii sacratae leges haberent morte colligae monitos. Nec patres satis moderate ferre laetitiam, adeoque neminem noxiae paenitebat, ut etiam insontes fecisse uideri uellent, palamque ferretur malo domandam tribuniciam potestatem.

*Ed. Rom. 1469: sordidatim PFUpB: sordidaque HRnDL (nam in noni saeculi scriptura haud procul distat tq -ti ab -q): sordidatique D<sup>3</sup>*

5 nunc MOHDL Ald., cf. 3. 39. 9 adn.: tunc PFUpB 6 proponat Up (Häggström) uel Up<sup>2</sup> (Frig.)? Ald.: proponant MPFBOH RnDL 7 consilia MPFUpBOHRnDL Ald.: concilia Gron. fort. recte, cf. c. 28. 3 habuere MOHRn<sup>2</sup>DL dett. aliq. Ed. Rom. 1469 Ald.: habere PFUpBRnD<sup>2</sup>, fort. recte 10 malo PFUpBOH RnDL: malam M: malam malo Als. fort. recte, cf. 7. 4. 7

Sub hac pessimi exempli uictoria dilectus edicitur, pauentibusque tribunis sine intercessione ulla consules rem peragunt. Tum uero irasci plebs tribunorum magis silentio quam consulum imperio, et dicere actum esse de libertate sua ; rursus ad antiqua redditum ; cum Genucio una mortuam ac sepultam tribuniciam potestatem. aliud agendum ac cogitandum quomodo resistatur patribus ; id autem unum consilium esse ut se ipsa plebs, quando aliud nihil auxilii habeat, defendat. quattuor et uiginti lictores apparere consulibus et eos ipsos plebis homines ; nihil contemptius neque infirmius, si sint qui contemnant ; sibi quemque ea magna atque horrenda facere. His uocibus alii alios cum incitassent, ad Voleronem Publilium de plebe hominem quia, quod ordines duxisset, negaret se militem fieri debere, lictor missus est a consulibus. Volero appellat tribunos. Cum auxilio nemo esset, consules spoliari hominem et uirgas expediri iubent. ‘Prouoco’ inquit, ‘ad populum’ Volero, ‘quoniam tribuni ciuem Romanum in conspectu suo uirgis caedi malunt quam ipsi in lecto suo a uobis trucidari.’ Quo ferocius clamitabat, eo infestius circumscindere et spoliare lictor. Tum Volero et praeualens ipse et adiuuantibus aduocatis repulso lictore, ubi indignantium pro se acerimus erat clamor, eo se in turbam confertissimam recipit clamitans : ‘Prouoco et fidem plebis imploro. Adeste, ciues ; adeste, commilitones ; nihil est quod exspectetis tribunos quibus ipsis uestro auxilio opus est.’ Concitati homines ueluti ad proelium se expedient, apparebatque omne discrimen adesse ; nihil cuiquam sanctum, non publici fore, non priuati iuris. Huic tantae tempestati cum se

55 1 sub hac . . . uictoria *MPF<sup>3</sup>UpBOHRnDL Ald.*, cf. 27. 15. 8  
(*Put.*) et *Caesar*, *B. Civ.* 1. 27. 3 : sub hanc uictoriam *Gron.*, *fort. recte*  
2 quomodo *PFU<sup>3</sup>UpBOHRnDL* : modo *M* 3 sint *PFU<sup>3</sup>UpBOH*  
*RDL* : sunt *M* (*uix recte, sed cf. 2. 15. 3; 2. 58. 5; 3. 2. 3*) 6 Tum  
Volero . . . lictore *om. O* Tum *MP<sup>2</sup>FU<sup>3</sup>UpBHDL* : *om. P* recipit  
*MPUpOH Ed. Rom.* 1469 *Ald.* : recipit *FBRnDL*

consules obtulissent, facile experti sunt parum tutam maiestatem sine uiribus esse. Violatis lictoribus, fascibus fractis, e foro in curiam compelluntur, incerti quatenus Volero exerceret uictoriā. Conticescente deinde tumultu cum in senatum uocari iussissent, queruntur iniurias suas, uim plebis, Voleronis audaciam. Multis ferociter dictis sententiis, uicere seniores quibus ira patrum aduersus temeritatem plebis certari non placuit.

**56** Voleronem amplexa fauore plebs proximis comitiis tribunum plebi creat in eum annum qui L. Pinarium P. Furium consules habuit. Contraque omnium opinionem, qui eum uexandis prioris anni consulibus permissurum tribunatum credebant, post publicam causam priuato dolore habito, ne uerbo quidem uiolatis consulibus, rogationem tulit ad populum ut plebeii magistratus tributis comitiis fierent. Haud parua res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur, sed quae patriciis omnem potestatem per clientium suffragia creandi quos uellent tribunos auferret. Huic actioni gratisimae plebi cum summa ui responderent patres, nec quae una uis ad resistendum erat, ut intercederet aliquis ex collegio, auctoritate aut consulum aut principum adduci posset, res tamen suo ipsa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Plebs Voleronem tribunum reficit: patres, ad ultimum dimicationis rati rem uenturam, Ap. Claudium Appi filium, iam inde a paternis certaminibus inuisum infestumque plebi, consulem faciunt. Collega ei T. Quintius datur.

**56** <sup>1</sup> plebi (*plene*) *MPFBOHRnDL*: plebis *Rn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* <sup>2</sup> permisurum *HRnDL* *Ald.*: permissurum administraturum *Vorm.* *M*: administraturum permissurum *PUpB*: administraturum *F<sup>2</sup>* et (*ut uidetur*) *FO Edd. uet.*: pertinacissimum administraturum *Ed. Rom.* <sup>3</sup> plebeii *O*: plebei *MUpHRnDL*: plebi et *PFB* <sup>4</sup> nec quae *Up Ed. Ven.* <sup>1470</sup> *Ald.*: neque (*uel neq.*) *MPFBOHRnDL* *dett. Edd. Rom.* <sup>1469</sup> *et 1470* uis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* *dett. Edd. uet. Ald.*: uia *Koch, pessime* ipsa molimine *PFU<sub>p</sub>BOD<sup>2</sup>*: ipsa olimine *RnL?*: ipsa olimine *MHDL?*

Principio statim anni nihil prius quam de lege agebatur. 6  
 Sed ut inuentor legis Volero, sic Laetorius, collega eius,  
 auctor cum recentior tum acrior erat. Ferocem faciebat 7  
 belli gloria ingens, quod aetatis eius haud quisquam manu  
 promptior erat. Is, cum Volero nihil praeterquam de lege  
 loqueretur, insectatione abstinentis consulum, ipse [in] accu-  
 sationem Appi familiaeque superbissimae ac crudelissimae  
 in plebem Romanam exorsus, cum a patribus non consu-  
 lem, sed carnificem ad uexandam et lacerandam plebem 8  
 creatum esse contenderet, rudis in militari homine lingua  
 non suppetebat libertati animoque. Itaque deficiente ora- 9  
 tione, ‘Quando quidem non facile loquor’ inquit, ‘Quirites,  
 quam quod locutus sum praesto, crastino die adeste ; ego  
 hic aut in conspectu uestro moriar aut perferam legem’.  
 Occupant tribuni templum postero die ; consules nobilitas- 10  
 que ad impediendam legem in contione consistunt. Sum-  
 moueri Laetorius iubet, praeterquam qui suffragium ineant.  
 Adulescentes nobiles stabant nihil cedentes uiatori. Tum 11  
 ex his preendi quosdam Laetorius iubet. Consul Appius  
 negare ius esse tribuno in quemquam nisi in plebeium ;  
 non enim populi sed plebis eum magistratum esse ; nec 12  
 illam ipsam submouere pro imperio posse more maiorum,  
 quia ita dicatur : ‘Si uobis uidetur, discedite, Quirites.’  
 Facile contemptim de iure disserendo perturbare Laetorium  
 poterat. Ardens igitur ira tribunus uiatorem mittit ad con- 13  
 sulem, consul lictorem ad tribunum, priuatum esse clami-  
 tans, sine imperio, sine magistratu ; uiolatusque esset tribu- 14

6 auctor . . . aetatis eius *om.* *L* auctor *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD* Ed.  
*Rom.* 1469 *Ald.* *Gron.*, *rectissime* : actor *dett. aliq.* 7 [in] accusa-  
 tionem *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* *Ald.* : in *seclusit* *Crevier*, cf. c. 38.  
 2 : iam accusationem *C. Schenkl* ac crudelissimae *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*DL* : *om.* *Rn* 9 facile *MPFBOHRnDL* *Ald.* *Gron.* (cf. e.g. 25.  
 15. 9; *Verg. G.* 3. 309) : facile et *Up* : tam facile *Ed.* *Mogunt.* 1518  
 10 occupant *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : occupabant *M* 11 ius esse *MIP<sup>2</sup>*  
*UpOD<sup>1</sup>* : ius esset *MPHRnDL* : iussit *FB* 12 illam ipsam scripsi,  
 cf. 3. 9. 10 et 4. 51. 8 : illum ipsum *MPFU<sub>p</sub>BORnDL* *dett.* *Edd.* *uet.* :  
 ullum ipsum *H* facile *Drak.*, *dett. unus* : facile et *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnDL* *Ald.*

nus, ni et contio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem esset, et concursus hominum in forum ex tota urbe concitatae multitudinis fieret. Sustinebat tamen Appius pertinacia  
 15 tantam tempestatem, certatumque haud incruento proelio foret, ni Quintcius, consul alter, consularibus negotio dato ut collegam ui, si aliter non possent, de foro abducerent, ipse nunc plebem saeuientem precibus lenisset, nunc orasset tribunos ut concilium dimitterent; darent irae spatium;  
 16 non uim suam illis tempus adempturum, sed consilium uiribus additurum; et patres in populi et consulem in patrum fore potestate.

**57** Aegre sedata ab Quintcio plebs, multo aegrius consul alter a patribus. Dimisso tandem concilio plebis senatum  
 2 consules habent. Vbi cum timor atque ira in uicem sententias uariassent, quo magis spatio interposito ab impetu ad consultandum auocabantur, eo plus abhorrebant a certatione animi, adeo ut Quintcio gratias agerent quod eius opera  
 3 mitigata discordia esset. Ab Appio petitur ut tantam consularem maiestatem esse uellet quanta esse in concordi ciuitate posset; dum tribunique et consules ad se quisque omnia trahant, nihil relictum esse uirium in medio; distractam laceratamque rem publicam; magis quorum in  
 4 manu sit quam ut incolmis sit quaeri. Appius contra testari deos atque homines rem publicam prodi per metum ac deserit; non consulem senatui sed senatum consuli deesse; grauiores accipi leges quam in Sacro monte acceptae sint. Victus tamen patrum consensu quieuit; lex silentio perfertur.

**56 14** hominum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>3</sup>L* : hominu *D* : *secl. Forchham.*,  
*fort. recte*

**57** 2 auocabantur *dett. unus* : aduocabantur *PFU<sub>p</sub>BOHDL* : aduocabatur *M* 3 concordi ciuitate *PFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>x</sup>* : concordi ciuitatem *DL* (-em *fort. ex praec.* maiestatem *repetitum*) : cordia ciuitatem *M* : concordia ciuitate *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>* : concordia ciuitatis *M<sup>3</sup>* tribunique et consules *Alschr.* : tribuniq' consules *M* : tribunique consules *PDL* 'antiqua lectio' *Rhenan.* : tribuni et consules *OH* : tribuni consulesque *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BRn<sup>2</sup>* *dett. aliq.* : tribunique consulesque *D<sup>2</sup>*, *Rhenan.* : *fort.* consules tribunique (*cf. 3. 2. 11 odioque ira in F*) distractam *MF<sup>3</sup>ORnDL Edd. uet.* : distractam *H* : districtam *PFU<sub>p</sub>B*

Tum primum tributis comitiis creati tribuni sunt. Nu- 58  
mero etiam additos tres, perinde ac duo antea fuerint, Piso  
auctor est. Nominat quoque tribunos, Cn. Siccius, L. 2  
Numitorium, M. Duillium, Sp. Icilium, L. Maecilium.

Volscum Aequicunque inter seditionem Romanam est 3  
bellum coortum. Vastauerant agros ut si qua secessio ple-  
bis fieret ad se receptum haberet; compositis deinde rebus  
castra retro mouere. Ap. Claudius in Volscos missus, 4  
Quinctio Aequi prouincia euenit. Eadem in militia saeuitia  
Appi quae domi esse, liberior quod sine tribuniciis uinculis  
erat. Odisse plebem plus quam paterno odio: se uictum 5  
ab ea; se unico consule electo aduersus tribuniciam potes-

58 i additos *F<sup>3</sup>* Ed. *Mogunt.* 1519: addito *D*: addito *MP<sup>2</sup>FUpBOHRnDL*: addito *P* 2 *Duillium F<sup>2</sup> Madv.*: *Duillium MPFUpB OHRnDL* dett.; sed c. 61. 2 inf. idem homo *Duillius uocatur in MPFUp HRnDL*, *Diullius in PB*, *Duillius in O*; in 3. 35. 5 eadem gens *Duellia* sed nouiens eodem in Libro tribunus plebis M. *Duillius uel Duilius nominatur* (3. 52. 1 et 2; 54. 12 et 13; 55. 14; 59. 1; 64. 4 et 6 et 11), semel *Kaeso Duilius* (*uel Duillius*) *decemuir* 3. 35. 11; in sequentibus, quinque locos cognouimus quorum in uno (7. 21. 6) C. *Duillius quinqueuir* (*paene certe plebeius*), in quattuor (5. 13. 3; 7. 16. 1; 8. 16. 1 et 14) *Duiliu uel Duillii nominantur*. Constat autem *Duiliam et Duilliam gentem unam et eandem fuisse, ultimo reipublicae saeculo per -ll- scriptam, prius per -l- tantum*. Sed per leges phoneticas sermonis Latini quo in urbe homines utebantur non licet hanc formam cum *Duilio conciliare*. Aut igitur *Duellii* (quicumque et quandcumque exstitere) originem aliam habuere; aut nulli omnino fuere (quod credi uetat Cic. *Orator*, c. 45. 153); aut, si diuinare licet, haec familia plebeia et fortasse rustica -isuum pingui sono enuntiare (cum *Aequis Volscis Oscis*) solita, non ante periit quam hanc sermonis sui proprietatem fabulae maxime populari, et certe prius ore quam per scripta traditae, imposuerunt; cum tamen interea scripti *Fasti* (cf. *C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 348) *Duilius* (*postea Duillios*) solos agnoscerre uoluerint. Ex codicium testimonii *Liuium* (*uel saltem Nicomachos*) una tantum scribendi ratione usum esse cum nos uix adfirmare audeamus, officii esse nostri duximus lectori uarietatem codicium et locorum simpliciter submittere Icilium *Edd. uet.* (cf. 3. 32. 7 et seq. et *Dion. Hal.* 10, e.g. c. 49): illicium *MPFUpBOH*: illicium *RnDL* Maecilium *scripti* (cf. *The Italic Dialects*, pp. 573 et 575): *Mecilium MPFUpO*: melicium *BHRnDL* 3 Aequicunque *M<sup>3</sup>* (eq-) *D<sup>5</sup> marg. Rn*: et quicumque *M<sup>2</sup> PFUpBOHDL* est bellum *M<sup>3</sup> Ed. Rom.* 1469: et bellum *MPFUpBOHRnDL* 5 odio *Vorm.?* *M* (*spatio dehinc relicto*, cf. c. 52. 5): odio quod *M<sup>2</sup> PFUpBOHRnL*: odio qd *D* (quid an quod?): odio. Quid? *Weissenb. fort. recte* electo *Vorm.?* *MRn*: electo *PFUpBOHDL*: iecto *D<sup>2</sup>*

tatem perlatam legem esse, quam minore conatu, nequa-  
 6 quam tanta patrum spe, priores impedierint consules. Haec  
 ira indignatioque ferocem animum ad uexandum saeuo im-  
 perio exercitum stimulabat. Nec ulla ui domari poterat ;  
 7 tantum certamen animis imbiberant. Segniter, otiose, negle-  
 genter, contumaciter omnia agere ; nec pudor nec metus  
 coercedbat. Si citius agi uellet agmen, tardius sedulo ince-  
 dere ; si adhortator operis adesset, omnes sua sponte motam  
 8 remittere industriam ; praesenti uoltus demittere, tacite pre-  
 tereuntem exsecrari, ut inuictus ille odio plebeio animus  
 9 interdum moueretur. Omni neququam acerbitate prompta,  
 nihil iam cum militibus agere ; a centurionibus corruptum  
 exercitum dicere ; tribunos plebei cauillans interdum et  
 Volerones uocare.

59 Nihil eorum Volsci nesciebant, instabantque eo magis,  
 sperantes idem certamen animorum aduersus Appium habi-  
 turum exercitum Romanum quod aduersus Fabium consulem  
 2 habuisset. Ceterum multo Appio quam Fabio violentior  
 fuit ; non enim uincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus,  
 sed uinci uoluit. Productus in aciem turpi fuga petit castra,  
 nec ante restitit quam signa inferentem Volscum munimentis  
 3 uidit foedamque extremi agminis caudem. Tum expressa  
 uis ad pugnandum, ut uictor iam a uallo submoueretur  
 hostis, satis tamen appareret capi tantum castra militem  
 Romanum noluisse, alioqui gaudere sua clade atque igno-

5 impedierint *Rhenan.* : impedierant *D Ald.* : impedierunt *Vorm.*  
*MPFU<sub>p</sub>BOH?* *RnD<sup>1</sup>L* (*sed in H signum dubium -er<sup>7</sup> ; sed -runt*  
*per -r̄ uel saepius -r̄t* denotatur : *et in O hasta secunda -u-* litterae  
*pleniore calamo scripta est, quod scribae haesitationem indicare saepius*  
*repperimus* (1. 41. 4 adn.). *Cum haec ita sint, indicatiuum hic per*  
*erit 2. 15. 3 (et 3. 2. 3; 8. 31. 5; 9. 41. 16) defendere uix audemus*  
*6 imbiberant (uel inb-) MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>8</sup>* : imbiberat *Rn* : imbiberauit  
*DL* 7 omnes *F<sup>2</sup> uel F<sup>4</sup> UpO Ed. Rom. 1469* : omne *MPFB* :  
*omnem M<sup>2</sup>HRnDL* 8 demittere *Ed. Rom. 1470* : dimittere *MP*  
*FUpBOHRnDL* 9 plebei *Vorm. MPFB<sub>DL</sub>* : plebeios *UpOH*

59 3 alioqui *Walters* dett. *unius (Portugallensis) correctorem secutus* :  
 alio *Portug.* : alii *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (*scil. alioq (i suprascr.) in alio*  
*(i suprascr.) casu mutatum est*) : alibi *Weissenb.* : alia *Crevier*

minia. Quibus nihil infractus ferox Appi animus cum in- 4  
super saeuire uellet contionemque aduocaret, concurrunt ad  
eum legati tribunique, monentes ne utique experiri uellet  
imperium, cuius uis omnis in consensu oboedientium esset ;  
negare uolgo milites se ad contionem ituros passimque ex- 5  
audiri uoces postulantum ut castra ex Volsco agro moueantur ; hostem uictorem paulo ante prope in portis ac uallo  
fuisse, ingentisque mali non suspicionem modo sed apertam  
speciem obuersari ante oculos. Victus tandem, quando qui- 6  
dem nihil praeter tempus noxae lucrarentur, remissa contione  
iter in insequentem diem pronuntiari cum iussisset, prima  
luce classico signum profectionis dedit. Cum maxime agmen 7  
e castris explicaretur, Volsci, ut eodem signo excitati, nouis-  
simos adoriuntur. A quibus perlatus ad primos tumultus eo  
pauore signaque et ordines turbavit ut neque imperia exaudiri  
neque instrui acies posset. Nemo ullius nisi fugae memor. 8  
Ita effuso agmine per stragem corporum armorumque euasere  
ut prius hostis desisteret sequi quam Romanus fugere. Tan- 9  
dem conlectis ex dissipato cursu militibus consul, cum reuo-  
cando nequicquam suos persecutus esset, in pacato agro castra  
posuit ; aduocataque contione inuestus haud falso in prodi-  
torem exercitum militaris disciplinae, desertorem signorum, 10  
ubi signa, ubi arma essent singulos rogitans, inermes milites,  
signo amissso signiferos, ad hoc centuriones duplicariosque 11  
qui reliquerant ordines, uirgis caesos securi percussit : cetera  
multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.

Contra ea in Aequis inter consulem ac milites comitate ac 60

5 exaudiri *MOHRnDL* : exaudire *PFUpB* obuersari *PFUpOB*  
*HD<sup>3</sup>* : ac uersari *M* : obseruari *RnDL* 6 remissa *MPFUpBOHRn*  
*DL* (*q. 7. 11. 9; Cic. Phil. viii. 8. 25 et 9. 27*) : omissa *Madv.* 7 e  
castris *PUpBOHRn* : castris *MFDL* (*sed hi ambo agmine pro agmen*)

perlatus *MOHDL* (*platus*) : prolatus *PFUp* (*platus*) : platus *B*  
9 consul *PFUpBOHL* : consul *D* : om. *M* falso *MUpOHRnDL* :  
falsa *PFB* 10 duplicariosque *Vorm.* *MUp* dett. unus *Ald.* : dupli-  
ciariosque *Vorm.<sup>2</sup>* *PFBOHRnDL* *Edd.* uet. ; in inscc. fere semper -car-  
(u.e.g. *C.I.L.* iii *Ind. Munerum Milit.*), raro -ciar- (*ibid.* x. 1873)

60 1 milites *MPFUpBOH* : militem *RnDL* *Edd.* uet. aliq. *Ald.*

beneficiis certatum est. Et natura Quintius erat lenior, et saeuitia infelix collegae quo is magis gauderet ingenio suo effecerat. Huic tantae concordiae ducis exercitusque non ausi offerre se Aequi, uagari populabundum hostem per agros passi; nec ullo ante bello latius inde acta est praeda. Ea omnis militi data est. Addebatur et laudes, quibus haud minus quam praemio gaudent militum animi. Cum duci, tum propter ducem patribus quoque placatior exercitus rediit, sibi parentem, alteri exercitui dominum datum ab senatu memorans.

4 Varia fortuna belli, atroci discordia domi forisque annum exactum insignem maxime comitia tributa efficiunt, res 5 maior uictoria suscepti certaminis quam usu. Plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est patres ex concilio submouendo, quam uirium aut plebi additum est aut demptum patribus.

61 Turbulentior inde annus exceptit L. Valerio T. Aemilio consulibus, cum propter certamina ordinum de lege agraria 2 tum propter iudicium Ap. Claudi, cui acerrimo aduersario legis causamque possessorum publici agri tamquam tertio consuli sustinenti M. Duillius et Cn. Siccius diem dixere.

2 offerre *MP<sup>2</sup>FUp*: auferre *B*: aufere *P*: efferre *OHRnDL* passi *M<sup>3</sup>UpOH Edd. uet.*: passim *MPFBRn? DL* (*cf. cc. 17. 6 et 34. 3*) acta est praeda. Ea omnis *scripsi*: acte praede ea domn *M*: acte praede ea omnis *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>, 'antiqua lectio' Rhenan.*: acte praedae omnis *PRn*: acte praede omnis *FBDL*: actae praedae omnis *UpO*: actae praedae omnes *H*: acta praeda. Omnis *Ald.* 3 rediit *PFUpBOH*: reddit *Vorm. MRnDL* 5 suscepti *MOHRnDL*: suscepta *PFUpB* patres *Alsch. praeente dett. unius (Pal. sec.) correctore*: patribus *PFUp BOHRnDL Ald.*: patrib. (*i.e.* patribus) *M sed -ib. extra lineam et litteris maioribus* (*cf. c. 50. 1 adn.*) submouendo *MPFUpBOHRnDL*: submouendis *Ald.*

61 1 L. Valerio *PFUpBO Ald.*: l. p. ualerio *Vorm. MHRnDL* T. Aemilio (*uel em-*) *MPFUpBORnDL*: t ac milio *H*: Ti. Aemilio *Sigon. ex Dion. Hal. 9. 51. 1 et 59. 1* 2 consuli *MUp? OHRnDL Edd. Rom. 1469 et 1470*: consulibus *PFB* sustinenti *F<sup>3</sup>OHRn DL Edd. Rom. 1469 et 1470*: sustinente *MPFUpB* Duillius *MFUpHRnDL*: diuilius *PB*: duellius *O*; *uide sis c. 58. 2 adn.*

Nunquam ante tam inuisus plebi reus ad iudicium uocatus 3  
 populi est, plenus suarum, plenus paternarum irarum. Patres 4  
 quoque non temere pro ullo aequa adnisi sunt : propugnato-  
 rem senatus maiestatisque vindicem sua, ad omnes tribuni-  
 cios plebeiosque oppositum tumultus, modum dumtaxat in  
 certamine egressum, iratae obici plebi. Vnus e patribus ipse 5  
 Ap. Claudius et tribunos et plebem et suum iudicium pro  
 nihilo habebat. Illum non minae plebis, non senatus preces  
 perpellere unquam potuere, non modo ut uestem mutaret  
 aut supplex prensaret homines, sed ne ut ex consueta quidem  
 asperitate orationis, cum ad populum agenda causa esset,  
 aliquid leniret atque submitteret. Idem habitus oris, eadem 6  
 contumacia in uoltu, idem in oratione spiritus erat, adeo ut  
 magna pars plebis Appium non minus reum timeret quam  
 consulem timuerat. Semel causam dixit, quo semper agere 7  
 omnia solitus erat, accusatorio spiritu, adeoque constantia  
 sua et tribunos obstupefecit et plebem ut diem ipsi sua  
 uoluntate prodicerent, trahi deinde rem sinerent. Haud ita 8  
 multum interim temporis fuit ; ante tamen quam predicta  
 dies ueniret, morbo moritur. Cuius laudationem cum tribu- 9  
 nus plebis impedire conaretur, plebs fraudari sollemni honore

3 plenus paternarum *F<sup>3</sup>UpOHDl* : .m. plenus paternarum *P* :  
 .m. plepaternarum *B* : paternarum *M*. *Scil.* altera haec vox plenus in  
*marginem archetypi exciderat, unde eam M recipere noluit, P cum ansa*  
*(cf. Class. Quarterly, v (1911), p. 6) rursus intulit. Nam .m. illud*  
*Parisiense aut ex -ū ultima uocis suarum littera, aut ex om(issum) uel*  
*n(ota) uel h. s. uel similibus (i. 39. 1) ortum erit* 7 quo *MOHRn*  
*DL* dett. *Edd. Rom. 1469, 1470* : quoque *PFUpB*, *quod tutatur Alsch.*  
*'et quo' interpretans* et plebem *MF<sup>2</sup>* (*uel F<sup>1</sup>*) *UpOHRnDL* : plebem  
*PF<sup>2</sup>* prodicerent *OH* : producserent *M* : producserent *PFUpB*  
*RnD* (*et D<sup>3</sup>*) *Edd. Rom. 1469 et 1470 Ald.* : praeducerent *D<sup>2</sup>* : praedicerent  
*dett. aliq.* : *om. L* 8 predicta *MPB* : pdicta (*pro pdicta*)  
*F* : prodicit *H* : pdicta *F<sup>3</sup>* (*i.e.* postdicta) : praedicta *ORnDL* dett.  
*Ald.* 9 laudationem cum *Vorm.* : cum laudationem *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*Edd. uet. duo* : conlaudationem cum *RnD Ald.* : conlaudationem *L*  
*tribunus plebis dett. aliq.* (*cum Fragm. Haverk.*) *Ed. Rom. 1470* : *tr.*  
*pl. MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Ed. Rom. 1469* : tribuni plebis *Vorm.*? dett.  
*unus Ald.* conaretur *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* dett. *Ed. Rom. 1470* :

supremum diem tanti uiri noluit, et laudationem tam aequis auribus mortui audiuit quam uiui accusationem audierat et exsequias frequens celebrauit.

**62** Eodem anno Valerius consul cum exercitu in Aequos profectus, cum hostem ad proelium elicere non posset, castra oppugnare est adortus. Prohibuit foeda tempestas cum grande ac tonitribus caelo deiecta. Admirationem deinde auxit signo receptui dato adeo tranquilla serenitas reddita ut uelut numine aliquo defensa castra oppugnare iterum religio fuerit.  
**3** Omnis ira belli ad populationem agri uertit. Alter consul Aemilius in Sabinis bellum gessit. Et ibi, quia hostis moenibus se tenebat, uastati agri sunt. Incendiis deinde non uillarum modo sed etiam uicorum quibus frequenter habitabatur Sabini exciti cum praedatoribus occurrisserent, ancipiti proelio digressi postero die rettulere castra in tutiora loca.  
**5** Id satis consuli uisum cur pro uicto relinquere hostem, integro inde decedens bello.

**63** Inter haec bella manente discordia domi, consules T. Numicius Priscus A. Verginius facti. Non ultra uidebatur latura plebes dilationem agrariae legis, ultimaque uis parabatur, cum Volscos adesse fumo ex incendiis uillarum fugaque agrestium cognitum est. Ea res maturam iam seditionem ac prope erumpentem repressit. Consules coacti extemplo ab senatu ad bellum educta ex urbe iuuentute tranquilliores ceteram plebem fecerunt. Et hostes quidem nihil aliud quam perfusis uano timore Romanis citato agmine abeunt :  
**5** Numicius Antium aduersus Volscos, Verginius contra Aequos profectus. Ibi ex insidiis prope magna accepta clade uirtus

conarentur *Vorm.*? *M<sup>3</sup>* dett. *alig.* *Ed. Rom.* 1469 *Ald.* *Satis comparet archetypum Nicomachianum tr. pl.* conaretur habuisse : si quis tamen *Dionysio* 9. 54. 6 confusus cum *Rhenano*, *Drak.* *Madv.* putare malit *Liuum ipsum plurali numero (-rē-, non -re-) usum esse, minimum sane obstat*

**62** 2 uelut *HRn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* (*uel D<sup>1</sup>* : *D obscuratus*) dett. *alig.* *Edd. Rom.* 1469, 1470 *Ald.* : *uel MPFU<sub>p</sub>BORn? L*

militum rem prolapsam neglegentia consulis restituit. Melius 6  
in Volscis imperatum est ; fusi primo proelio hostes fugaque  
in urbem Antium, ut tum res erant opulentissimam, acti.  
Quam consul oppugnare non ausus Caenonem, aliud oppi-  
dum nequaquam tam opulentum, ab Antiatibus cepit. Dum 7  
Aequi Volscique Romanos exercitus tenent, Sabini usque ad  
portas urbis populantes incessere. Deinde ipsi paucis post  
diebus ab duobus exercitibus, utroque per iram consule  
ingresso in fines, plus cladium quam intulerant acceperunt.

Extremo anno pacis aliquid fuit, sed, ut semper alias, sol- 64  
licitae [pacis] certamine patrum et plebis. Irata plebs inter-  
esse consularibus comitiis noluit ; per patres clientesque  
patrum consules creati T. Quinctius Q. Seruilius. Similem  
annum priori [consules] habent, seditiosa initia, bello deinde  
externo tranquilla. Sabini Crustuminos campos citato agmine  
transgressi cum caedes et incendia circum Aniem flumen  
fecissent, a porta prope Collina moenibusque pulsi ingentes  
tamen praedas hominum pecorumque egere. Quos Seruilius  
consul infesto exercitu insecurus ipsum quidem agmen adipisci  
aequis locis non potuit, populationem adeo effuse fecit,  
ut nihil bello intactum relinquerent multiplicique capta  
praeda rediret.

Et in Volscis res publica egregie gesta cum ducis tum 5  
militum opera. Primum aequo campo signis conlatis pugna-  
tum, ingenti caede utrimque, plurimo sanguine ; et Romani, 6

**63** 7 in fines *F<sup>2</sup>UpD?* : in finis *MPFBO?* *RnD<sup>1</sup>L* : in *O dubium*  
*signum τ fideliter redditur*, cf. 1. 7. 5 *adn.* : *om. H*

**64** 1 sollicitae pacis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* *dett. Edd. uet.* : sollicitae  
pacis fuit *dett. unus* : sollicitae *dett. unus* (*Lipsiensis*) *Ald.<sup>e</sup>, recte*  
2 consularibus *MPFU<sub>p</sub>BOHDL* : *om. Rn* (*optime sed fortasse per*  
*casum*) : *add. Rn<sup>2</sup> post comitiis* T. Quinctius *PFUpB* (*ubi -ntus*)  
*O* (*ubi -ntius*) : t. p. quinctius (*uel -nt-*) *MHRnDL*, ‘*antiqua lectio*’  
*Rhenan.* consules *MPFU<sub>p</sub>OHL* : cōs *B* : *conS D* : *deleuit Gron.*  
*rectissime.* *Locum condire uoluisse uidetur nugator aliquis ex salino*  
*uix minus copioso quam quod in cc. 45-6 perpessi sumus* 4 *relin-*  
*querent MPFBRnDL* (*scil. populantes*) : *relinqueret F<sup>2</sup> uel F<sup>1</sup>Up*  
*OHD<sup>3</sup>, fort. recte (non tamen certe) cum rediret praebeant MPFU<sub>p</sub>BO*  
*HRnDL*

quia paucitas damno sentiendo propior erat, gradum rettulissent, ni salubri mendacio consul fugere hostes ab cornu altero clamitans concitasset aciem. Impetu facto dum se  
 7 putant uincere uicere. Consul metuens ne nimis instando  
 8 renouaret certamen, signum receptui dedit. Intercessere pauci  
 dies, uelut tacitis induitiis utrimque quiete sumpta, per quos  
 ingens uis hominum ex omnibus Volscis Aequisque populis  
 9 in castra uenit, haud dubitans si senserint Romanos nocte  
 abitueros. Itaque tertia fere uigilia ad castra oppugnanda  
 ueniant. Quintius sedato tumultu quem terror subitus  
 exciuerat, cum manere in tentoriis quietum militem iussis-  
 10 set, Hernicorum cohortem in stationem educit, cornicines  
 tubicinesque in equos impositos canere ante uallum iubet  
 11 sollicitumque hostem ad lucem tenere. Reliquum noctis  
 adeo tranquilla omnia in castris fuere ut somni quoque  
 Romanis copia esset. Volscos species armatorum peditum,  
 quos et plures esse et Romanos putabant, fremitus hinni-  
 tusque equorum, qui et insueto sedente equite et insuper  
 aures agitante sonitu saeuiebant, intentos uelut ad impetum  
 hostium tenuit.


**65** Vbi inluxit, Romanus integer satiatusque somno pro-  
 ductus in aciem fessum stando et uigiliis Volscum primo  
 2 impetu perculit; quamquam cessere magis quam pulsi hostes  
 sunt, quia ab tergo erant cliui in quos post principia integris  
 ordinibus tutus receptus fuit. Consul ubi ad iniquum locum  
 uentum est, sistit aciem. Miles aegre teneri, clamare et  
 3 poscere ut percussis instare liceat. Ferocius agunt equites;  
 circumfusi duci uociferantur se ante signa ituros. Dum  
 cunctatur consul uirtute militum fretus, loco parum fidens,

6 uincere, uicere *Vorm.*? ('germana lectio' *Rhenan.*) *RnD?* *L* (*fort. in D* uinceret uicere): uincere uincere *MP*: uincere *P<sup>2</sup>FUpBOH*: uinci  
 uicere *D<sup>3</sup>* (*qui Maronis* (*Aen.* 5. 231) *minus memor fuit quam* *Liuius*, cf. 1. 42. 2; 2. 6. 2; 2. 50. 9 *ubi plura in adn.* *Edit. meae* *huius Libri reperiri possunt*) <sup>10</sup> *tubicinesque* *Vorm.*? *PFB* (*ubi* tuu-) *OH* dett.: *tubicinesque MUpRnDL* dett. *aliq.* <sup>11</sup> *esse et* *MOHRnDL*: esset *PFB*: esse *Up*

conclamant se ituros clamoremque res est secuta. Fixis in terram pilis quo leuiores ardua euaderent, cursu subeunt. Volscus effusis ad primum impetum missilibus telis, saxa 4 obiacentia pedibus ingerit in subeuntes, turbatosque ictibus crebris urget ex superiore loco. Sic prope oneratum est sinistrum Romanis cornu, ni referentibus iam gradum consul increpando simul temeritatem, simul ignauiam, pudore metum excussisset. Restitere primo obstinatis animis ; 5 deinde ut obtinentes locum uim *(pro ui)* referebant, audent ulti gradum inferre et clamore renouato commouent aciem ; tum rursus impetu capto enituntur atque exsuperant iniquitatem loci. Iam prope erat ut ui summum cliui iugum 6 euaderent cum terga hostes dedere, effusoque cursu paene agmine uno fugientes sequentesque castris incidere. In eo pauore castra capiuntur : qui Volscorum effugere potuerunt, Antium petunt. Antium et Romanus exercitus ductus. 7 Paucos circumsessum dies deditur, nulla oppugnantium noua ui, sed quod iam inde ab infelici pugna castrisque amissis ceciderant animi.

**65** 4 obiacentia *Vorm.*? (*'reponendum'* *Rhenan.*) *MPFU<sub>p</sub>BOH* : abiacentia *RnDL* : adiacentia *Rn<sup>2</sup>* Sic *MPFU<sub>p</sub>BOH* : om. *Rn DL* 5 Restitere *ORnL Edd.* uet. : restistere *P?* : resistere *M P<sup>2</sup> uel P<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BHD* uim *(pro ui)* referebant *scripsimus* (*cf.* 3. 13. 4; 10. 33. 4; *Cic. Mil.* 4. 9; *et praecipue* par pro pari referto *Ter. Eun.* 3. 1, 55): uires ferebant *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Ald.* : uires refecerant *Weissenb.*: uires reficiebant *Madv.*; *plura in Class. Quarterly*, v (1911), *p. 1 reperientur*

*Subscriptio* : Titi Liuii ab Vrbe Cond. Lib. II explicit incip Lib. III Felicit *M* : incip liber III. Feliciter *P* : *ēxp̄c* ∵ (tum, uersa pagina) Incipit liber tertius *F* : Incip lib. tertius *Up* : explicit Liber Titi Liuii II. Incipit Liber III *O* : *silet B*, *Librum III per lineam capitalibus scriptam dumtaxat incipiens* His uel horum similibus *praeponunt* Victorianus ūc emendabam dominis Symmachis *HRnDL*



T. LIVI  
AB VRBE CONDITA  
LIBER III

ANTIO capto, T. Aemilius et Q. Fabius consules fiunt. 1  
Hic erat Fabius qui unus extinctae ad Cremeram genti  
superfuerat. Iam priore consulatu Aemilius dandi agri plebi 2  
fuerat auctor; itaque secundo quoque consulatu eius et  
agrarii se in spem legis erexerant, et tribuni, rem contra  
consules saepe temptatam adiutore utique consule obtineri  
posse rati, suscipiunt, et consul manebat in sententia sua.  
Possessores et magna pars patrum, tribuniciis se iactare 3  
actionibus principem ciuitatis et largiendo de alieno popula-  
rem fieri querentes, totius inuidiam rei a tribunis in consu-  
lem auerterant. Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio 4  
neutri parti acerbo rem expeditisset: T. Quincti ductu et  
auspicio agri captum priore anno aliquantum a Volscis esse;  
Antium, [propinquam] opportunam et maritimam urbem, 5  
coloniam deduci posse; ita sine querellis possessorum ple-  
bem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. Haec 6

11 T. Aemilius *OHRnD*: Titus Aemilius *MPUpB* (*sed hic -mel-*):  
inde Titus Aemilius *F<sup>3</sup>*: Titus Amelius *L*: Ti(berius) Aemilius *Sigon.*  
*ex Dion. Hal.* 9. 51. 1 et 59. 1 Fabius qui unus *Ald.<sup>e</sup>*: Fabius  
Quinctius (*uel -nt-*) qui unus *MPFUpBOHRnDL* 3 Possessores  
et magna *MP<sup>2</sup>FUpBORnDL*: possessorem et magna *P*: possessores,  
magna *H fort. recte* 4 T. Quincti *Rn Ald.<sup>e</sup>, dett. unus* (*Carim-  
thiensis a Zingerleo conlatus*): *L. et Vinctii dett. alias (Lips.)*: *L. Quincti*  
(*uel Quint-*) *MPFUpBOHDL*; cf. § 6 et c. 2. 2 et 2. 64. 2 cum *adn.*  
captum *Cobet, optime*: capti *MPFUpBOHRnDL* 5 propin-  
quam opportunam *MPFUpBOH* ‘lectio uetus’ *Rhenan.* (*sed in PB*  
oportunam): propinquā! opportunā (*sic*) *DL*: propinqua oportunā  
*D<sup>2</sup>*: propinquum *Ald.*: opportunam *Madv.*

sententia accepta est. Triumuiros agro dando creat T.  
 Quinctium A. Verginium P. Furium; iussi nomina dare  
 7 qui agrum accipere uellent. Fecit statim, ut fit, fastidium  
 copia adeoque pauci nomina dedere ut ad excludendum nu-  
 merum coloni Volsci adderentur; cetera multitudo poscere  
 8 Romae agrum malle quam alibi accipere. Aequi a Q. Fabio  
 —is eo cum exercitu uenerat—pacem petiere, inritamque  
 eam ipsi subita incursione in agrum Latinum fecere.

2 Q. Seruilius in sequenti anno—is enim cum Sp. Postumio  
 consul fuit—in Aequos missus in Latino agro statuua ha-  
 buit. Quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit.  
 2 Extractum in tertium annum bellum est Q. Fabio et T.  
 Quinctio consulibus. Fabio extra ordinem, quia is uictor  
 3 pacem Aequis dederat, ea prouincia data. Qui haud dubia  
 spe profectus famam nominis sui pacaturam Aequos, legatos  
 in concilium gentis missos nuntiare iussit Q. Fabium con-  
 sulem dicere se ex Aequis pacem Romam tulisse, ab Roma  
 Aequis bellum adferre eadem dextera armata quam pacatam  
 4 illis antea dederat. quorum id perfidia et periurio fiat,  
 deos nunc testes esse, mox fore ultores. se tamen, utcum-  
 que sit, etiam nunc paenitere sua sponte Aequos quam pati  
 5 hostilia malle. si paeniteat, tutum receptum ad expertam  
 clementiam fore: sin periurio gaudeant, dis magis iratis quam  
 6 hostibus gesturos bellum. Haec dicta adeo nihil mouerunt  
 quemquam ut legati prope uiolati sint exercitusque in Algi-  
 7 dum aduersus Romanos missus. Quae ubi Romam sunt  
 nuntiata, indignitas rei magis quam periculum consulem  
 alterum ab urbe exciuit. Ita duo consulares exercitus ad

2 r Q. Seruilius *dett. aliq. Edd. uet.* : Quintius Seruilius *MFUpOH RnDL* : Quinctius Seruilius *PB* statuua habuit *POH Ed. Rom.*  
 1469: statuua habuit castra *MUpRnDL* *dett.* : statuua habuit castra *B*: statuua abiit; castra *F* 2 et T. Quinctio *MPFU<sup>p</sup>BORnDL* (*sed in B -nt-*): *om.* et *H fort. recte* quia is *MOHRnD<sup>1</sup>*: quais *PFB*: quia his *DL* 3 profectus *PFUpBOHRnDL* : *add.* est *M* pacatam *PFUpRnDL* : pacatorum ?*B* (-toř in fine lineae) : paccatam *O*: pacata *M*: pacta *H* 5 gaudeant *UpRnD<sup>2</sup>* *dett.* : gaudeat *MPFB**OHDL*  
 6 sint *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PFU<sup>p</sup>BORnD* : sunt *MUpHL*

hostem accessere acie instructa ut confestim dimicarent. Sed cum forte haud multum diei superesset, unus ab statione hostium exclamat : ‘Otentare hoc est, Romani, non gerere bellum. In noctem imminentem aciem instruitis ; 9 longiore luce ad id certamen quod instat nobis opus est. Crastino die oriente sole redite in aciem ; erit copia pugnandi ; ne timete.’ His uocibus irritatus miles in diem 10 posterum in castra reducitur, longam uenire noctem ratus quae moram certamini faceret. Tum quidem corpora cibo somnoque curant ; ubi inluxit postero die, prior aliquanto constitit Romana acies ; tandem et Aequi processere. Proelium fuit utrimque uehemens, quod et Romanus ira odioque pugnabat et Aequos conscientia contracti culpa periculi et desperatio futurae sibi postea fidei ultima audere et experiri cogebat. Non tamen sustinuere aciem Romanam Aequi ; 12 pulsique cum in fines suos se recepissent, nihilo inclinatioribus ad pacem animis ferox multitudo increpare duces quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, commissares sit ; Aequos populationibus incursionibusque meliores 13 esse et multas passim manus quam magnam molem unius exercitus rectius bella gerere.

Relicto itaque castris praesidio egressi tanto cum tumultu 3 inuasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem pertulerint. Necopinata etiam res plus trepidationis fecit, quod 2 nihil minus quam ne uictus ac prope in castris obsessus hostis memor populationis esset timeri poterat ; agrestesque 3 pauidi incidentes portis non populationem nec praedonum paruas manus, sed omnia uano augentes exercitus et

<sup>9</sup> certamen *PFUpBORnD<sup>x</sup>* : certamen in *MHD<sup>L</sup>*      <sup>10</sup> certamina *M<sup>1</sup>* (*uel M*) *PFUpBHD Ed. Rom.* 1469 : certamine (i *suprascr.*) *O* : certaminis *M<sup>1</sup>* *uel M<sup>2</sup>RnD<sup>8L</sup>*      <sup>11</sup> quod et *MPFUpBORnDL* : *om. et H*      ira odioque *MPUp<sup>2</sup>BOHRnDL* : odioque ira *F* (*cf. 2. 57. 3 adn.*) : ira odia *Up*      <sup>12</sup> sustinuere *MUpOHDL* : sustinere *PFB*      suos se *MF<sup>2</sup>UpORnDL* : *om. se PFBH*  
<sup>32</sup> uictus *PFUpBOHRnDL* : uinctus *M*

legiones adesse hostium et infesto agmine ruere ad urbem  
 4 clamabant. Ab his proximi audita incerta eoque uaniora  
 ferre ad alios. Cursus clamorque uocantium ad arma haud  
 multum a pauore captae urbis abesse. Forte ab Algido  
 5 Quintius consul redierat Romam. Id remedium timori  
 fuit; tumultuque sedato uictos timeri increpans hostes,  
 6 praesidia portis imposuit. Vocato dein senatu cum ex  
 auctoritate patrum iustitio indicto profectus ad tutandos  
 fines esset Q. Seruilio praefecto urbis relicto, hostem in  
 7 agris non inuenit. Ab altero consule res gesta egregie est;  
 qui, quauenturum hostem sciebat, grauem praeda eoque  
 impeditiore agmine incidentem adgressus, funestam popula-  
 8 tionem fecit. Pauci hostium euasere ex insidiis, praeda  
 omnis recepta est. Sic finem iustitio, quod quadriduum  
 9 fuit, reditus Quinti consulis in urbem fecit. Census deinde  
 actus et conditum ab Quintio lustrum. Censa ciuium  
 capita centum quattuor milia septingenta quattuordecim  
 10 dicuntur praeter orbos orbasque. In Aequis nihil deinde  
 memorabile actum; in oppida sua se recepere, uri sua  
 popularique passi. Consul cum aliquotiens per omnem  
 hostium agrum infesto agmine populabundus isset, cum  
 ingenti laude praedaque Romam rediit.

4 Consules inde A. Postumius Albus Sp. Furius Fusus.

4 proximi *Ald.<sup>e</sup>*: proxume *MRnD* : proxime *Vorm.* *L* dett. : proximum *PFUpBO* : proximum *H*; *corruptela fort.* *inde orta quod quis*  
*audita in auditu mutare uoluit, ab eoque suprascriptum -u quod in*  
*proximi postea translatum est* 7 *qui qua MORnD<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>L* : *qui*  
*quam D* : *qui quia PFUpBO<sup>1</sup> uel O<sup>2</sup>H* incidentem *P<sup>2</sup>FUpBOH*  
*Rn* : incidentem *MPDL* 8 quadriduum *MPFBOHRnDL* : quadri-  
*triduum Up Edd. uet.* in urbem *MHRnDL* : in urbe *PFUpBO*  
 9 *actus MPFUpBO* : factus *HRnDL* septingenta *Weissenb.* *ex*  
*periocha* : acc *Vorm.* *MPFUpBOH* : et cc *RnL* : et cc (*ti suprascr.*)  
*D*; *signum* 10 *saepissime in a (nonnunquam in L = et) abit, cf. e.g. c. 5.*  
 13 *et 10. 14. 21 cum adm.* 10 *uri M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>OH* : *uiri PFUpB* :  
*urit M* : *om. RnDL*

4 1 A. Postumius *R?*, *Pighius ex Fastorum fontibus* (cf. *C. I. L.* i<sup>2</sup>,  
 p. 103) : an postumius *M* : Postumius *PFUpBOHDL* Fusus *Sigon.*  
*ex Fast. Cap. anni 403 a. C. n.* (*C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 116) : Fuscus *MPFUp*  
*BOHRnDL* : Fusius *Ed. Rom.* 1469

—Furios Fusios scripsere quidam ; id admoneo ne quis immutationem uirorum ipsorum esse quae nominum est putet.  
 —Haud dubium erat quin cum Aequis alter consulum bellum gereret. Itaque Aequi ab Ecetranis Volscis praesidium petiere ; quo cupide oblato—adeo ciuitates hae perpetuo in Romanos odio certauere—bellum summa ui parabatur. Sentiunt Hernici et praedicunt Romanis Ecetranum ad 3 Aequos descisse. Suspecta et colonia Antium fuit, quod magna uis hominum inde, cum oppidum captum esset, configisset ad Aequos ; isque miles per bellum Aequicum uel acerrimus fuit ; compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa cum Antium redisset, sua sponte iam infidos colonos Romanis abalienauit. Necdum matura re cum 5 defectionem parari delatum ad senatum esset, datum negotium est consulibus ut principibus coloniae Romam excitis quaererent quid rei esset. Qui cum haud grauate uenissent, 6 introducti a consulibus ad senatum ita responderunt ad interrogata ut magis suspecti quam uenerant dimitterentur. Bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius consulum 7 alter cui ea prouincia euenerat profectus in Aequos, Hernicorum in agro populabundum hostem inuenit, ignarusque multitadinis, quia nusquam uniuersa conspecta fuerat, imparem copiis exercitum temere pugnae commisit. Primo 8 concursu pulsus se intra castra recepit. Neque is finis periculi fuit ; namque et proxima nocte et postero die tanta ui castra sunt circumessa atque oppugnata ut ne nuntius qui-dem inde mitti Romam posset. Hernici et male pugnatum 9

<sup>1</sup> Furios Fusios *Ald<sup>e</sup>* : Furios Fusios Fabios *PUpBOHRnDL* : Furios Fusios Fabios *MF* : Furios Fusios Fabius et quidam (*sic mutato sequentium ordine*) *Sabellicus* <sup>2</sup> ciuitates hae *O* : ciuitates haec *H* : ciuitates ae *Rn* : ciuitatesaee *M* : ciuitates aee *M<sup>4</sup>* : ciuitates eae *Vorm.* *D<sup>3</sup>* : ciuitate ae *D?* *L* : ciuitate se *PFB* : ciuitates *Up* <sup>4</sup> ea multitudo *MHRnDL* *Ald.* : emultitudo *PFB* (*quod F<sup>2</sup> in (Aequi) se multit. diuisit*) : multitudo *UpO* <sup>6</sup> haud grauate *PFUUpOH* (*sed in H -tae*) : aud grauate *B* : aut grauatae *M* : aut grauata *D* : aut gratuata *L* : adgrauata *Rn* : haud grauati *Rn<sup>2</sup>*

et consulem exercitumque obsideri nuntiauerunt, tantumque terrorem incussere patribus ut, quae forma senatus consulti ultimae semper necessitatis habita est, Postumio, alteri consulū, negotium daretur uideret ne quid res publica detrimenti caperet. Ipsum consulem Romae manere ad conscribendos omnes qui arma ferre possent optimum uisum est : pro consule T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti ; ad eum explendum Latini Hernicique et colonia Antium dare Quinctio subitarios milites—ita tum repentina auxilia appellabant—iussi.

5 Multi per eos dies motus multique impetus hinc atque illinc facti, quia superante multitudine hostes carpere multifariam uires Romanas, ut non suffecturas ad omnia, adgressi sunt ; simul castra oppugnabantur, simul pars exercitus ad populandum agrum Romanum missa urbemque ipsam, si qua fortuna daret, temptandam. L. Valerius ad praesidium urbis relictus, consul Postumius ad arcendas populationes finium missus. Nihil remissum ab ulla parte curae aut laboris ; uigiliae in urbe, stationes ante portas praesidiaque in muris disposita, et, quod necesse erat in tanto tumultu, iustitium per aliquot dies seruatum. Interim in castris Furius consul, cum primo quietus obsidionem passus esset, in incautum hostem decumana porta erupit et, cum persecui posset, metu substitit ne qua ex parte altera in castra uis fieret. Furium legatum—frater idem consulis erat—longius extulit cursus ; nec suos ille redeuntes persecundi studio neque hostium ab tergo incursum uidit. Ita exclusus multis saepe frustra conatibus captis ut uiam sibi ad castra faceret,

10 Quinctium *MRnDL* : Quintium *O* : Quincium *H* : Quintius *PFUpB*  
 5 1 Multi *M<sup>3</sup>PFUpBOHRnD<sup>3</sup>L* : ulti *MD* facti *M?PFUpBOH*  
*RnDL* : acti *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>* carpere *MHRnDL Edd. uet.* : capere  
*PFUpBO Ald.* castra oppugnabantur *MPFUpBHRnDL* : ordinem  
*inuert.* *O* 2 urbemque *PFUpBOHRnDL* : urbem *M uix recte*  
 5 in incautum *UpOHRnD<sup>3</sup>* *Edd. uet.* : incautum *Vorm.* *MPFDL* :  
 incatū *B* altera *MPFUpBHRnDL* : *om. O, add. O<sup>1</sup> uel O<sup>2</sup> marg.*  
 in castra uis *MPFUpBHRnDL* : uis in castra *O* 6 ab tergo  
*MOHRnDL* : a tergo *PFUpB*

acriter dimicans cecidit. Et consul nuntio circumuenti fratri conuersus ad pugnam, dum se temere magis quam satis caute in medium dimicationem infert, uolnere accepto aegre ab circumstantibus eruptus et suorum animos turbauit et ferociores hostes fecit ; qui caede legati et consulis uolnere accensi nulla deinde ui sustineri potuere, ut compulsi in castra Romani rursus obsiderentur nec spe nec uiribus pares ; uenissetque in periculum summa rerum, ni T. Quinctius peregrinis copiis, † cum Latino Hernicoque exercitu, subuenisset. Is intentos in castra Romana Aequos legatique caput ferociter ostentantes ab tergo adortus simul ad signum ab se procul editum ex castris eruptione facta, magnam uim hostium circumuenit. Minor caedis, fuga effusior Aequorum in agro fuit Romano, in quos palatos praedam agentes Postumius aliquot locis, quibus opportuna imposuerat praesidia, impetum dedit. Hi uagi dissipato agmine fugientes in Quinctium uictorem cum saucio consule reuertentem incidere ; tum consularis exercitus egregia pugna consulis uolnus, legati et cohortium ultus est caedem. Magnae clades ultro citroque illis diebus et inlatae et acceptae. Difficile ad fidem est in tam antiqua re quot pugnauerint ceciderintue exacto adfirmare numero ; audet tamen Antias

*7 pugnam, dum dett. aliq. Ed. Rom. 1470 : pugnandum MPFU<sub>p</sub>BOH R<sub>n</sub>DL : mediā PFU<sub>p</sub>BOHR<sub>n</sub>DL : medio M dimicationem infert PFU<sub>p</sub>BO : dimicationem fert HR<sub>n</sub>DL : dimicationem infert M? : dimicationis infert M<sup>3</sup> 8 ut compulsi scriptsimus, cf. § 10 inf. et 1. 41. 7 ; 3. 50. 10 : cum compulsi MPFU<sub>p</sub>BOHR<sub>n</sub>DL : quin compulsi dett. duo : quin pulsi dett. unus : Compulsi (cum obsidebantur in seq.) Ed. Ven. 1495 cum Latino Hernicoque exercitu MPFU<sub>p</sub>BO HR<sub>n</sub>DL : totum seclusum malim ut glossema ad peregrinis copiis ex c. 4. 11 petitum : cum tantum expulit Madv. 9 ab se scriptsimus : ad se M: a se PUpBOHR<sub>n</sub>DL : se F 10 Minor . . . dedit om. H (in F duas ad amussim lineas explet) caedis MPFBR<sub>n</sub>DL : caedes (uel ce-) OUpD<sup>3</sup>, cf. 2. 21. 2 adn. cum saucio D<sup>2</sup> dett. aliq. Ald. : a saucio O : cum a saucio MPFBHD : cum a sautio L : cum ausatio Rn : tum a saucio Up : una cum saucio Alsch., sed a ex male scripto cū facile nasci potest 11 egregia PFU<sub>p</sub>BOHR<sub>n</sub>DL : egregiae M quod si quis pro egregie scriptum interpretatus uocem pugna expellere uelit, haud scio an comprobem*

13 Valerius concipere summas : Romanos cecidisse in Hernico agro quinque milia octingentos : ex praedatoribus Aequorum qui populabundi in finibus Romanis uagabantur ab A. Postumio consule duo milia et quadringentos caesos : ceteram multitudinem praedam agentem quae inciderit in Quintium nequaquam pari defunctam esse caede : interfecta inde quattuor milia et, exsequendo subtiliter numerum, ducentos ait et triginta.

14 Vt Romam redditum est et iustitium remissum, caelum uisum est ardere plurimo igni, portentaque alia aut obuersata oculis aut uanas exterritis ostentauere species. His auertendis terroribus in triduum feriae indictae, per quas omnia delubra pacem deum exposcentium uirorum mulierumque turba implebantur. Cohortes inde Latinae Hernicaeque ab senatu gratiis ob impigram militiam actis remissae domos. Antiates mille milites, quia serum auxilium post proelium uenerant, prope cum ignominia dimissi.

6 Comitia inde habita ; creati consules L. Aebutius P. Seruilius. Kalendis Sextilibus, ut tunc principium anni 2 agebatur, consulatum ineunt. Graue tempus et forte annus pestilens erat urbi agrisque, nec hominibus magis quam pecori, et auxere uim morbi terrore populationis pecoribus 3 agrestibusque in urbem acceptis. Ea conluuio mixtorum

13 octingentos (*i.e.* 1000) MOHL (*signum in his ante ccc non a sed a uel a*) : a ccc PFUpBD (*sed in D et pro praec.* quinque milia *quod in II et mutauit D<sup>3</sup>*) : ccc RnD<sup>3</sup> ; cf. c. 3. 9<sup>sup.</sup> duo milia (*i.e.* c10 c10) MPHL et sic paene FB (cxcx) : tria milia Rn? D : cxc Up : om. O quadringentos MPUpOHRnDL : trecentos (*i.e.* ccc) FB 14 Vt Romam Vorm.? MPFUpBOHD<sup>3</sup> : in romam RnD? L : inde romam Rn<sup>2</sup> Ald. redditum est et scriptimus : redditum est Vorm.? MPFUpB OHRnDL : redditum et dett. aliq. remissum] add. est MPFUpBO HRnDL : secl. Gruter caelum uisum est PFUpBOHRnDL : om. M 15 domos MPFBOH : domus UpRnDL quia serum MpFUpB RnD<sup>3</sup> : qui ad serum OH : quia serū (*quod quia serunt significare debet*) L : quia seru D? proelium MPFUpOH : praelium B : praedam RnDL dett. aliq. : tu, si sapias, iterum atque iterum dubites utrum post proelium a Liuio profectum sit an a glossematore serum interpretante 6 2 populationis Vorm.? MF<sup>3</sup>ORnDL : populationes PF? BUp : populationibusque H 3 conluuio Ed. Mogunt. 1518 : conluuione MPF

omnis generis animantium et odore insolito urbanos et agrestem confertum in arta tecta aestu ac uigiliis angebat, ministeriaque in uicem ac contagio ipsa uolgabant morbos. Vix instantes sustinentibus clades repente legati Hernici 4 nuntiant in agro suo Aequos Volscosque coniunctis copiis castra posuisse, inde exercitu ingenti fines suos depopulari. Praeterquam quod infrequens senatus indicio erat sociis 5 adflictam ciuitatem pestilentia esse, maestum etiam responsum tulere, ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur; urbem Romanam subita deum ira morbo populari; si qua eius mali quies ueniat, ut anno ante, ut semper alias, sociis opem latuos. Discessere socii, pro tristi nuntio 6 tristiorum domum referentes, quippe quibus per se sustinendum bellum erat quod uix Romanis fulti uiribus sustinuis- sent. Non diutius se in Hernico hostis continuit; pergit 7 inde infestus in agros Romanos, etiam sine belli iniuria uastatos. Vbi cum obuius nemo ne inermis quidem fieret, perque omnia non praesidiis modo deserta sed etiam cultu agresti transirent, peruenere ad tertium lapidem Gabina uia. Mortuus Aebutius erat Romanus consul; collega eius Ser- 8 uilius exigua in spe trahebat animam; adfecti plerique principum, patrum maior pars, militaris fere aetas omnis, ut non modo ad expeditiones quas in tanto tumultu res poscebat, sed uix ad quietas stationes uiribus sufficerent. Munus uigi- 9 liarum senatores, qui per aetatem ac ualetudinem poterant, per se ipsi obibant; circumitio ac cura aedilium plebi erat; ad eos summa rerum ac maiestas consularis imperii uenerat.

Deserta omnia, sine capite, sine uiribus, di praesides ac 7

*Up(ubi coll-) BOHRnDL Edd. Rom. 1469 et 1470 Ald. angebat MPFBOPHRnDL: angebant Up dett. unus contagio MOHDL: contagia PFUpB 5 ueniat ut anno] hic incipiunt fragmenta Veronensis, a Mommsenio recuperata de quibus uide sis Praefationem nostram § 7 opem MPFUpBOHRnDL: opes Ver. 6 referentes MPFUpBOH RnDL: reportantes Ver. 7 se in MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>UpOHRnD<sup>x</sup>: sed in PFBnDL: se . . . Ver. 8 -ultu res pos-] hic defit Ver. usque ad c. 7. 3 (praeterquam quod uox imperii in § 9 adhuc exstat, unaque et altera in §§ 1-2 inter quae mente quam pro mentem quam)*

fortuna urbis tutata est, quae Volscis Aequisque praedonum  
 2 potius mentem quam hostium dedit. Adeo enim nullam spem non potundi modo sed ne adeundi quidem Romana moenia animus eorum cepit tectaque procul uisa atque imminentes tumuli auertere mentes eorum, ut totis passim  
 3 castris fremitu orto quid in uasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine praeda tempus tererent, cum integra loca, Tusculanum agrum opimum copiis, petere possent, signa repente conuellerent transuersisque itineribus per Labicanos agros in Tusculanos colles transirent. Eo uis omnis tempestasque belli conuersa est.  
 4 Interim Hernici Latinique pudore etiam, non misericordia solum, moti si nec obstitissent communibus hostibus infesto agmine Romanam urbem potentibus nec opem ullam obsessis sociis ferrent, coniuncto exercitu Romam pergunt.  
 5 Vbi cum hostes non inuenissent, securi famam ac uestigia obuii fiunt descendantibus ab Tusculana in Albanam uallem. Ibi haudquaquam aequo proelio pugnatum est, fidesque sua  
 6 sociis parum felix in praesentia fuit. Haud minor Romae fit morbo strages quam quanta ferro sociorum facta erat. Consul qui unus supererat moritur; mortui et alii clari uiri, M. Valerius, T. Verginius Rutulus augures, Ser. Sulpicius

7 2 nullam spem Ver. *MPFBOHRnDL*: nulla spes *UpRn<sup>2</sup>* dett. aliq. animus dett. aliq. : animos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : defit Ver. post spem no- -tere mentes eorum] sic rursus inc. Ver.  
 3 Labicanos Ver. cf. 2. 39. 4 : lauicanos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*  
 4 moti, si nec Ver. *M<sup>3</sup>PFU<sub>p</sub>BOD?* : moti si net *M* : motis nec *Rn?* *D?* *L* : moti nec *H* : moti quod nec *D<sup>4</sup>* 5 Tusculana Ver. *MH RnDL* : Tusculano *PFU<sub>p</sub>BOD<sup>3</sup>* fort. recte, cf. c. 8. 6. inf.; sed si Tusculana corruptum est, uelutissima sane corruptio, Nicomachiana aetate antiquior, et a Nicomachis, ut uidetur, comprobata 6 quam quanta *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : quamquam tam Ver., qui post sociorum etiam add. quamquam clari *MPFBOHRnDL* : circa Ver. : uiri clari *Up*, pro clari uiri M. Valerius Ver. *MPFBOHRnDL* : M. Valerius Pighius, ut idem homo sit qui 2. 30. 5 abhinc xxx annos memorabatur, et (si recte se habet Siganii coniectura) c. 25. 2 inf. memorabitur, fort. recte Rutulus scripsi : Rutilus *Sigoni*us : Rutilius Ver. *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* quod ex antiquiore forma Rutulus natum erit, cf. 4. 35. 4; 4. 44. 13; 4. 47. 8; 4. 52. 4; 4. 61. 4; 7. 17. 6; 7. 22. 7; 7. 28. 6; 9. 17. 8; 9. 33. 1; 9. 38. 1; 10. 8. 8 (in 7. 38. 8 exstat Rutulus in *H*), et Paculus 4. 12. 1 Ser. *MPFBOHRnDL* : Seruilius Ver.

curio maximus ; et per ignota capita late uagata est uis 7 morbi, inopsque senatus auxiliu humani ad deos populum ac uota uertit. Iussi cum coniugibus ac liberis supplicatum ire pacemque exposcere deum, ad id quod sua quemque 8 mala cogeant auctoritate publica euocati omnia delubra implet. Stratae passim matres, crinibus templa uerentes, ueniam irarum caelestium finemque pesti exposcunt.

Inde paulatim, seu pace deum impetrata seu grauiore 8 tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora esse incipere, uersisque animis iam ad publicam 2 curam, cum aliquot interregna exissent, P. Valerius Publ- cola tertio die quam interregnū inierat consules creat L. Lucretium Tricipitimum et T. Veturium Geminum, siue ille Vetusius fuit. Ante diem tertium idus Sextiles consulatum 3 ineunt, iam satis ualida ciuitate ut non solum arcere bellum sed ultro etiam inferre posset. Igitur nuntiantibus Hernicis 4 in fines suos transcendisse hostes impigre promissum auxi- lium. Duo consulares exercitus scripti. Veturius missus in Volscos ad bellum ultro inferendum : Tricipitinus popula- 5 tionibus arcendis sociorum agro oppositus non ultra quam in Hernicos procedit. Veturius primo proelio hostes fundit 6 fugatque : Lucretium dum in Hernicis sedet praedonum agmen febellit supra montes Praenestinos ductum, inde demissum in campos. Vastauere agros Praenestinum Gabi-

7 humani *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : Romani *Ver.* uertit. Iussi sic *interpunxit*, *punctumque ad deum sustulit Perizonius* Iussi *MP FU<sub>p</sub>BORnD<sup>1</sup>* uel *D<sup>2</sup>* : iussis *HDL Portug.* *quod ut iussi s(unt) inter- pretatus est Drak., fort. recte* : iussos *Ver.* (*ad populum respiciens*) *non inepte, si modo plenior fides huic codici tribui posset* : iussit *Luterbacher*

8 publica euocati *PUpORnD* (*sed in P uoces non separatae*) : publi- cae uocati *FBH* : publice uocati *ML* : publice uocat *Ver.* implet *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : impleant *Ver.*

8 a Tricipitimum *Ver.* *MPFO* et sic *Fasti*, cf. *C.I.L.* i<sup>2</sup>, p. 104 : tricipitini *HRnDL* (*sed in D -ni*) : tricipitini *D<sup>3</sup>* : tricipitrum *Up* (*ut saepius*) : tricipitinū *B* 5 agro *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : agros uel agris *Ver.* procedit *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : prodit *Ver.* 6 inde demissum *Up*, *Gron.* : inde missum *Ver.* *H* : inde dimissum *MPFBO RnDL* Gabinumque *Ver.* *FBRnD* : gabinumque *MPU<sub>p</sub>OHL*

7 numque ; ex Gabino in Tusculanos flexere colles. Vrbi quoque Romae ingens praebitus terror, magis in re subita quam quod ad arcendam uim parum virium esset. Q. Fabius praerat urbi ; is armata iuuentute dispositisque 8 praesidiis tuta omnia ac tranquilla fecit. Itaque hostes praeda ex proximis locis rapta adpropinquare urbi non ausi, cum circumacto agmine redirent quanto longius ab urbe hostium abscederent eo solutiore cura, in Lucretium incident consulem iam ante exploratis itineribus suis in- 9 structum et ad certamen intentum. Igitur praeparatis animis repento pauore perculsus adorti aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt fugantque et compulsos in cauas ualles, cum exitus haud in facili essent, circumueniunt.

10 Ibi Volscum nomen prope deletum est. Tredecim milia quadringentos septuaginta cecidisse in acie ac fuga, mille septingentos quinquaginta uiuos captos, signa uiginti septem militaria relata in quibusdam annalibus inuenio, ubi etsi ad- 11 iectum aliquid numero sit, magna certe caedes fuit. Victor consul ingenti praeda potitus eodem in statu rediit. Tum consules castra coniungunt, et Volsci Aequique ad- flictas uires suas in unum contulere. Tertia illa pugna eo anno fuit. Eadem fortuna uictoram dedit ; fusis hostibus etiam castra capta.

6 Gabino *MOHRnDL* : gabinos *Ver. P* (*sed in Ver. prima littera dubia*) : gabinis *P<sup>2</sup>FUpB* ; *scil. dittographia* -no (-nis *suprascr.*) in *Ver.* et *P* eodem modo corrupta est 7 in re *MPFUpBOHRnDL* : res *Ver.* : re *Nannius*, *fort. recte*, *sed cf. cum Luterbacho* 4. 29. 6 praerat urbi ; is *MOHRnDL* : praerat urbis *PFB* : praerat urbi *P<sup>2</sup>F<sup>2</sup>* *Up* : praefectus erat urbis *Ver.* 8 locis] post haec defit *Ver.* (*praeter -pin- et ur- in uocibus sequentibus*) usque ad § 9 suis *MPFUpBOH RnDL* : satis *Soergel* : *delet Madv.*, *sed recte cum consulem... instruc-* tum *cohaerent Ablatiui* 9 in facilis *Vorm.?* *M<sup>3</sup>PFUpBORnDL Ald.* : in facilem *M?* : in facile *H* : inde faciles dett. unus (*cod. Sigonii*) : inde facilis dett. aliq. (*cum esset*) 10 septingentos *Madv.* : dec *MH* (*in ambobus primum signum neque a neque d solitae formae est*) : acc *PFUpBL* : ac c *P<sup>2</sup>* : cccc *O Edd. uet.* : cc *RnD<sup>3</sup>* ; cf. c. 5. 13 inuenio] *hac uoce inc. rursus Ver. sed defit iterum usque ad magna certe* 11 *pugna eo MPFUpBOHRnDL* : *pugna ea Ver.*

Sic res Romana in antiquum statum rediit, secundaeque <sup>9</sup>  
 belli res extemplo urbanos motus excitauerunt. C. Teren-  
 tilius Harsa tribunus plebis eo anno fuit. Is consulibus  
 absentibus ratus locum tribuniciis actionibus datum, per  
 aliquot dies patrum superbiam ad plebem criminatus, ma-  
 xime in consolare imperium tamquam nimium nec tolerabile  
 liberae ciuitati inuehebatur: nomine enim tantum minus <sup>3</sup>  
 inuidiosum, re ipsa prope atrocius quam regium esse; quippe <sup>4</sup>  
 duos pro uno dominos acceptos, immoderata, infinita pote-  
 state, qui soluti atque effrenati ipsi omnes metus legum  
 omniaque supplicia uerterent in plebem. quae ne aeterna <sup>5</sup>  
 illis licentia sit, legem se promulgaturum ut quinque uiri  
 creentur legibus de imperio consulari scribendis; quod po-  
 pulus in se ius dederit, eo consulem usurum, non ipsos libi-  
 dinem ac licentiam suam pro lege habituros. Qua pro- <sup>6</sup>  
 mulgata lege cum timerent patres ne absentibus consulibus  
 iugum acciperent, senatus a praefecto urbis Q. Fabio uoca-  
 tur, qui adeo atrociter in rogationem latoremque ipsum est  
 inuectus ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent  
 tribunum, relicta minarum atque terroris sit: insidiatum <sup>7</sup>  
 eum et tempore capto adortum rem publicam. si quem

<sup>9</sup> <sup>1</sup> belli res *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: belli uires *Ver.*    <sup>2</sup> Terentilius  
*PFB*: Terrentilius *O*: Terentillius *MHRnDL*: Terentillus *F<sup>3</sup>Up*:  
*defit Ver.*; cf. § 13 et c. 10. <sup>5</sup> Harsa *MF?* *O*: Arsa *HD?* *L*:  
*Hrasa PU<sub>p</sub>B* fuit. is *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: fuitis *M*: fuistis *Ver.*  
<sup>3</sup> inuidiosum *MPFU<sub>p</sub>* (*sed supra lineam*) *BORnDL*: inuidioso *H*:  
*in Ver. .... m tantum superest*    *quam regium] post haec*  
*uerba defit Ver. usque ad c. 11. 6*    <sup>4</sup> prope... qui soluti *om. Rn*  
*dominos M? PFU<sub>p</sub>BO*: domino *M uel M<sup>1</sup>HD<sub>L</sub>, utrumque pari iure,*  
*cf. 2. 24. 1; 3. 14. 4; 4. 4. 10*    <sup>5</sup> creentur *MPFU<sub>p</sub>BO Edd. Rom.*  
*1469 et 1470* (*in M cre- lineam concludit*): crearentur *HRnDL* ipsos  
*MOHRnDL*: ipso *P*: ipse *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>B* habituros *MPOHRnDL*:  
*habiturus P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>B*    <sup>6</sup> acciperent *M<sup>3</sup> dett. aliq. Ald.*: acciperet  
*MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* (*scil. ut cum sequenti uoce coniungeretur*): accipere  
*O?* (*sic Edd. uet. aliq. omisso ne post patres*), *sed in O accipe' quod*  
*fort. ex acciperetur natum est; hoc etiam coniecit Drak., fort. recte*  
*circumstarent UpH Ed. Rom. 1469*: circuminstarent *MPFBORnDL*  
*dett. aliq. (fort. ex ditto graphia {circum instarent } natum; in M circum in-*  
*stantare separata sunt)*

similem eius priore anno inter morbum bellumque irati di  
 8 tribunum dedissent, non potuisse sisti. mortuis duobus  
 consulibus, iacente aegra ciuitate, in conluiione omnium  
 rerum, ad tollendum rei publicae consolare imperium latu-  
 rum leges fuisse, ducem Volscis Aequisque ad oppugnandam  
 9 urbem futurum. quid tandem? illi non licere, si quid  
 consules superbe in aliquem ciuium aut crudeliter fecerint,  
 diem dicere, accusare iis ipsis iudicibus quorum in aliquem  
 10 saeuitum sit? non illum consolare imperium sed tribuni-  
 ciam potestatem inuisam intolerandamque facere; quam  
 placatam reconciliatamque patribus de integro in antiqua  
 redigi mala. neque illum se deprecari quo minus perget  
 11 ut cooperit. ‘Vos’ inquit Fabius, ‘ceteri tribuni, oramus,  
 ut primum omnium cogitatis potestatem istam ad singulo-  
 rum auxilium, non ad perniciem uniuersorum comparatam  
 esse; tribunos plebis uos creatos, non hostes patribus.  
 12 Nobis miserum, inuidiosum uobis est, desertam rem publi-  
 cam inuadi. Non ius uestrum, sed inuidiam minueritis.  
 Agite cum collega ut rem integrum in aduentum consulum  
 differat. Ne Aequi quidem ac Volsci, morbo absumentis  
 priore anno consulibus, crudeli superboque nobis bello insti-  
 13 tere.’ Agunt cum Terentilio tribuni, dilataque in speciem  
 actione, re ipsa sublata, consules extemplo arcessiti.

10 Lucretius cum ingenti praeda, maiore multo gloria rediit.  
 Et auget gloriam adueniens exposita omni in campo Martio  
 praeda, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret.  
 2 Reliqua uendita, quibus domini non exstitere. Debebatur

8 rei publicae *uel* reipp *PFB**OHR**nDL* *Ald.*: *reimp.* *uel* *reimp*  
 (*ubi* *p*=*publicae*) *M* (~*fort. add. M<sup>2</sup>*): *reip* *Up*: *e re publica Sobius*  
 9 *licere M* (*in fine linea*) *OHR**nDL* *Ed. Rom.* 1469: *liceret PFUpB*  
 10 *non illum Ed. Frob.* 1531: *non illud MPFUpBOHR**nDL* *dett.*  
*Edd. uet. Ald.* (*scil. diem dicere, accusare etc., quod intellegi quidem*  
*potest huic tamen loco alienum est*); *longe facilius creditur perperam*  
*accommodasse aliquem pronomen ad consolare imperium, cf. 2. 56.* 12  
*adn.* *placatam M* (*cf. 2. 60. 3*): *pacatam PFUpBOHR**nDL* *dett.*  
*Edd. uet. Ald. fort. recte* 13 *Terentilio F, Niebuhr: terentillo*  
*MPF<sup>3</sup>UpBHR**n*: *terrentillo ODL; cf. § 2 et c. 10. 5*

omnium consensu consuli triumphus ; sed dilata res est, tribuno de lege agente ; id antiquius consuli fuit. Iactata 3 per aliquot dies cum in senatu res tum apud populum est ; cessit ad ultimum maiestati consulis tribunus et destitit. Tum imperatori exercituique honos suus redditus. Trium- 4 phauit de Volscis Aequisque ; triumphantem secutae suae legiones. Alteri consuli datum ut ouans sine militibus urbem iniret.

Anno deinde insequenti lex Terentilia ab toto relata 5 collegio nouos adgressa consules est ; erant consules P. Volumnius Ser. Sulpicius. Eo anno caelum ardere uisum, 6 terra ingenti concussa motu est. Bouem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum. Inter alia prodigia et carne pluit, quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuisse fertur ; quod intercidit, sparsum ita iacuisse per aliquot dies ut nihil odor mutaret. Libri per duumuiores 7 sacrorum aditi ; pericula a conuentu alienigenarum praedicta, ne qui in loca summa urbis impetus caedesque inde fierent ; inter cetera monitum ut seditionibus abstineretur. Id factum ad impediendam legem tribuni criminabantur, ingensque aderat certamen. Ecce, ut idem in singulos annos orbis 8 uolueretur, Hernici nuntiant Volscos et Aequos, etsi abscissae res sint, reficere exercitus ; Antii summam rei positam ; Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere ; id caput, eas uires belli esse. Ut haec dicta in senatu sunt, dilectus 9 edicitur ; consules belli administrationem inter se dispergiri iussi, alteri ut Volsci, alteri ut Aequi prouincia esset. Tri- 10

<sup>10</sup> 5 Terentilia *Edd. ex c. 9* ; terentilla *MPFBOHRnDL* : tarentilla *Up* 6 carne *Vorm.?* *MÖH Edd. uet. aliq.* : carnem *PFUpBRnDL* *Ed. Rom. 1469*; cf. 10. 7. 8 et 28. 27. 16 ubi idem dubium pluit *MPFUpBOHRnDL* : pluuisse (*uel pluuisse*) *dett. Ald., fort. recte* 8 abscissae res sint *Vorm. MOHRnD<sup>2</sup>* *marg. L* *dett. Edd. uet.* : abscisse res sint *P* *dett. aliq. Ald.* : abscesserint *P<sup>2</sup>F<sup>3</sup>Up* : abscisae sint .... *D* : abcesserint *FUp<sup>2</sup>B* : accisae res sint *Rhenan.*, *uix necessario* Ecetrae *Vorm.?* : ecetrae *MRn* : ecetere *D?* *L* : ecetera *D<sup>3</sup>* (*add. -nos D<sup>4</sup>*) : aecetrae *H* : ceteras *PFB* : caeteros *Up* : ceteros *F<sup>2</sup>O* : eicere *dett.*

buni coram in foro personare, fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos. iam ne uirtute quidem 11 premi libertatem populi Romani sed arte eludi. quia occidione prope occisos Volscos et Aequos mouere sua sponte arma posse iam fides abierit, nouos hostes quaeri; coloniam 12 fidam propinquam infamem fieri. bellum innoxiis Antati- bus indici, geri cum plebe Romana, quam oneratam armis ex urbe praecipiti agmine acturi essent, exsilio et relegatione 13 ciuium ulciscentes tribunos. sic, ne quid aliud actum pu- tent, uictam legem esse, nisi dum in integro res sit, dum domi, dum togati sint, caueant ne possessione urbis pellan- 14 tur, ne iugum accipient. si animus sit, non defore auxili- um; consentire omnes tribunos. nullum terrorem exter- num, nullum periculum esse; cauisse deos priore anno ut tuto libertas defendi posset. Haec tribuni.

II At ex parte altera consules in conspectu eorum positis sellis dilectum habebant. Eo decurrunt tribuni contionem- que secum trahunt. Citati pauci uelut rei experiundae causa, 2 et statim uis coorta. Quemcumque lictor iussu consulis prendisset, tribunus mitti iubebat; neque suum cuique ius modum faciebat sed uirium spes, et manu obtainendum erat quod intenderes.

3 Quemadmodum se tribuni gessissent in prohibendo dilectu, sic patres se in lege, quae per omnes comitiales dies fereba- 4 tur, impedienda gerebant. Initium erat rixae, cum discedere populum iussissent tribuni, quod patres se submoueri haud sinebant. Nec fere seniores rei intererant, quippe quae non

10 arte eludi *D? Ed. Frob.* 1535: arte ludi *MPFU<sup>p</sup>BOHRnD<sup>1</sup>L*

13 dum domi *PFU<sup>p</sup>BOHRnDL* (*sed in D hasta aliqua supra inter domi et dum, quae post a D<sup>2</sup> erasa est*): dum domit *M*: dum dormit *M<sup>2</sup>* (*scil. t ex togati) omissum uel obscuratum in exemplari, tum perperam repositum*) togati *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BHRnDL*: dogati *P*: ogati *M*: togae *O*

II 2 spes, et *PFU<sup>p</sup>B*: spe et *MP<sup>2</sup>HRnDL* dett. ‘*antiqua lectio*’ *Rhenan.*: spe sed *O Edd. uet. Ald.* 3 sic patres se *Luterbacher*, quem iam confirmat *D ubi* sic patress: sic patres *MPFU<sup>p</sup>BORnD<sup>2</sup>L*: sic se patres *H. J. Mueller*

consilio regenda sed permissa temeritati audaciaeque esset. Multum et consules se abstinebant, ne cui in conluuione 5 rerum maiestatem suam contumeliae offerrent. Caeso erat 6 Quinctius, ferox iuuenis qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine et uiribus. Ad ea munera data a dis et ipse addiderat multa belli decora facundiamque in foro, ut nemo, non lingua, non manu promptior in ciuitate haberetur. Hic 7 cum in medio patrum agmine constitisset, eminens inter alios, uelut omnes dictaturas consulatusque gerens in uoce ac uiribus suis, unus impetus tribunicios popularesque procellas sustinebat. Hoc duce saepe pulsi foro tribuni, fusa 8 ac fugata plebes est; qui obuius fuerat, mulcatus nudatusque abibat, ut satis appareret, si sic agi licaret, uictam legem esse. Tum prope iam percussis aliis tribunis A. Verginius, 9 ex collegio unus, Caesoni capitis diem dicit. Atrox ingenium accenderat eo facto magis quam conterruerat; eo acrius obstare legi, agitare plebem, tribunos uelut iusto persecui bello. Accusator pati reum ruere inuidiaeque flammam ac 10 materiam criminibus suis suggerere; legem interim non tam ad spem perferendi quam ad laccendam Caesonis temeri-

4 esset  $F^3Rn^2$  dett. *aliq.* *Ed. Rom.* 1469: essent  $MPF?$   $UpB^1$  in ras.  $OHRnDL$  dett. 5 offerrent] *hac uoce rursus incipit Ver. et sic PFU $p$ ORnD $s$ L*: offerrent  $MBH$ : offererent  $D$  6 -que in foro ut nemo  $MPFU $p$ BOHRnDL$ : def. *Ver.* ubi linea perit, Mommsenio uero prior linea olim facundiamq. habuisse uidetur. Sed spatio uix sufficiunt uerba in foro ut nemo, quoniam linea Veronensis plerumque 18 uel 20, interdum 16, rarissime minus quam 14 litteras exhibeat. Post nemo igitur fort. *aliquid addendum* (*e.g. eo conicit Walters*), *praesertim cum et in M* due linea (belli . . . manu) *et in D* (*ubi non per columnas sed continuo scribitur*) *una solito breuiores sint.* Certe minus dura erit structura sententiae si nemo aliquo modo a non seiungere licet

7 popularesque  $MP^2FU $p$ BOHRnDL$ : populares  $P$ : *in Ver.* periu $t$  linea

8 mulcatus  $PFBOH$ : mulgatus  $MRnDL$ : multatus  $D^sUp$ : *in Ver.* periu $t$  linea abibat  $MPU $p$ BOHD $s$$ : habitabat  $F$  (*ut uidetur*): hibat  $DL$ : ibat  $Rn$  uictam  $MF^3UpOHRnDL$ : uotam  $PF?$   $B$ : *in Ver.* periu $t$  9 percussis *Ver.*  $MPFU $p$ BOHRnD $s$$ : perpulsis  $DL$  acrius  $MPFU $p$ BOHD $s$$ : carius  $RnDL$ : defit *Ver.* 10 ruere  $M^1$  uel  $M^2F^3OHRnDL$ : ruerem  $M?$ : reuere  $PFB$  (*ex praec.* reum): reuera  $Up$ : defit *Ver.* 10-11 Caesonis temeritatem . . . in unius  $MP^2$   $FU $p$ BOHRnDL$ : om.  $P$

11 tatem ferre. Ibi multa saepe ab iuuentute inconsulte dicta factaque in unius Caesonis suspectum incidentur ingenium.

12 Tamen legi resistebat. Et A. Verginius identidem plebi : ‘Ecquid sentitis iam, uos, Quirites, Caesonem simul ciuem 13 et legem quam cupitis habere non posse? Quamquam quid ego legem loquor? Libertati obstat; omnes Tarquinios superbia exsuperat. Exspectate dum consul aut dictator fiat, quem priuatum uiribus et audacia regnante uidetis.’ Adsentiebantur multi pulsatos se querentes, et tribunum ad rem peragendam ultro incitabant.

12 Iam aderat iudicio dies apparebatque uolgo homines in damnatione Caesonis libertatem agi credere. Tum demum coactus cum multa indignitate prensabat singulos. Seque-2 bantur necessarii, principes ciuitatis. T. Quinctius Capito- linus, qui ter consul fuerat, cum multa referret sua familiaeque 3 decora, adfirmabat neque in Quinctia gente neque in ciuitate Romana tantam indolem tam maturae uirtutis unquam ex- stitissem; suum primum militem fuisse, se saepe uidente pug-4 nasce in hostem. Sp. Furius, missum ab Quinctio Capito- lino sibi eum in dubiis suis rebus uenissem subsdio; neminem

11 Ibi multa *MP<sup>2</sup>FUpBOHRnDL* : multa ibi *Ver.* suspectum incidentur *MPUpBOHDL* : susceptu cadunt *F<sup>3</sup>* (*ubi in secunda uoce -at-*  
*tantum ab F ipso scriptum superest*) : suspect . . . . *Ver.* *ubi uix plus 8*  
*litterae, uix minus 4 in fine lineae perierunt* : inclinant uel (*non recte*)  
*incumbunt Karsten* 12 resistebat . Et A. Verginius *Karsten* :  
*resisteb . . . . ginius Ver., uix plus 8 litteris deperditis* : resistebatur.  
 Et A. Verginius *MPFUpBOHRnDL, fort. recte* Ecquid *MPF<sup>3</sup>UpH*  
*Rn* : et quid *Ver. F? OD<sup>3</sup>L* : hec quid *B* 13 quid ego *Ver. MU<sup>3</sup>*  
*OHRnDL* : quidem ego *D<sup>3</sup>* : ego *PFB* rem peragendam *MPFUp*  
*BOHRnDL* : . . . . agendum *Ver.* : reum peragendum *Cobet* (*cf. 4. 42.*  
*6), fort. recte*

12 1 cum multa *MPFU<sup>3</sup>BORnDL* (*cf. 5. 26. 8*) : cum *H* : multa dett. plures : deficit *Ver.* sed spatium cum multa commendat 3 uidente *MPFU<sup>3</sup>BOHRnDL* : uident *Ver.*, *ubi inter militem et -aepe est lacuna*  
*uel 8 tantum litterarum; potest igitur se omisisse* 4 Sp. Furius  
*Ver. UpRn<sup>2</sup> dett. aliq. Edd. Rom. 1469 et 1470* : Sp. Furium *MPBOH*  
*RnDL* : in *Frasura* Sp. . . . Capitolino *hausit* missum *Ver. O Ed.*  
*Rom. 1469 Ald.* : ipsum missum *MPU<sup>3</sup>BHRnDL* : et ipsum missum  
 dett. aliq. *Ed. Rom. 1470* neminem unum esse cuius *MOH* :  
 neminem esse cum eius *Ver.* : nem in em in unum esse cuius *L* : nec  
 in em in unum esse cuius *D* : neminem unum cuius *PF<sup>3</sup>UpB* : neminem  
 unum cui (*uel cum*) *F?* : totum erasum in *Rn*

unum esse cuius magis opera putet rem restitutam. L. Lu- 5  
 cretius, consul anni prioris, recenti gloria nitens, suas laudes  
 participare cum Caesone, memorare pugnas, referre egregia  
 facinora nunc in expeditionibus, nunc in acie; suadere et 6  
 monere iuuenem egregium, instructum naturae fortunaeque  
 omnibus bonis, maximum momentum rerum eius ciuitatis in  
 quamcumque uenisset, suum quam alienum mallingent ciuem  
 esse. quod offendat in eo, feruorem et audaciam, aetatem 7  
 cottidie auferre: quod desideretur, consilium, id in dies  
 crescere. senescentibus uitiis, maturescente uirtute, sinerent  
 tantum uirum senem in ciuitate fieri. Pater inter hos L. 8  
 Quinctius, cui Cincinnato cognomen erat, non iterando  
 laudes, ne cumularet inuidiam, sed ueniam errori atque  
 adulescentiae petendo, sibi qui non dicto, non facto quem-  
 quam offendisset, ut condonarent filium orabat. Sed alii 9  
 auersabantur preces aut uerecundia aut metu, alii se suos-  
 que mulcatos querentes atroci responso iudicium suum  
 praeferebant.

Premebat reum praeter uolgatam inuidiam crimen unum, 13  
 quod M. Volscius Fictor, qui ante aliquot annos tribunus  
 plebis fuerat, testis extiterat se, haud multo post quam pesti- 2  
 lentia in urbe fuerat, in iuuentutem grassantem in Subura  
 incidisse. ibi rixam natam esse fratremque suum maiorem  
 natu, necdum ex morbo satis ualidum, pugno ictum ab  
 Caesone cecidisse; semianimem inter manus domum abla- 3  
 tum, mortuumque inde arbitrari, nec sibi rem exsequi tam

5 L. Lucretius Ver. (cf. c. 8. 2 sup.): p. lucretius *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PUpB OHRnDL Edd. net. Ald.*: p. f. lucretius *M et fort. F*: rē p̄ Lucretius *F<sup>3</sup>*

6 fortunaeque *PFUpBOHRn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>*: . . . tunaequae Ver.: portunaeque *M*: oportunaequae *M<sup>3</sup>*: formaeque *RnDL* mallingent *MPFU<sup>2</sup>OH RnDL*: malet Ver. auferre *MF<sup>3</sup>Up<sup>2</sup>OHRn<sup>2</sup>*: offerre *PF? UpB RnDL*: magis auferre Ver.? (*ubi m et i dubia, -s periit*)

13 1 M. Volscius *MP<sup>1</sup>UpOH*: m. volcius *FB*: m. volcios *P*: m. vulscius *RnDL*: c. viscios Ver. 2 se *MPFU<sup>2</sup>BOHRnDL*: om. Ver. in iuuentutem Ver. dett. aliq. Ald.: iuuentutem *Vorm. MPFU<sup>2</sup> BOHDL* incidisse *MPFU<sup>2</sup>BOHDL*: incidisset Ver. necdum] ante hanc uocem infirmum dubitanter inserebat H. J. Mueller, sed cf. 4. 13. 5 3 rem exsequi *MPFU<sup>2</sup>BOHRnDL*: ord. inuerso Ver.

atrocem per consules superiorum annorum licuisse. Haec Volscio clamitante adeo concitati homines sunt ut haud 4 multum afuerit quin impetu populi Caeso interiret. Verginius arripi iubet hominem et in uincula duci. Patricii ui contra uim resistunt. T. Quinctius clamitat, cui rei capitalis dies dicta sit et de quo futurum propediem iudicium, eum 5 indemnatum indicta causa non debere uiolari. Tribunus supplicium negat sumpturum se de indemnato; seruaturum tamen in uinculis esse ad iudicii diem ut, qui hominem ne- cauerit, de eo supplicii sumendi copia populo Romano fiat. 6 Appellati tribuni medio decreto ius auxilii sui expedient: in uincula conici uetant; sisti reum pecuniamque ni sistatur 7 populo promitti placere pronuntiant. Summam pecuniae quantam aequum esset promitti, ueniebat in dubium; id ad senatum reicitur: reus, dum consulerentur patres, reten- 8 tus in publico est. Vades dari placuit; unum uadem tribus milibus aeris obligarunt; quot darentur permissum tribunis est. Decem finierunt; tot uadibus accusator uadatus est reum. Hic primus uades publico dedit. Dimissus e foro

3 afuerit *PFUpBORnD*: absuerit *H*: affuerit *L*: fuerit *M*: *defit Ver. ante -rit* 4 in uincula duci *MPFUpBOHRnDL* (*cf. § 6; 4. 26. 9 adn.*): *defit Ver. post uin-* patricii ui *Ver. PF<sup>8</sup> (fort. et F) UpBOH* (*sed in H ui inter . . quae uidentur uocem ex margine sumptam denotare; post patricii facile excidere potuit*): patricii uis *M*: patri cuius *RnDL* T. Quinctius *MPFUpBOHRnDL*: *om. T. Ver.* rei *Ver. Vorm.?* *MPFUpBRnDL*: reo *OHRn<sup>2</sup>* *Edd. uet. Ald.* 5 in uinculis *MPF UpBOHRnDL*: *defit Ver. ante -lis* 6 in uincula *MPFBHRnD<sup>3</sup>* in ras. *Ed. Rom. 1469*: in uincula *Ver. UpOL* ni sistatur *Ver. Up*: nisi sistatur *MPFBOHRnD<sup>3</sup>L*: nistasistatur *D*? 8 dari *Madv.*: dare *MPFUpBOHRnDL* (*sed cf. e.g. I. 5. 5; I. 9. II; I. 17. 3; I. 20. 3; 4. 58. 4; 5. I. 8*): *defit Ver.* tribus millibus *Gruiter*:  $\infty \infty \infty$  *MPF BHRnDL* (*nisi quod tertio loco M exo habet*): *cx cx cx Up*: . ria milia *Ver. (num recte?)*: trium millium dett. *alig. Edd. uet. alig. : in O clausula corrupta in V. m̄. uadem aeris sed ante V. m̄ add. unū O<sup>1</sup> marg.* obligarunt *OHRnDL* *Ed. Rom. 1469*: obligarent *PF? UpB*: obligauerunt *M*: in *Ver. -unt tantum seruatum sed Harleianam potius quam Mediceam lectionem commendat sputii ratio* quot *MOHRn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>* *Edd. Rom. 1469 et 1470*: quod *Ver. RnDL*: *quae FUpB*: que *P* publico *Gron.*: publicos *MPFUpBOHRnDL* (*sed Up teste Frigellio, tacente Häggströmio*): public. *Ver. (si 18 litteras habuit linea, una tantum littera periit)*: publicos *etiam nota antiquissima in M margine, codici, ut puto, aequalis*

nocte proxima in Tuscos in exsilium abiit. Iudicij die cum 9 excusaretur solum uertisse exsiliī causa, nihilo minus Verginio comitia habente, collegae appellati dimisere concilium. Pecunia a patre exacta crudeliter, ut diuenditis omnibus 10 bonis aliquamdiu trans Tiberim ueluti relegatus deuio quodam tugurio uiueret.

Hoc iudicium et promulgata lex exercuit ciuitatem : ab 14 externis armis otium fuit. Cum uelut uictores tribuni perculsis patribus Caesonis exsilio prope perlatam esse crederent legem, et quod ad seniores patrum pertineret cessissent possessione rei publicae, iuniores, id maxime quod Caesonis 3 sodalium fuit, auxere iras in plebem, non minuerunt animos ; sed ibi plurimum profectum est quod modo quodam temperauere impetus suos. Cum primo post Caesonis exsilium 4 lex coepit ferri est, instructi paratique cum ingenti clientium exercitu sic tribunos, ubi primum submouentes praebuere causam, adorti sunt ut nemo unus inde praecipuum quicquam gloriae domum inuidiaeue ferret, mille pro uno Caesones exstitisse plebes quereretur. Mediis diebus quibus 5 tribuni de lege non agerent, nihil eisdem illis placidius aut quietius erat. Benigne salutare, adloqui plebis homines,

8 in Tuscos Ver. *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>UpO* : intuscōs *F* (*postea erasum*) : intus cōs *MPBH* : intus consules *RnDL* 10 ueluti *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : uelut Ver. deuo Ver. coniecturam *Campani et Rhenani confirmans*, quamquam in Ver. -o minus certum est : deuo Vorm. *M* : de ullo *PF? UpBOHRnDL*

14 i iudicium et *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : om. et Ver. 2 perlatam *MOHRnDL* : prolatam *PFUpB* : . . lat . . Ver. cessissent Ver. *MPFU<sub>p</sub>BORnDL* : cessisse *H*; fort. recte 3 sodalium *MPFU<sub>p</sub>B* *OHRnDL* : sodalicium Ver., *uix recte* auxere iras in plebem, non minuerunt animos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : *secludit* non minuerunt animos Karsten : *si quid mutandum sit, malimus auxere iras in plebem secludere* : in Ver. post sodalicium fuit ause- perierunt -re iras in plebem non, et -urimum pro-, et -d modo, ita tamen ut his uocibus bene sufficiat spatium ; sed post impetus suos omnia perierunt usque ad c. 18. 9 4 cum ingenti *MPFU<sub>p</sub>BORnDL* : om. cum *H*, *uix recte*, cf. c. 12. 1 adn. quicquam *MP<sup>2</sup>FUpBOHRnDL* : quicquam odie *P* : quicquam eo die *Alsch.*, sed potest illud odie ex uoce gloriae male audita natum et mox correctum sed non deletum sic in ditto graphiam abiisse quam postea recte deleuit *P<sup>2</sup>* 5 agerent *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>* : haberent *RnDL*

domum inuitare, adesse in foro, tribunos ipsos cetera pati sine interpellatione concilia habere, nunquam ulli neque publice neque priuatim truces esse, nisi cum de lege agi  
 6 coeptum esset; alibi popularis iuuentus erat. Ne uoce quidem incommoda, nedum ut ulla uis fieret, paulatim permulgendo tractandoque mansuefecerant plebem. His per totum annum artibus lex elusa est. Nec cetera modo tribuni tranquillo peregere, sed refecti quoque in insequentem annum.

**15** Accipiunt ciuitatem placidiorem consules C. Claudius Appi filius et P. Valerius Publicola. Nihil noui nouus annus attulerat; legis ferendae aut accipiendae cura ciuitatem tenebat. Quantum iuniores patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant ut plebi suspectos eos criminando facerent: coniurationem factam; Caesonem Romae esse; interficiendorum tribunorum, trucidandae plebis consilia inita; id negotii datum ab senioribus patrum ut iuuentus tribuniciam potestatem e re publica tolleret formaque eadem ciuitatis esset quae ante Sacrum montem occupatum 4 fuerat. Et ab Volscis et Aequis statum iam ac prope sollempne in singulos annos bellum timebatur, propiusque aliud 5 nouum malum necopinato exortum. Exsules seruique, ad duo milia hominum et quingenti, duce Appio Herdonio 6 Sabino nocte Capitolium atque arcem occupauere. Con-

5 iuuentus erat] sequitur in *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL* sententia de tribunis Nec cetera . . . annum quam in finem capitulo transtulimus; uide sis Class. Quarterly, v (1901), p. 1      6 uoce *MPFU<sup>p</sup>BOHRn<sup>2</sup>D<sup>1</sup>*: uocem *RnDL* incommoda *MPFU<sup>p</sup>BOHRn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>*? *L*: incommodam *RnD* (fort., sed non puto): meliorum codicum lectionem ut nominativum recte tutatur *Harant*: incommodi *Siesebye et Madv.* ulla *Up<sup>p</sup>ORn<sup>2</sup> Edd. uet.*: illa *MPFU<sup>p</sup>BHRnDL* mansuefecerant *MPF Up<sup>p</sup>BOHRnDL*: mansuefecerat *Harant*, uix necessario, cf. e.g. 2. 5. 3 peregere *F<sup>3</sup>Up<sup>p</sup>ORnL Edd. uet.*: peregre *MPBD*: peraegre *H*      15 4 ab Volscis *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BO*: ad Volscis *P*: a Volscis *MHRnDL*      5 duo milia *Edd. uet.*, 'lectio uetus' *Rhenan.*: ∞ ∞ milia *MHRnDL*: co co milia *PD?*: ccc milia *O*: cccc milia *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BD<sup>3</sup>* (*sed in F spatum 6 uel 7 litterarum ante ad uacuum relictum*): quattuor milia dett. (et sic *Dion. Hal. 10. 14. 1*)      occupauere *MHRnDL*: occupauerū (i.e. -runt) *O*: occupauerunt *PFU<sup>p</sup>B*

festim in arce facta caedes eorum qui coniurare et simul capere arma noluerant : alii inter tumultum praecipites pauore in forum deuolant : alternae uoces ‘Ad arma’ et ‘Hostes in urbe sunt’ audiebantur. Consules et armare plebem et inermem pati timebant, incerti quod malum repentinum, externum an intestinum, ab odio plebis an ab seruili fraude, urbem inuasisset ; sedabant tumultus, sedando interdum mouebant ; nec enim poterat pauida et consternata multitudo regi imperio. Dant tamen arma, non uolgo, tantum ut incerto hoste praesidium satis fidum ad omnia esset. Solliciti reliquum noctis incertique qui homines, quantus numerus hostium esset, in stationibus disponendis ad opportuna omnis urbis loca egere. Lux deinde aperuit bellum ducemque belli. Seruos ad libertatem Appius Herdonius ex Capitolio uocabat: se miserrimi cuiusque suscepisse causam, ut exsules iniuria pulsos in patriam reduceret et seruitiis graue iugum demeret ; id malle populo Romano auctore fieri : si ibi spes non sit, se Volscos et Aequos et omnia extrema temptaturum et concitaturum.

Dilucere res magis patribus atque consulibus. Praeter ea tamen quae denuntiabantur, ne Veientium neu Sabinorum id consilium esset timere et, cum tantum in urbe hostium esset, mox Sabinae Etruscaeque legiones ex composito adessent, tum aeterni hostes, Volsci et Aequi, non ad populanodos, ut ante, fines sed ad urbem ut ex parte captam uenirent. Multi et uarii timores ; inter ceteros eminebat terror seruilis ne suus cuique domi hostis esset, cui nec credere nec non credendo, ne infestior fieret, fidem abrogare satis erat tutum ; uixque concordia sisti uidebatur posse. Tantum superantibus aliis ac mergentibus malis nemo tribunos aut plebem

6 ‘Ad arma’ et *MRnDL* : et arma et *H* : ad arma ad *PF? UpBO* : et ad arma et *dett. unus* in urbe sunt *MPFBHRnDL* : sunt in urbe *Up* : in urbe (*om. sunt*) *O, fort. recte*

16 3 non credendo *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* : *om. non O* ne infestior *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHRnDL* : nec infestior *P*

timebat; mansuetum id malum et per aliorum quietem malorum semper exoriens tum quiesce peregrino terrore 5 sopitum uidebatur. At id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit. Tantus enim tribunos furor tenuit ut non bellum, sed uanam imaginem belli ad auertendos ab legis cura plebis animos Capitolium insedisse contenderent; patriciorum hospites clientesque si perlata lege frustra tumultuos esse se sentiant, maiore quam uenerint silentio 6 abituros. Concilium inde legis preferendae habere, auocato populo ab armis. Senatum interim consules habent, alio se maiore ab tribunis metu ostendente quam quem nocturnus hostis intulerat.

17 Postquam arma poni et discedere homines ab stationibus nuntiatum est, P. Valerius, collega senatum retinente, se ex 2 curia proripit, inde in templum ad tribunos uenit. ‘Quid hoc rei est’ inquit, ‘tribuni? Appi Herdoni ductu et auspicio rem publicam euersuri estis? Tam felix uobis corrumpendis fuit qui seruitia non commouit auctor? Cum hostes supra caput sint, discedi ab armis legesque ferri placet?’ 3 Inde ad multitudinem oratione uersa: ‘Si uos urbis, Quirites, si uestri nulla cura tangit, at uos ueremini deos uestros ab hostibus captos. Iuppiter optimus maximus, Iuno regina et Minerua, alii di deaeque obsidentur; castra seruorum publicos uestros penates tenent; haec uobis forma sanae ciuitatis

4 tum quiesce Scheller: tumque esse *MPFU<sub>p</sub>BOHRnL* Edd. uet.: tum quī esse D?: tum q: esse F (*ubi*-que constanter per q; exprimitur): tum esse Sigon.: tum quiescere Linsmayer 5 At id Ald., Up: ad id *MPFBOHRnDL* auertendos *MPFU<sub>p</sub>O*: uertendos *BHRnDL*

abituros *MP<sup>2</sup>OD<sup>3</sup>*: habituros *PF<sup>3</sup>BHRnDL* (*in F stat h-in rasura: quid subsit non apparet*) 6 legis O dett. unus: legi *MU<sub>p</sub>DL*: lege *PFB*; *pro genetivo cf. 9. 9. 19 cum adn.; 9. 11. 12, Caes. B. G. 4.* 17. 10. preferendae *MPF?* *BÖHDL*: proferenda *F<sup>3</sup>* auocato Ald., *F<sup>3</sup>Up<sup>2</sup>*: aduocato Vorm.? *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*

17 1 retinente se ex *PFU<sub>p</sub>BORnD<sup>4</sup>*: retinentes ex *DL*: retinentes et ex *M*: retinente ex *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>H* 3 urbis, Quirites *Sabellicus* uel ‘aliquis’ a *Sabellico citatus* (*cf. c. 67. 1; 5. 3. 2; 5. 6. 15; 5. 18. 3; 5. 52. 1; 9. 34. 3*): urbisque *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>2</sup> uel D<sup>1</sup>L*: urbisq:s D Juno *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: Iunoque *Madv.*

uidetur? Tantum hostium non solum intra muros est sed 4  
 in arce supra forum curiamque; comitia interim in foro sunt,  
 senatus in curia est; uelut cum otium superat, senator sen-  
 tentiam dicit, alii Quirites suffragium ineunt. Non quidquid 5  
 patrum plebisque est, consules, tribunos, deos hominesque  
 omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare  
 ac pacare augustissimam illam domum Louis optimi maximi  
 decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua quondam 6  
 arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti, da stirpi  
 tuae; iube hanc ingredi uiam, quam tu dux, quam tuus  
 ingressus exercitus est. Primus en ego consul, quantum  
 mortal is deum possum, te ac tua uestigia sequar.' Vltimum 7  
 orationis fuit, se arma capere, uocare omnes Quirites ad  
 arma; si qui impediat, iam se consularis imperii, iam tribu-  
 niae potestatis sacratarumque legum oblitum, quisquis ille  
 sit, ubicumque sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum.  
 iuberent tribuni, quoniam in Appium Herdonium uetarent, 8  
 in P. Valerium consulem sumi arma; ausurum se in tribunis,  
 quod princeps familiae suae ausus in regibus esset. Vim 9  
 ultimam apparebat futuram spectaculoque seditionem Ro-  
 manam hostibus fore. Nec lex tamen ferri nec ire in Capi-  
 tolium consul potuit; nox certamina coepta oppressit;  
 tribuni cessere nocti, timentes consulum arma. Amotis 10  
 inde seditionis auctoribus patres circumire plebem inseren-  
 tesque se in circulos sermones tempori aptos serere; admon-  
 nere ut uiderent in quod discriminem rem publicam adducerent.  
 non inter patres ac plebem certamen esse, sed simul patres 11  
 plebemque, arcem urbis, templa deorum, penates publicos  
 priuatosque hostibus dedi. Dum haec in foro sedandae 12  
 discordiae causa aguntur, consules interim, ne Sabini neue  
 Veiens hostis moueretur, circa portas murosque disces-  
 serant.

<sup>12</sup> neue Veiens *MHRn*: ne ueiens *PF<sup>1</sup>UpODL*: ne ueniens *F? B*  
*LIVY*

18 Eadem nocte et Tusculum de arce capta Capitolioque  
 occupato et alio turbatae urbis statu nuntii ueniunt.  
 2 L. Mamilius Tusculi tum dictator erat. Is confestim con-  
 uocato senatu atque introductis nuntiis magnopere cen-  
 3 set, ne exspectent dum ab Roma legati auxilium petentes  
 ueniant; periculum ipsum discrimenque ac sociales deos  
 fidemque foederum id poscere; demerendi beneficio tam  
 potentem, tam propinquam ciuitatem nunquam parem  
 4 occasionem datus deos. Placet ferri auxilium; iuuentus  
 conscribitur, arma dantur. Romam prima luce uenientes  
 procul speciem hostium praebuere; Aequi aut Volsci uenire  
 uisi sunt; deinde ubi uanus terror abiit, accepti in urbem  
 5 agmine in forum descendunt. Ibi iam P. Valerius relicto  
 6 ad portarum praesidia collega instruebat aciem. Auctoritas  
 uiri mouerat, adfirmantis Capitolio reciperoato et urbe pacata  
 si edoceri se sissent quae fraus ab tribunis occulta in lege  
 ferretur, memorem se maiorum suorum, memorem cogno-  
 minis quo populi colendi uelut hereditaria cura sibi a  
 maioribus tradita esset, concilium plebis non impediturum.  
 7 Hunc ducem secuti nequ quam reclamantibus tribunis in  
 cliuum Capitolinum erigunt aciem. Adiungitur et Tuscu-  
 lana legio. Certare socii ciuesque utri reciperaetae arcis  
 8 suum decus facerent; dux uterque suos adhortatur. Trepid-  
 dare tum hostes nec ulli satis rei praeterquam loco fidere;  
 trepidantibus inferunt signa Romani sociique. Iam in uesti-  
 bulum perruperant templi cum P. Valerius inter primores  
 9 pugnam ciens interficitur. P. Volumnius consularis uidit  
 cadentem. Is dato negotio suis ut corpus obtegerent, ipse

18 1 et Tusculum *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* (*sed in B tust-*) : in Tusculum  
 O : Tusculum *Madv.* 3 id poscere . . . ciuitatem *om. H* deme-  
 rendi *Ed. Rom. 1470* : demerendo *MPDL* : de merendo *UpORn* :  
 demorendo *B* : deuintiendam *F<sup>3</sup> in rasura* 6 reciperoato] *uide sis*  
 1. 12. 1 *adn.* : recuperato *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* si edoceri se  
 sissent *Rhenan.* : si se doceri sensissent *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*  
 (*sed sensis sent D*) : si se doceri siuissernt *Up<sup>2</sup>* *dett. aliq. Edd. uet.*  
 quo populi *Gron.* : quod populi *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*; tutatur *Alsch. ad*  
 cognominis *referens* (*cf. 3. 34. 6 adn.*) 7 reciperaetae] *ut supra* :  
 recuper- *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*

in locum uicemque consulis prouolat. Prae ardore impetu-  
que tantae rei sensus non peruenit ad militem; prius uicit  
quam se pugnare sine duce sentiret. Multi exsulum caede 10  
sua foedauere templum, multi uiui capti, Herdonius inter-  
fectus. Ita Capitolium reciperatum. De captiuis, ut quisque  
liber aut seruus esset, suae fortunae a quoque sumptum  
supplicium est. Tusculanis gratiae actae, Capitolium pur-  
gatum atque lustratum. In consulis domum plebes quad- 11  
rantes ut funere ampliore efferretur iactasse fertur.

Pace parta, instare tum tribuni patribus, ut P. Valeri 19  
fidem exsoluerent, instare *(C.) Claudio*, ut collegae deos  
manes fraude liberaret, agi de lege sineret. Consul ante-  
quam collegam sibi subrogasset negare passurum agi de  
lege. Hae tenuere contentiones usque ad comitia consulis 2  
subrogandi. Decembri mense summo patrum studio L.  
Quinctius Cincinnatus, pater Caesonis, consul creatur qui  
magistratum statim occiperet.. Perculsa erat plebes con- 3  
sulem habitura iratum, potentem fauore patrum, uirtute sua,  
tribus liberis, quorum nemo Caesoni cedebat magnitudine  
animi, consilium et modum adhibendo ubi res posceret  
priores erant. Is ut magistratum iniit, adsiduis contionibus 4  
pro tribunal non in plebe coercenda quam senatu castigando  
uehementior fuit, cuius ordinis languore perpetui iam tribuni

<sup>9</sup> prius uicit] his uocibus rursus inc. Ver.      10 templum *MPFU<sub>p</sub> BOHRnD<sup>s</sup>*: templa Ver.: templi *DL* reciperatum Ver. (*uide sup. § 6*): recuperatum *MPU<sub>p</sub>BOHRnDL*      11 efferretur *F<sup>3</sup> in rasura Edd. uet. aliq.* : referretur *RnDL* : ferretur Ver. *MPU<sub>p</sub>BOH* (*sed in H* amplio referretur, *quod originem corruptelae monstrat*)

<sup>19</sup> 1 Pace parta Ver. *Vorm. OHDL*: parta pace *MF<sup>3</sup>Up*: parte  
pace *PF?* : partea pace *B*      P. Valeri *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: Valeri  
*Ver.*      C. Claudio *H. J. Mueller*: claudio Ver. *MPFOHRnDL* (*sed in F -o in rasura*) : claudi *B* deos Ver. *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*:  
*delere uolt Novák*      3 et modum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: *delet Mommsen, indicia secutus lectionis Veronensis ubi -ne animi co-* in  
*initio lineae seruata spatium non facile uidentur relinquere pluribus litteris quam -nsilium* : *et in D ante et post et modum duarum litterarum spatium utrimque uacat, glossematis fort. indicium, ut in M*  
<sup>2.</sup> 43. 5      4 perpetui *MPFU<sub>p</sub>BRnDL*: perpetu Ver. (*scil. i ante iam omissio*) : *perpetuo F<sup>3</sup>OH*

plebis, non ut in re publica populi Romani sed ut in perdita  
 5 domo lingua criminibusque regnarent: cum Caesone filio  
 suo uirtutem, constantiam, omnia iuuentutis belli domique  
 decora pulsa ex urbe Romana et fugata esse; loquaces,  
 seditiosos, semina discordiarum, iterum ac tertium tribunos,  
 6 pessimis artibus, regia licentia uiuere. ‘Aulus’ inquit, ‘ille  
 Verginius, quia in Capitolio non fuit, minus supplicii quam  
 Appius Herdonius meruit? Plus hercule aliquanto, qui uere  
 rem aestimare uelit. Herdonius, si nihil aliud, hostem se  
 fatendo prope denuntiauit ut arma caperetis; hic negando  
 bellum esse arma uobis ademit nudosque seruis uestris et  
 7 exsulibus obiecit. Et uos—C. Claudi pace et P. Valeri  
 mortui loquar—prius in cliuum Capitolinum signa intulisti  
 quam hos hostes de foro tolleretis? Pudet deorum homi-  
 numque. Cum hostes in arce, in Capitolio essent, exsulum  
 et seruorum dux profanatis omnibus in cella Iouis optimi  
 maximi habitaret, Tusculi ante quam Romae sumpta sunt  
 8 arma. In dubio fuit utrum L. Mamilius, Tusculanus dux,  
 an P. Valerius et C. Claudius consules Romanam arcem  
 liberarent; et qui ante Latinos ne pro se quidem ipsis, cum  
 in finibus hostem haberent, attingere arma passi sumus,  
 nunc, nisi Latini sua sponte arma sumpsissent, capti et deleti  
 9 eramus. Hoc est, tribuni, auxilium plebi ferre, inermem eam  
 hosti trucidandam obicere? Scilicet si quis uobis humil-  
 limus homo de uestra plebe, quam partem uelut abruptam a  
 cetero populo uestram patriam peculiaremque rem publicam  
 fecistis, si quis ex his domum suam obsessam a familia  
 10 armata nuntiaret, ferendum auxilium putaretis: Iuppiter  
 optimus maximus exsulum atque seruorum saeptus armis  
 nulla humana ope dignus erat? Et hi postulant, ut sacro-

4 domo *Ver.* *BD<sup>3</sup>* *Ed. Rom.* 1469 *Ald.*: modo *MPFU<sub>p</sub>OHRnD?* *L*:  
 domo modo *dett. aliq.* 6 bellum *Madv.* (*cf. c. 16. 5*): bella *MPF*  
*UpBOHRnDL*: *in Ver.* *periit* uobis *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: nouis *M*:  
*nobis M<sup>3</sup>*: *periit in Ver.* 7 quam Romae su-] *hinc defit Ver.*  
*usque ad § 9, rursus incipiens a uoce uelut* 9 *obsessam MPFU<sub>p</sub>B*  
*OHRnDL*: *oppressam Ver.* 10 *humana ope MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*:  
*ope humana Ver.*

sancti habeantur, quibus ipsi di neque sacri neque sancti sunt? At enim, diuinis humanisque obruti sceleribus, legem 11 uos hoc anno perlatus dictitatis. Tum hercule illo die quo ego consul sum creatus, male gesta res publica est, peius multo quam cum P. Valerius consul periit,—si tuleritis. Iam 12 primum omnium' inquit, 'Quirites, in Volscos et Aequos mihi atque collegae legiones ducere in animo est. Nescio quo fato magis bellantes quam pacati proprios habemus deos. Quantum periculum ab illis populis fuerit si Capitolum ab exsilibus obsessum scissent, suspicari de praeterito quam re ipsa experiri est melius.'

Mouerat plebem oratio consulis; erecti patres restitutam 20 credebant rem publicam. Consul alter, comes animosior quam auctor, suscepisse collegam priorem actiones tam graues facile passus, in peragendis consularis officii partem ad se uindicabat. Tum tribuni, eludentes uelut uana dicta, 2 persequi quaerendo quonam modo exercitum educturi consules essent quos dilectum habere nemo passurus sit. 'Nobis uero' inquit Quinctius, 'nihil dilectu opus est, cum, 3 quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma

10 neque sacri neque *MPFU<sub>p</sub>BO*: neque sac . . . . . *Ver.* : sacri neque *H*: neque *RnDL* 11 At enim *Ver.* *M<sup>2</sup>uel M<sup>1</sup>PFU<sub>p</sub>BO*: atq nim *M*: etenim *RnDL* dett. die quo *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: die cum *Ver.* periit *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: perit *Ver.* si tuleritis *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: delet *Madv.*, sed cf. 2. 38. 5; in *PF<sup>3</sup>D* stat ante si punctum 12 fato *Ver.* *P<sup>2</sup>UpBO*: facto *MPFHRnDL* (sed in F-cto solum superest) : pacto *F<sup>3</sup>*

20 1 actiones tam graues facile dett. unus (*Vindobonensis*, teste *Frig.*): actio . . . . . grauis facile *Ver.*<sup>1</sup> (pacile *Ver.*): actionem tam grauis facile *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL*: actionem tam grauis faciles *O*: actionem tam grauis rei *D<sup>4</sup>* marg. dett. aliq. *Edd.* *uet.*: actionem tam grauem dett.; corruptio ex repetitio fine praec. uocis priorem orta est, ut monet *Madv.* in peragendis consularis *Vorm.* *OHRnDL* dett.: in peragendis consularis *M*: in peragendis c . . . . . *Ver.* : in peragendis consularis consularem *PF<sup>3</sup>B*: in peragendis consularibus consularem *F<sup>3</sup>Up*: post peragendis add. consiliis *Sigon.* officii *Vorm.* *MPF UpBOHRnDL*: offici *Ver.* : officiis *Frig.*, cum consularibus 2 passurus sit *PFUpBO* *Edd.* *uet.*, recte (nam post essent quis esset in sit mutauisset? Vide sis *App.* II, *Edit.* *meae Lib.* II, *Cantab.* 1901): passurus esset *MHRnDL* dett.: passur . . . . . *Ver.* 3 recipiendum *Vorm.* *MOH*: recipiendum *PFUpBRnDL*: perit syllaba (-en- uel n-) in *Ver.*

plebi dedit, omnes in uerba iurauerint conuenturos se iussu  
 4 consulis nec iniussu abituros. Edicimus itaque, omnes qui  
 in uerba iurastis crastina die armati ad lacum Regillum  
 adsitis.' Cauillari tum tribuni et populum exsoluere reli-  
 gione uelle: priuatum eo tempore Quinctium fuisse cum  
 5 sacramento adacti sint. Sed nondum haec quae nunc tenet  
 saeculum neglegentia deum uenerat, nec interpretando sibi  
 quisque ius iurandum et leges aptas faciebat, sed suos potius  
 6 mores ad ea accommodabat. Igitur tribuni, ut impediendae  
 rei nulla spes erat, de proferendo exitu agere, eo magis quod  
 et augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat,  
 locumque inaugurarri ubi auspicato cum populo agi posset,  
 ut quidquid Romae ui tribunicia rogatum esset id comitiis  
 7 ibi abrogaretur: omnes id iussuros quod consules uelint;  
 neque enim prouocationem esse longius ab urbe mille  
 passuum, et tribunos, si eo ueniant, in alia turba Quiritium  
 8 subiectos fore consulari imperio. Terrebant haec; sed ille  
 maximus terror animos agitabat, quod saepius Quinctius  
 dictitabat se consulum comitia non habiturum; non ita ciui-  
 tatem aegram esse ut consuetis remediis sisti possit; dicta-  
 tore opus esse rei publicae, ut, qui se mouerit ad sollicitandum  
 statum ciuitatis, sentiat sine prouocatione dictaturam esse.

**21** Senatus in Capitolio erat; eo tribuni cum perturbata  
 plebe ueniunt. Multitudo clamore ingenti nunc consulum,  
 nunc patrum fidem implorant; nec ante mouerunt de sen-  
 tentia consulem quam tribuni se in auctoritate patrum  
 2 futuros esse polliciti sunt. Tunc referente consule de tribu-  
 norum et plebis postulatis senatus consulta fiunt ut neque

4 iurastis *M<sup>3</sup>PFBORnDL*: . . . astis *Ver.*: iurauistis *Up*: iuratis *M*:  
*om. H* 6 de proferendo exitu *Perizonius*: de proferendo . . . . . *u*  
*Ver.*: de proferendo exercitu *MPFU<sub>p</sub>BOHDL*: de proferenda (*scilicet*  
*re*) *coniecit Lipsius* 7 uelint *Ver.*: uellent *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*,  
*sed cf. adn. ad § 2* ueniant *MPFU<sub>p</sub>BO*, 'lectio uetus,' *Rhenan.*:  
 adueniant *HD* *dett.*: aueniant *RnL*: *defit Ver. ante -ant* 8 possit  
*Ed. Frob. 1535*: posset *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: *defit Ver.*

**21** 2 senatus consulta fiunt ut *Ver.*: *om.* ut *Vorm. MPFU<sub>p</sub>BOHRn*  
*DL Ald.*: senatus consultum fit ut *cod. Sigonii*

tribuni legem eo anno ferrent neque consules ab urbe exercitum educerent ; in reliquum magistratus continuari et eosdem tribunos refici iudicare senatum contra rem publicam esse. Consules fuere in patrum potestate : tribuni reclaman- 3 tibus consulibus refecti. Patres quoque, ne quid cederent plebi, et ipsi L. Quinctium consulem reficiebant. Nulla toto anno uehementior actio consulis fuit. ‘Mirer’ inquit, ‘si 4 uana uestra, patres conscripti, auctoritas ad plebem est ? Vos eleuatis eam quippe qui, quia plebs senatus consultum continuandis magistratibus soluit, ipsi quoque solutum uoltis, ne temeritati multitudinis cedatis, tamquam id sit plus posse 5 in ciuitate, plus leuitatis ac licentiae habere. Leuius enim uaniusque profecto est sua decreta et consulta tollere quam aliorum. Imitamini, patres conscripti, turbam inconsultam, 6 et qui exemplo aliis esse debetis, aliorum exemplo peccate potius quam alii uestro recte faciant, dum ego ne imiter tribunos nec me contra senatus consultum consulem renuntiari patiar. Te uero, C. Claudi, adhortor ut et ipse populum 7 Romanum hac licentia arceas, et de me hoc tibi persuadeas me ita accepturum ut non honorem meum a te impeditum, sed gloriam spreti honoris auctam, inuidiam quae ex continuato eo impenderet leuatam putem.’ Communiter inde 8 edicunt ne quis L. Quinctium consulem faceret ; si quis fecisset, se id suffragium non obseruatueros.

Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertium et L. Cor- 22 nelius Maluginensis. Census actus eo anno : lustrum

*2 eosdem Ver. Ed. Frob. 1535 : eos MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL (sed in M eos in fine lineae tribus litteris breuioris quam et quae praecedit et quae insequitur) 4 qui quia Madv. (cf. 5. 16. 2) : quia quia Ver. : quia MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL senatus consultum continuandis Madv. : senatum consultum in continuandis Ver. : s. ēm. in continuandis O : s. m. c. in continuandis MPF<sup>p</sup>BHRnDL (in F sc ab F<sup>3</sup> in ras. : in B sm. c. et -endis) 6 peccate Klock (cf. c. 11. 13; 4. 49. 15) : peccatis Ver. MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL Edd. uet. Ald. : peccetis Grut. 7 et ipse Ver. MHRnDL Ald. : ipse PF UpBO Ed. Rom. 1469 inuidiam quae Ver. H : inuidiamque quae MPFU<sup>p</sup>BORnD<sup>3</sup> (ubi ; que in ras.) : inuidiam quaeq. D? L impenderet MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL (sed in p- in FB) : inpenderit Ver.*

*22 1 actus Ver. RnDL Ald. : auctus MP<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BOH : auctos P*

propter Capitolium captum, consulem occisum conditum reliquum fuit.

2 Q. Fabio L. Cornelio consulibus principio anni statim res turbulentae. Instigabant plebem tribuni : bellum ingens a Volscis et Aequis Latini atque Hernici nuntiabant : iam Antii Volscorum legiones esse. Et ipsam coloniam ingens metus erat defecturam ; aegreque impetratum a tribunis ut 3 bellum praeuerti sinerent. Consules inde partiti prouincias : Fabio ut legiones Antium duceret datum, Cornelius ut Romae praesidio esset, ne qua pars hostium, qui Aequis 4 mos erat, ad populandum ueniret. Hernici et Latini iussi milites dare ex foedere, duaeque partes sociorum in exercitu, tertia ciuium fuit. Postquam ad diem praestitutum uenerunt socii, consul extra portam Capenam castra locat. Inde lustrato exercitu Antium profectus haud procul oppido stati- 5 uisque hostium consedit. Vbi cum Volsci, quia nondum ab Aequis uenisset exercitus, dimicare non ausi, quemadmodum quieti uallo se tutarentur, pararent, postero die Fabius non permixtam unam sociorum ciuiumque sed trium populorum tres separatim acies circa uallum hostium 6 instruxit ; ipse erat medius cum legionibus Romanis. Inde signum obseruari iussit, ut pariter et socii rem inciperent referrentque pedem, si receptui cecinisset. Equites item 7 suae cuique parti post principia conlocat. Ita trifariam adortus castra circumuenit et cum undique instaret non sustinentes impetum Volscos uallo deturbat. Transgressus inde munitiones pauidam turbam inclinatamque in partem 8 unam castris expellit. Inde effuse fugientes eques, cui superare uallum haud facile fuerat, cum ad id spectator

2 anni statim *Ver. MPFU<sup>p</sup>BOHL*<sup>1</sup> : anni *DL* sed add. statim post res *D* : statim anni *Novák*, sed, si uox statim retinenda est, *ordo inusitatus* *hic melior ob uerbum omissum* 3 *Cornelius Ver. MPFU<sup>p</sup>BOHRn* *DL* (*cf. c. 25. 9*) : Cornelio *Ed. Paris.* 1510, *Sigon.* 5 nondum ab Aequis] *post haec defit Ver. usque ad § 8* 6 obseruari dett. *duo, Madv.* : obseruare *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL* 8 -de effuse] *his uocibus rursus inc. Ver., sed per fragmenta tantum*

pugnae adstitisset, libero campo adeptus parte uictoriae fruitur territos caedendo. Magna et in castris et extra 9 munimenta caedes fugientium fuit sed praeda maior, quia uix arma secum efferre hostis potuit; deletusque exercitus foret ni fugientes siluae texissent.

Dum ad Antium haec geruntur, interim Aequi robore 23 iuuentutis praemisso arcem Tusculanam improuiso nocte capiunt, reliquo exercitu haud procul moenibus Tusculi considunt ut distenderent hostium copias. Haec celeriter 2 Romam, ab Roma in castra Antium perlata mouent Romanos haud secus quam si Capitolium captum nuntiaretur; adeo et recens erat Tusculanorum meritum et similitudo ipsa periculi reposcere datum auxilium uidebatur. Fabius omissis omnibus praedam ex castris raptim Antium 3 conuehit; ibi modico praesidio relicto, citatum agmen Tusculum rapit. Nihil praeter arma et quod cocti ad manum fuit cibi ferre militi licuit; commeatum ab Roma consul Cornelius subuehit. Aliquot menses Tusculi bellatum. 4 Parte exercitus consul castra Aequorum oppugnabat; partem Tusculanis dederat ad arcem reciperandam. Vi nunquam eo subiri potuit: fames postremo inde detraxit hostem. Qua postquam uentum ad extremum est, inermes nudique 5 omnes sub iugum ab Tusculanis missi. Hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanus consul in Algido consecutus ad unum omnes occidit. Victor ad Columnen—id 6

9 caedes  $M^3F^3UpOH$ : cedes  $D$ : caedis  $PF^1uel F^2RnL$ : caede  $M$ : caedi  $F?B$ : periit in Ver. hostis  $M^2uel M^1P^2FUpBOHD$ : hostes  $MPL$ : defit Ver. foret ni Ver.  $M^3PFOHRnDL$ : foret nisi  $UpB$ : fore nisi  $M$  siluae texissent  $PFUpBOHD$ : silua et texissent  $M$ : silua et exissent  $L$ : silue et exissent  $Rn$ : silue exceperint  $Rn^2$ : ..... set Ver.

23 3 Tusculum rapit] post haec defit Ver. usque ad § 5 cocti  $D^1uel D^2dett. alig. Edd. uet.$ : coacti  $MPFU_pBOHRnDL$  4 recipie-  
randam  $H$  (cf. 1. 12. 1): recuperandam  $MPFU_pBORnDL$  subiri  
 $Up$ , Gron. confirmans: subire  $MPFBOHRnDL$  detraxit  $MPFB$   
 $ORnDL$ : traxit  $UpH$  (num recte?) 5 Qua  $M?$ , Gron.: quo  
 $M^1PFU_pBOHRnDL$  recipientes] hac uoce rursus inc. Ver.  
6 ad Columnen  $MP^2UpBOHRnDL$ : ad columem  $F$ : ad columae Ver.: Incolumnen  $P$

loco nomen est—exercitu reducto castra locat. Et alter consul, postquam moenibus iam Romanis pulso hoste periculum esse desierat, et ipse ab Roma profectus. Ita bifariam consules ingressi hostium fines ingenti certamine hinc Volscos, hinc Aequos populantur. Eodem anno descisse Antiates apud plerosque auctores inuenio; L. Cornelium consulem id bellum gessisse oppidumque cepisse. Certum adfirmare, quia nulla apud uetustiores scriptores eius rei mentio est, non ausim.

24 Hoc bello perfecto tribunicium domi bellum patres territat. Clament fraude fieri quod foris teneatur exercitus; frustrationem eam legis tollendae esse; se nihil minus rem susceptam peracturos. Obtinuit tamen L. Lucretius prefectus urbis ut actiones tribuniciae in aduentum consulum differuntur. Erat et noua exorta causa motus. A. Cornelius et Q. Seruilius quaestores M. Volscio, quod falsus haud dubie testis in Caesonem exstitisset, diem dixerant. Multis enim emanabat indiciis neque fratrem Volsci ex quo semel fuerit aeger unquam non modo uisum in publico, sed ne adsurrexisse quidem ex morbo, multorumque tabemensum mortuum; nec iis temporibus in quae testis crimen conieciisset Caesonem Romae uisum, adfirmantibus qui una meruerant secum eum tum frequentemque ad signa sine ullo commeatu fuisse. Nisi ita esset multi priuatim ferebant

6 reducto Ver., Rubenium et Crevierum confirmans: relicto MPF UpBOHRnDL 7 id bellum Ver. MPFU<sub>p</sub>BOH: hic bellum RnDL

24 1 esse; se MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL : esse Ver. 2 L. Lucretius Ver.: p. l. lucretius M: p. lucretius PFUpBOHRnL Edd. uet.: p. (i uel 1 suprascr.) lucretius D differuntur Ver. UpOHRnDL: differuntur MPFB 3 diem dixerant M<sup>3</sup>F<sup>3</sup>OHRnD<sup>4</sup>: diem dixerat MPFU<sub>p</sub>BDL: dicens dixerat Ver. 4 uisum in publico MPFU<sub>p</sub>B OHRnDL: in publico uisum Ver. mensum Ver. MPF? BRnL: mensuum D: mensium F<sup>3</sup>UpOH dett. 5 nec iis Madv.: nec his Ver. MPFU<sub>p</sub>BORnDL: ne his H meruerant Ver. MHRnDL: meruerunt PFUpBO frequentemque MPF? UpBOHRnDL Ald.: frequentem F<sup>1</sup> uel F<sup>2</sup> dett. duo, fort. recte: frequente Ver. ullo commea] hinc defit Ver. usque ad c. 26. 8 multi priuatim Vorm.? OHRnDL dett. Edd. uet.: add. uoces multis priuatis B et easdem miris modis intermistas MPFU<sub>p</sub> (e.g. in M multis priuatis is priuatis, ubi multis in multi mutauit M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>), sed priuati (non priuatis) F

Volscio iudicem. Cum ad iudicium ire non auderet, omnes 6 eae res in unum congruentes haud magis dubiam damnationem Volsci quam Caesonis Volscio teste fuerat faciebant. 7 In mora tribuni erant, qui comitia quaestores habere de reo, nisi prius habita de lege essent, passuros negabant. Ita extracta utraque res in consulum aduentum est. Qui ubi 8 triumphantes uictore cum exercitu urbem inierunt, quia silentium de lege erat, perculsus magna pars credebant tribunos; at illi—etenim extreum anni iam erat—quartum 9 adfectantes tribunatum, in comitiorum disceptationem ab lege certamen auerterant. Et cum consules nihilo minus aduersus continuationem tribunatus quam si lex minuenda suae maiestatis causa promulgata ferretur tetendissent uictoria certaminis penes tribunos fuit.

Eodem anno Aequis pax est potentibus data. Census, 10 res priore anno incohata, perficitur, idque lustrum ab origine urbis decimum conditum ferunt. Censa ciuium capita centum septendecim milia trecenta undeuiginti. Consulum 11 magna domi bellique eo anno gloria fuit, quod et foris pacem peperere, et domi, etsi non concors, minus tamen quam alias infesta ciuitas fuit.

L. Minucius inde et C. Nautius consules facti duas resi- 25 duas anni prioris causas exceperunt. Eodem modo consules legem, tribuni iudicium de Volscio impiedebant; sed in

5 iudicem *MPFUþBOHRnDL*: iudices *dett. aliq.* *Edd. uet. duo*  
 6 eae res *F³D³ in ras.* *dett. aliq.* *Ed. Rom. 1469*: eae res *M*: eas  
*Vorm.?* *M² uel M¹PFUþBOHRnD? L* fuerat *F³O D³* *dett. aliq.* :  
 fuerant *MPF? UpBHRnDL* 9 *causa delere uolt Karsten, sine*  
*causa* tetendissent *UpHD⁴* *Edd. uet.* : tetedissent *O* : tetendisset  
*MPFBD³* : tetendisse *DL* 10 *idque MOHRnDL*: atque *PFUþB*  
 ferunt. Censa *dett. aliq.* : fuerunt censa *MPFUþBOHRnL*: fuerant  
 censa *D* centum septendecim milia (*i.e. cxvii*) *MPFUþB*: *cxiuii*  
*O*: *cxxxii* *H* *Edd. uet. Ald.* : *Harleianam et Mediceam lectionem con-*  
*flant RnDL* (*sed in D cxxxii cccxviii*) trecenta undeuiginti (*i.e.*  
*cccxviii*) *MO*: *ccccviii PFUþB in ras. H:* *iterum conflant RnDL*  
*(sed in D cxvii cccxviii)*: *ccccxix Edd. uet. Ald.*

25 1 C. Nautius *Glareanus et Sigonius ex Dionys.* (x. 22. 1), *Diod.*  
 (xi. 88. 1), *Fastisque Cap.*, *uide C.I.L. i<sup>2</sup>, p. 104*: L. Nautius *MPF*.  
*UpBOHDL*

2 quaestoribus nouis maior uis, maior auctoritas erat. Cum  
 M. Valerio Mani filio Volesi nepote quaestor erat T. Quinc-  
 3 tius Capitolinus qui ter consul fuerat. Is, quoniam neque  
 Quinctiae familiae Caeso neque rei publicae maximus  
 iuuenum restitui posset, falsum testem qui dicendae causae  
 innoxio potestatem ademisset, iusto ac pio bello persequen-  
 4 batur. Cum Verginius maxime ex tribunis de lege ageret,  
 duum mensum spatium consulibus datum est ad inspicien-  
 dam legem ut cum edocuisserent populum quid fraudis  
 occultae ferretur, sinerent deinde suffragium inire. Hoc  
 5 interualli datum res tranquillas in urbe fecit. Nec diuturnam  
 quietem Aequi dederunt, qui rupto foedere quod ictum  
 erat priore anno cum Romanis, imperium ad Gracchum  
 Cloelium deferunt; is tum longe princeps in Aquis erat.

6 Graccho duce in Labicanum agrum, inde in Tusculanum  
 hostili populatione ueniunt, plenique praedae in Algido  
 castra locant. In ea castra Q. Fabius, P. Volumnius,  
 A. Postumius legati ab Roma uenerunt questum iniurias  
 7 et ex eo foedere res repetitum. Eos Aequorum imperator,  
 quae mandata habeant ab senatu Romano, ad quercum  
 iubet dicere; se alia interim acturum. Quercus ingens arbor  
 8 praetorio imminebat, cuius umbra opaca sedes erat. Tum  
 ex legatis unus abiens 'Et haec' inquit, 'sacrata quercus  
 et quidquid deorum est audiant foedus a uobis ruptum,  
 nostrisque et nunc querellis adsint et mox armis, cum deorum  
 9 hominumque simul uiolata iura exsequemur.' Romam ut

1 maior uis *PFUpBOHDl*: *om. M* 2 *Mani Sigonius*, cf. c. 7. 6  
*cum adn.*: ualeri *MBHRnDL* (*sed uelerio ualeri H*): *ualerii O*:  
*ueleri PF*: *uoleri Up* 4 *ex tribunis MPO Edd. uet.*: *et tribunis*  
*H*: *et tribuni RnDL dett. Ald.*: *et tribuni ex tribunis FUp*: *et tri-*  
*8 praetorio imminebat, cuius umbra opaca sedes erat. Tum*  
*ex legatis unus abiens 'Et haec' inquit, 'sacrata quercus*  
*et quidquid deorum est audiant foedus a uobis ruptum,*  
*nostrisque et nunc querellis adsint et mox armis, cum deorum*  
*9 hominumque simul uiolata iura exsequemur.'* *Romam ut*  
 1 *maior uis PFUpBOHDl*: *om. M* 2 *Mani Sigonius*, cf. c. 7. 6  
*cum adn.*: *ualeri MBHRnDL* (*sed uelerio ualeri H*): *ualerii O*:  
*ueleri PF*: *uoleri Up* 4 *ex tribunis MPO Edd. uet.*: *et tribunis*  
*H*: *et tribuni RnDL dett. Ald.*: *et tribuni ex tribunis FUp*: *et tri-*  
*8 praetorio imminebat, cuius umbra opaca sedes erat. Tum*  
*ex legatis unus abiens 'Et haec' inquit, 'sacrata quercus*  
*et quidquid deorum est audiant foedus a uobis ruptum,*  
*nostrisque et nunc querellis adsint et mox armis, cum deorum*  
*9 hominumque simul uiolata iura exsequemur.'* *Romam ut*  
*PFUpBOHDl*

rediere legati, senatus iussit alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere, alteri populationem finium Aequorum prouinciam dedit. Tribuni suo more impedire dilectum, et forsitan ad ultimum impediscent; sed nouus subito additus terror est. Vis Sabinorum ingens prope 26 ad moenia urbis infesta populatione uenit; foedati agri, terror iniectus urbi est. Tum plebs benigne arma cepit; reclamantibus frustra tribunis magni duo exercitus scripti. Alterum Nautius contra Sabinos duxit, castrisque ad Eretum 2 positis, per expeditiones paruas, plerumque nocturnis incursionibus, tantam uastitatem in Sabino agro reddidit ut comparati ad eam prope intacti bello fines Romani uiderentur. Minucio neque fortuna nec uis animi eadem in gerendo 3 negotio fuit; nam cum haud procul ab hoste castra posuisset, nulla magnopere clade accepta castris se pauidus tenebat. Quod ubi senserant hostes, creuit ex metu alieno, ut fit, 4 audacia, et nocte adorti castra postquam parum uis aperta profecerat, munitiones postero die circumdant. Quae prius quam undique uallo obiectae clauderent exitus quinque equites inter stationes hostium emissi Romam pertulere consulem exercitumque obsideri. Nihil tam inopinatum 5 nec tam insperatum accidere potuit. Itaque tantus pauor, tanta trepidatio fuit quanta si urbem, non castra hostes obsiderent. Nautium consulem arcessunt. In quo cum 6 parum praesidii uideretur dictatoremque dici placeret qui rem perculsam restitueret, L. Quinctius Cincinnatus consensu omnium dicitur.

9 rediere *PFUpBOH Rhenan.*: redi ere *D* (*sed -e- littera perperam facta a D<sup>3</sup> demum completa est*): redigere *RnL*: redire *M*, ‘uetus lectio’ *Rhenan.*

26 2 redditit *MPFUpBOHRnDL*: edidit *Cobet* 4 senserant *Vorm.* *MPFUpBORnL*: senserat *BH*: senserunt *D Ald.*, *sed cf.* 3. 44. 4; 23. 27. 3; 25. 23. 8; 33. 7. 9 5 tam inopinatum *P<sup>2</sup>F UpB*: tam inopinatam *P*: tam necopinatum *Vorm.*: tam nec inopinatum *MOHRnDL Edd.* *uet. Ald. Gron.* (*num recte?*): nec tam inopinatum *dett. aliq.* 5 nec tam insperatum *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PFUpBOHDL* (*sed in B -spi-*): nec tamen insperatum *M*: nec insperatum *Gron.*

7 Operae pretium est audire qui omnia p[re]ae diuitiis humana  
 spernunt neque honori magno locum neque uirtuti putant  
 8 esse, nisi ubi effuse afuant opes. Spes unica imperii populi  
 Romani, L. Quinctius trans Tiberim, contra eum ipsum ipsum  
 locum ubi nunc naualia sunt, quattuor iugerum colebat  
 9 agrum, quae prata Quinctia uocantur. Ibi ab legatis—seu  
 fossam fodiens palae innixus, seu cum araret, operi certe, id  
 quod constat, agresti intentus—salute data in uicem reddi-  
 taque rogatus ut, quod bene uerteret ipsi reique publicae,  
 togatus mandata senatus audiret, admiratus rogitansque  
 ‘Satin salue?’ togam propere e tugurio proferre uxorem  
 10 Raciliam iubet. Qua simul abstero puluere ac sudore  
 uelatus processit, dictatorem eum legati gratulantes con-  
 salutant, in urbem uocant; qui terror sit in exercitu exponunt.  
 11 Nauis Quinctio publice parata fuit, transuectumque tres  
 obuiam egressi filii excipiunt, inde alii propinqui atque  
 amici, tum patrum maior pars. Ea frequentia stipatus ante-  
 12 cedentibus lictoribus deductus est domum. Et plebis con-  
 cursus ingens fuit; sed ea nequaquam tam laeta Quinctium  
 uidit, et imperium nimium et uirum ipso imperio uehe-  
 mentiorem rata. Et illa quidem nocte nihil praeterquam  
 uigilatum est in urbe.

27 Postero die dictator cum ante lucem in forum uenisset,

7 effuse *Vorm.*? *FB*: effusae *MPOHRnDL*, fort. recte afuant  
*M* (*cf.* 6. 15. 9; *Cic. Sest.* § 18; *Gell.* 5. 16. 3: *et u. Dombart, N.*  
*Jahrb. Philol.* 1877, *p.* 341): affluant *Vorm.* *F³OHRnD³L*: effluent  
*D?*: afuent *P*: affluent *P²F?* *UpB* 8 iugerum colebat] his uoci-  
 bus rursus inc. *Ver.* 9 palae *Sabellicus*: paleae *Ver.* : palo *Vorm.*  
*MPFUpBHRnDL*: paulo *O* uerteret *Ver.* *F³UpOHD³*: uerterat  
*MPF?BL*: euerterat *RnDL¹* Satin salue *Ver.* *P*: satisne salua  
 essent omnia *FUpBOD* dett. *Edd. uet.* : satine salua essent omnia *P²H*  
*RL*: sat iam satisne salua essent omnia in saluem *M*: sat iam satisne  
 salua essent omnia *Vorm.* 10 abstero *Ver.* *OHRnDL*: abterso  
*MPFUpB* 11 amici tum *MPFUpBOHRnDL*: amici tui et tum  
*Ver.* 12 et imperi . . . . rata *om. H* imperium *Walters, cf.*  
*c.* 35. 7 *cum adn.*: imperi (*uel -rii*) *Ver.* *MPFUpBORnDL* (-erii *F*  
*BOD*, -eru (*ii suprascr.*) *F³*) uirum ipso *I. F. Christ*, dett. *unus* :  
 uirum in ipso *Ver.* *MPFBORnDL* dett. : uirium in ipso *Up* dett. *alig.*

magistrum equitum dicit L. Tarquitium, patriciae gentis, sed qui [cum] stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, bello tamen primus longe Romanae iuuentutis habitus esset. Cum magistro equitum in contionem uenit, iustitium edicit, 2 claudi tabernas tota urbe iubet, uetat quemquam priuatae quicquam rei agere; tum quicumque aetate militari essent 3 armati cum cibariis in dies quinque coctis uallisque duodenis ante solis occasum Martio in campo adessent; quibus aetas 4 ad militandum grauior esset, uicino militi, dum is arma pararet uallumque peteret, cibaria coquere iussit. Sic iuuentus 5 discurrit ad uallum petendum. Sumpserit unde cuique proximum fuit; prohibitus nemo est; impigreque omnes ad edictum dictatoris praesto fuere. Inde composito agmine non 6 itineri magis apti quam proelio si res ita tulisset, legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit. In utroque agmine quas tempus ipsum poscebat adhortationes erant: adderent gradum; maturato opus esse, ut nocte ad hostem 7 perueniri posset; consulem exercitumque Romanum obsideri, tertium diem iam clausos esse; quid quaeque nox aut dies ferat incertum esse; puncto saepe temporis maximarum rerum momenta uerti. ‘Adcelera, signifer,’ ‘sequere, miles,’ 8 inter se quoque, gratificantes ducibus, clamabant. Media nocte in Algidum perueniunt et ut sensere se iam prope hostes esse, signa constituunt.

Ibi dictator quantum nocte prospici poterat equo circum- 28

**27** 1 magistrum equitum] *post has uoces in M exciderunt omnia usque ad c. 28. 7, nulla lacunae nota* Tarquitium *Sigoniis ex Fast. Cap. (C.I.L. i<sup>2</sup>, p. 16)*: Tarquinium *Ver. PFUpBOHRnDL* gentis sed *Ver. PFUpBOHRnDL*: gentis et dett. *duo, fort. recte* qui cum *Ver. Vorm. Rn?*: qui tum *PFUpBODL Ald.*: tum qui *H, unde cum seclusi, cf. Praef. 5 et c. 50. 10 adn.; sed si quis retinendum putat, scribat et pro sed ante qui* 3 *Martio om. dett. unus: tutantur Ver. PFUpBOHRnDL; cf. Luterb. Ed. Lib. III, App. p. 122*

6 apti *PFBHRnDL* dett. *Edd. uet. Ald.*: acti *O*: apto *Up*: apte *Madv.*: *periit in Ver.* 7 *perueniri F<sup>3</sup>* dett. *unus: peruenire PFUpOHRnDL* dett.: *peruenere B: periit in Ver.* possent *PFUp BOHRnDL*: possent dett.: *periit in Ver.* obsideri *Ver. PFUpB OHD*: *obsederit RnL* quaeque nox aut] *post has uoces defit Ver. usque ad c. 29. 5*

uectus contemplatusque qui tractus castrorum quaeque forma esset, tribunis militum imperauit ut sarcinas in unum conici iubeant, militem cum armis ualloque redire in ordines 2 suos. Facta quae imperauit. Tum quo fuerant ordine in uia, exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris et ubi signum datum sit clamorem omnes tollere iubet ; clamore sublato ante se quemque ducere fossam et 3 iacere uallum. Edito imperio, signum secutum est. Iussa miles exsequitur ; clamor hostes circumsonat. Superat inde castra hostium et in castra consulis uenit ; alibi pauorem, 4 alibi gaudium ingens facit. Romani ciuilem esse clamorem atque auxilium adesse inter se gratulantes, ultro ex stationibus ac uigiliis territant hostem. Consul differendum negat ; illo clamore non aduentum modo significari sed rem ab suis coeptam, mirumque esse ni iam exteriore parte castra hostium oppugnentur. Itaque arma suos capere et se subsequi 5 iubet. Nocte initum proelium est ; legionibus dictatoris clamore significant ab ea quoque parte rem in discrimine 6 esse. Iam se ad prohibenda circumdari opera Aequi parabant cum ab interiore hoste proelio coepto, ne per media sua castra fieret eruptio, a munientibus ad pugnantes introrsum uersi uacuam noctem operi dedere, pugnatumque cum 7 consule ad lucem est. Luce prima iam circumuallati ab dictatore erant et uix aduersus unum exercitum pugnam sustinebant. Tum a Quinctiano exercitu, qui confestim a perfecto opere ad arma rediit, inuaditur uallum. Hic 8 instabat noua pugna : illa nihil remiserat prior. Tum anci- 9 piti malo urgente, a proelio ad preces uersi hinc dictatorem,

**28 2** iacere *HRnDL* *dett.* *Edd. uet.* : facere *PFUpBO* 6 legionibus *PFOH* : legionibus *B* : legiones *Up* : a legionibus *Vorm.?* *RnDL*, *quod qui tutantur cum initum proelium est coniungunt* dictatoris *PF<sup>3</sup>UpBOHRnDL* *dett.* *Edd. uet.* : dictatori *F* *dett. unus* significantibus *PFUpBHRnDL* (*sed clamore F, clamores F<sup>3</sup>*) : significantibus *O* *Edd. uet.* 7 circumdari *Vorm.?* *UpOHRnDL* : circumdare *PFBD<sup>3</sup>* per media] his uocibus pergit *M* post equitum (c. 27. 1) 8 qui *MOHRnDL* : quia *PFUpB*

hinc consulem orare, ne in occidione uictoriam ponerent, ut inermes se inde abire sinerent. Ab consule ad dictatorem ire iussi ; is ignominiam infensus addidit ; Gracchum Cloe- 10 lium ducem principesque alios uinctos ad se adduci iubet, oppido Corbione decedi. Sanguinis se Aequorum non egere ; licere abire, sed ut exprimatur tandem confessio subactam domitamque esse gentem, sub iugum abituros. Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus superque eas 11 transuersa una deligata. Sub hoc iugo dictator Aequos misit.

Castris hostium receptis plenis omnium rerum—nudos 29 enim emiserat—praedam omnem suo tantum militi dedit ; consularem exercitum ipsumque consulem increpans ‘Care- 2 bis’ inquit ‘praedae parte, miles, ex eo hoste cui prope praedae fuisti. Et tu, L. Minuci, donec consularem animum incipias habere, legatus his legionibus preeeris.’ Ita se 3 Minucius abdicat consulatu iussusque ad exercitum manet. Sed adeo tum imperio meliori animus mansuete oboediens erat, ut beneficii magis quam ignominiae hic exercitus memor et coronam auream dictatori, libram pondo, decreuerit et proficiscentem eum patronum salutauerit. Romae 4 a Q. Fabio praefecto urbis senatus habitus triumphantem Quintcum quo ueniebat agmine urbem ingredi iussit. Ducti ante currum hostium duces ; militaria signa praelata ; secutus exercitus praeda onustus. Epulae instructae di- 5 cuntur fuisse ante omnium domos, epulantesque cum

9 iussi ; is Ruperti : iussis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* infensus *HRn?*  
*D Ald.* : insensus *ML* : incensus *PUpBOD<sup>4</sup>* : *periit in F* 10 sub iugum *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (*cf. 3. 23. 5*) : *om. M et P<sup>2</sup> marg. adnotat* ‘*sub iug<sup>g</sup> del.*’ 11 superque *M<sup>1</sup>PFU<sub>p</sub>BORnDL* : super *MHP<sup>2</sup>* (*in M -q. extra lineam scriptum est sed ab M<sup>1</sup>*) hoc iugo *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>B* *OH**RnDL*, *cf. 9. 6. 12, Caes. B. G. 1. 7* (*secundum codd. aliquot*) : hiugo *P* : hoc iugum *Duker, fort. recte*

29 2 his legionibus *FU<sub>p</sub>BRn<sup>2</sup>DL* : is legionibus *MPRn* : iis legionibus *P<sup>2</sup>* : sis legionibus *OH* : istis legionibus *dubitanter Alschr., fort. recte*

5 domos *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BO* : domus *PHDL* cum carmine] his uocibus rursus inc. Ver.

carmine triumphali et sollemnibus iocis comisantium modo  
 6 currum secuti sunt. Eo die L. Mamilio Tusculano adpro-  
 bantibus cunctis ciuitas data est. Confestim se dictator ma-  
 gistratu abdicasset ni comitia M. Volsci, falsi testis, tenuis-  
 sent. Ea ne impedirent tribuni dictatoris obstitit metus ;  
 7 Volscius damnatus Lanuum in exsilium abiit. Quintius  
 sexto decimo die dictatura in sex menses accepta se abdi-  
 cauit. Per eos dies consul Nautius ad Eretum cum Sabinis  
 egregie pugnat ; ad uastatos agros ea quoque clades accessit  
 Sabinis. Minucio Fabius successor in Algidum missus.  
 8 Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est ; sed quia  
 duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum patres  
 tenuere ; plebes uicit ut quintum eosdem tribunos crearent.  
 9 Lupos uisos in Capitolio ferunt a canibus fugatos ; ob id  
 prodigium lustratum Capitolium esse. Haec eo anno gesta.  
 30 Sequuntur consules Q. Minucius M. Horatius Puluillus.  
 2 Cuius initio anni cum foris otium esset, domi seditiones  
 iidem tribuni, eadem lex faciebat ; ulteriusque uentum foret  
 —adeo exarserant animis—ni, uelut dedita opera, nocturno  
 impetu Aequorum Corbione amissum praesidium nuntiatum  
 3 esset. Senatum consules uocant ; iubentur subitarium scri-  
 bere exercitum atque in Algidum ducere. Inde posito legis

5 triumphali et Ver. D<sup>4</sup> : triumphali ex MPFU<sub>p</sub>BOHDL iocis  
 Ver. RnD<sup>4</sup> : locis MPFU<sub>p</sub>BOHDL comisantium Ver. PB : commi-  
 santium M : comesantium UpRnL : commessantium OD : commessan-  
 cium H dett. : commessantium F<sup>3</sup> in ras. 6 data est MPFU<sub>p</sub>BOH  
 RnDL : data Ver. Lanuum MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup> : Lanuuium RnDL  
 in exsilium dett. aliq. : exsilium Ver. Vorm. MPFU<sub>p</sub>B (sed exil-)  
 OHrNDL : exsulatum Ed. Rom. 1469 Ald. 7 Per eos MPF  
 UpBO : praeter eos HRnDL : defit V, sed spatii ratio per commendat  
 Fabius Ed. Frob. 1531 : Fabius Quintius (uel Quint.) Ver. MPFU<sub>p</sub>  
 BHRnDL : Fabius Quintus O dett. aliq. : Q. Fabius dett. aliq., cf. 3. 1. 1  
 8 duo exercitus aberant MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL : .....rcitu . aberat  
 Ver. crearent MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL : crearet Ver.  
 30 1 M. Horatius MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL (et sic Diodor. 11. 91. 1) :  
 C. Horatius Glar. et Sigon. ex Fastis Cap. (C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 104) et Dion.  
 Hal. 10. 26. 1 2 animis Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>1</sup> uel D<sup>3</sup>L : animi  
 D dett. aliq., Cobet

certamine noua de dilectu contentio orta ; uincebaturque 4 consulare imperium tribunicio auxilio cum aliis additur terror, Sabinum exercitum praedatum descendisse in agros Romanos, inde ad urbem uenire. Is metus perculit ut scribi 5 militem tribuni sinerent, non sine pactione tamen ut quoniam ipsi quinquennium elusi essent paruumque id plebi praesidium foret, decem deinde tribuni plebis crearentur. Expressit hoc necessitas patribus : id modo excepere ne postea 6 eosdem tribunos uiderent. Tribunicia comitia, ne id quoque post bellum ut cetera uanum esset, extemplo habita. Tri- 7 censimo sexto anno a primis tribuni plebis decem creati sunt, bini ex singulis classibus ; itaque cautum est ut postea crearentur. Dilectu deinde habitu Minucius contra Sabinos 8 profectus non inuenit hostem. Horatius, cum iam Aequi Corbione interfecto praesidio Ortonam etiam cepissent, in Algido pugnat ; multos mortales occidit ; fugat hostem non ex Algido modo sed a Corbione Ortonaque. Corbionem etiam diruit propter proditum praesidium.

Deinde M. Valerius Sp. Verginius consules facti. Domi 31 forisque otium fuit ; annonae propter aquarum intemperiem laboratum est. De Auentino publicando lata lex est. Tribuni plebis iidem refecti. Hi sequente anno, T. Romilio 2 C. Veturio consulibus, legem omnibus contionibus suis

4 uincebaturque *MPFUþBOHRnD<sup>1</sup>* : uincebanturque *Ver. DL*  
additur terror *MPFBORnL* (*sed in F -ror in ras.*) : additur terro *D*  
(-ror *D<sup>1</sup>?*) : additus terror *H, fort. recte* : .. ditur terros *Ver.* agros  
Romanos *MPFUþBOHRnDL* : agrum Romano . . . . . m *Ver.*  
5 percu'it *MPFUþBOHRnL*, cf. c. 38. 6 : pertulit *D* : perpulit *Gron.*,  
*fort. recte* : defit *Ver.* tribuni sinerent *MPFUþBOHRnDL* : tri-  
bunis silerent *Ver.* ipsi *MPFUþBOHRnDL* : ipsis *Ver.* elusi essent  
*MPFUþBOHRnDL* (*sed e- a D<sup>3</sup>*) : elusesset *Ver.* 6 uiderent *Ver.*  
*MPFUþBOHRnDL* : iuberent *Ed. Mediolan.* 1480, *Ald.* 8 Orto-  
nam *Ver. ORnDL* : hortoram *MH* : hortanam *PFUþB* pugnat  
*Ver. MHORnDL* dett. : pugnant *PFB* : pugnans *Up* Ortonaque  
*Ver. OHD* : hortonaque *PF* : hortonâque *B* : hortanaque *Up* : orton-  
namque *M* : ornatique *L*

31 i laboratum est *MPFUþBOHRnDL* : om. est *Ver.* refecti.  
Hi sequente *MPFB* (*sed hic -nti*) *OH* : refecti i sequente *D* : refecti  
in sequente *Up* : refecti sequente *RnDxL* : refectis his sequente *Ver.*

celebrant: pudere se numeri sui nequiquam aucti, si ea res  
aeque suo biennio iaceret ac toto superiore lustro iacuisset.  
3 Cum maxime haec agerent, trepidi nuntii ab Tusculo ueniunt  
Aequos in agro Tusculano esse. Fecit pudorem recens eius  
populi meritum morandi auxilii. Ambo consules cum exer-  
4 citu missi hostem in sua sede, in Algido inueniunt. Ibi  
pugnatum. Supra septem milia hostium caesa, alii fugati;  
praeda parta ingens. Eam propter inopiam aerarii consules  
uendiderunt. Inuidiae tamen res ad exercitum fuit, eadem-  
que tribunis materiam criminandi ad plebem consules  
praebuit.

5 Itaque ergo, ut magistratu abierte, Sp. Tarpeio A.  
Aternio consulibus dies dicta est Romilio ab C. Caluio  
Cicerone tribuno plebis, Veturio ab L. Alienio aedile plebis.  
6 Vterque magna patrum indignatione damnatus, Romilius  
decem milibus aeris, Veturius quindecim. Nec haec priorum  
calamitas consulum segniores nouos fecerat consules.  
Et se damnari posse aiebant, et plebem et tribunos legem  
7 ferre non posse. Tum abiecta lege quae promulgata consenserat,  
tribuni lenius agere cum patribus: finem tandem certaminum ficerent.  
si plebeiae leges displicerent, at illi communiter legum latores et ex plebe et ex patribus, qui  
utrisque utilia ferrent quaeque aequandae libertatis essent,  
8 sinerent creari. Rem non aspernabantur patres; daturum  
leges neminem nisi ex patribus aiebant. Cum de legibus  
conueniret, de latore tantum discreparet, missi legati Athenas

<sup>2</sup> celebrant *MPFU<sub>p</sub>BO* *Edd. uet. Ald.*: celebabant *Ver. HRnDL*  
*dett.* suo biennio iaceret] *post iace- defit Ver. usque ad c. 34. 6*  
<sup>4</sup> eademque *UpOH* *dett. aliq.*: ea denique *MPFBRnDL* <sup>5</sup> *Sp.*  
*Tarpeio* *dett. unus*: spurio p. tarpeio *MPFOHRnDL*: p. tarpeio  
*Up*: spuerio p. tarpio *B* A. Aternio *Pighius ex Fastis Cap. (C. I. L.*  
*i<sup>2</sup>, p. 104)*: a. aeternio (*uel et-*) *MPFBOHRnL*: a. ethernio *Up*:  
aeternio *D* Caluio *RnDL*: caluio claudio *MH*: claudio *PFUpBO*  
<sup>6</sup> quindecim (*i.e.* xv) *MOHDL* *dett. Ed. Rom. 1470 Ald.*: *xu*  
*Rn*: *xii PFUpB* *Edd. uet.* damnari *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>4</sup>*: *om. HRnDL*  
<sup>7</sup> facerent *MPFU<sub>p</sub>BORnDL*: facere *H* <sup>8</sup> daturum *MPFU<sub>p</sub>B*  
*OHRnDL* *dett. Ed. Rom. 1469 Ald.*: laturum *Klockius, ex codice aliquo,*  
*ut adfirmat*

Sp. Postumius Albus A. Manlius P. Sulpicius Camerinus, iussique inclitas leges Solonis describere et aliarum Graeciae ciuitatium instituta mores iuraque noscere.

Ab externis bellis quietus annus fuit, quietior insequens 32  
 P. Curiatio et Sex. Quinctilio consulibus, perpetuo silentio tribunorum, quod primo legatorum qui Athenas ierant legumque peregrinarum exspectatio praebuit, dein duo simul 2 mala ingentia exorta, fames pestilentiaque, foeda homini, foeda pecori. Vastati agri sunt, urbs adsiduis exhausta funeribus; multae et clarae lugubres domus. Flamen 3 Quirinalis Ser. Cornelius mortuus, augur C. Horatius Pul- uillus, in cuius locum C. Veturium, eo cupidius quia damna- tus a plebe erat, augures legere. Mortuus consul Quinctilius, 4 quattuor tribuni plebi. Multiplici clade foedatus annus; ab hoste otium fuit. Inde consules C. Menenius P. Sestius 5 Capitolinus. Neque eo anno quicquam belli externi fuit: domi motus orti. Iam redierant legati cum Atticis legibus. 6 Eo intentius instabant tribuni ut tandem scribendarum legum initium fieret. Placet creari decemuiros sine prouo- catione, et ne quis eo anno alius magistratus esset. Ad- 7 miscerenturne plebeii controuersia aliquamdiu fuit; postre- mo concessum patribus, modo ne lex Icilia de Auentino aliaeque sacrae leges abrogarentur.

Anno trecentesimo alteroquam condita Roma erat iterum 33

8 iussique *MPFU<sup>p</sup>BORnDL*: iussi *H*, fort. recte  
 32 1 Curiatio dett. aliq., cf. c. 33. 3; et sic *Fasti Cap.* (*C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 104, cf. etiam, p. 105): curatio *MPFOBRnDL*: curacio *H*: curario *Up* 3 Puluillus *Ed. Rom.* 1469: puluilius *MPFU<sup>p</sup>BOHRn*  
*DL Ald.* locum *MP<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BOH* *Ed. Rom.* 1469: iocum *P*: loco- tum *RnD*: locatum *L* 5 Sestius *Sigon.* ex c. 33. 4 et *Fast. Cap.* (*C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 104): sextius *Vorm.* *MFU<sup>p</sup>BOHRnL*: textius *P*: sextilius *D* 6 Placet *MPFU<sup>p</sup>BOHD*<sup>1</sup>: placeret *RnDL* 7 Admiscerenturne *MP<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BO<sup>1</sup>HRnD*: admiscerendumne *P*: admisce- renturque *O*: admiscerentur nec *L?* plebeii *Rn?* *Ald.<sup>e</sup>*: plebi *MP* *FU<sup>p</sup>BOHD* 1 Icilia *Glareanus*, dett. aliq.: acilia *MPUpHRnDL*: ialia *O*: acilicia *FBD<sup>2</sup>*: cf. 35. 5 cum adn.

33 1 Anno trecentesimo *scripsimus* (-ens- ut semper; cf. Hale & Buck, *Lat. Gram.* §'52. 5): anno trecentesimo *MPFU<sup>p</sup>B* (sed in *P*-tessi-, et in *F* tricesi-, in *B* tricesi-): trecentesimo anno *HRnDL*: anno trecentesimo anno *O*, ubi in marg. add. alio *O<sup>2</sup>*

mutatur forma ciuitatis, ab consulibus ad decemuiros, quem  
admodum ab regibus ante ad consules uenerat, translato  
imperio. Minus insignis, quia non diurna, mutatio fuit.  
Laeta enim principia magistratus eius nimis luxuriauere ; eo  
citius lapsa res est repetitumque duobus uti mandaretur  
consulum nomen imperiumque. Decemuiri creati Ap.  
Claudius, T. Genucius, P. Sestius, L. Veturius, C. Iulius,  
A. Manlius, P. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romilius, Sp.  
Postumius. Claudio et Genucio, quia designati consules in  
eum annum fuerant, pro honore honos redditus, et Sestio,  
alteri consulum prioris anni, quod eam rem collega inuita  
ad patres rettulerat. His proximi habitu legati tres qui  
Athenas ierant, simul ut pro legatione tam longinqua prae-  
mio esset honos, simul peritos legum peregrinarum ad con-  
denda noua iura usui fore credebant. Suppleuere ceteri  
numerum. Graues quoque aetate electos nouissimis suffra-  
giis ferunt, quo minus ferociter aliorum scitis aduersarentur.  
Regimen totius magistratus penes Appium erat fauore plebis,  
adeoque nouum sibi ingenium induerat ut plebicolor repente  
omnisque aurae popularis captator euaderet pro truci saeuo-  
que insectatore plebis. Decimo die ius populo singuli  
reddebant. Eo die penes praefectum iuris fasces duodecim  
erant : collegis nouem singuli accensi apparebant. Et in  
unica concordia inter ipsos, qui consensus priuatis interdum  
inutilis est, summa aduersus alios aequitas erat. Modera-

<sup>3</sup> Sestius *Sigon.* *ut c. 32. 5 ubi u. adn.* : Sextius *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*, sed *u. inf. § 4* Romilius *D* dett. unus et sic *c. 31. 2 sup.* et *Dion. Hal. 10. 56. 2* (*cf. Schulze, Lat. Eigennamen, p. 579*) : Romilius *MPFBOHRn* (*et Up secundum Frig.*) : Romilius *L* <sup>4</sup> Sestio *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : Sextio *F<sup>2</sup>* <sup>5</sup> habitu *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : additi *Harant perperam* honos, simul *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : add. quod *Harant male*, *cf. 5. 47. 8* <sup>7</sup> fauore *P<sup>3</sup>* marg. *F<sup>3</sup>ORn<sup>2</sup>D<sup>1</sup>* dett. aliq. : pauore *MU<sub>p</sub>HRnDL* : auore *P* : <sup>1</sup><sub>p</sub> auore *P<sup>1</sup>* : p. l. auore *B* plebis *M<sup>3</sup>PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : plebi *M* <sup>8</sup> populo *MOHRnDL* : populi *PFU<sub>p</sub>B* apparebant *MOHRnD?* *L* : appellabant *PFU<sub>p</sub>BD<sup>3</sup>* : apparebat *D<sup>5</sup>* marg. <sup>9</sup> inutilis *MPFU<sub>p</sub>OHRnD<sup>1</sup>* : utilis *RnD* et *D<sup>3</sup>?* *L* : inutilis *B* est *Doering* : esset *Vorm.?* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*

tionis eorum argumentum exemplo unius rei notasse satis erit. Cum sine prouocatione creati essent, defosso cadauere domi apud P. Sestium, patriciae gentis uirum, inuento pro-<sup>10</sup> latoque in contionem, in re iuxta manifesta atque atroci C. Iulius decemuir diem Sestio dixit et accusator ad populum exstitit, cuius rei iudex legitimus erat, decessitque iure suo, ut demptum de ui magistratus populi libertati adiceret.

Cum promptum hoc ius uelut ex oraculo incorruptum <sup>34</sup> pariter ab iis summi infimique ferrent, tum legibus condendis opera dabatur ; ingentique hominum exspectatione propositis decem tabulis, populum ad contionem aduocauerunt et, <sup>2</sup> quod bonum faustum felixque rei publicae ipsis liberisque eorum esset, ire et legere leges propositas iussere : se, <sup>3</sup> quantum decem hominum ingeniis prouideri potuerit, omnibus, summis infimisque, iura aequasse : plus pollere multorum ingenia consiliaque. uersarent in animis secum <sup>4</sup> unamquamque rem, agitarent deinde sermonibus, atque in medium quid in quaque re plus minusue esset conferrent. eas leges habiturum populum Romanum quas consensus <sup>5</sup> omnium non iussisse latas magis quam tulisse uideri posset.

Cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite <sup>6</sup> editos satis correctae uiderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatae sunt, qui nunc quoque, in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo, fons omnis publici priuatique est iuris.

Volgatur deinde rumor duas deesse tabulas quibus <sup>7</sup>

<sup>9</sup> satis erit *MPUpBOH* : satis erat *FRnDL*      P. Sestium *Edd.*  
uet. : p. sextum *PFUpBOHRnDL* dett. : sextum *Vorm. M* ; cf. § 3  
*sup.*      <sup>10</sup> Sestio *PFUpHL* : festio *M* : sextio *BOD*      iure *Edd.*  
uet., cf. c. 46. 3 : ex iure *MPFUpBOHRnDL* dett. *Ald.* (*num recte?*)

<sup>34</sup> <sup>5</sup> non iussisse *PFUpBD<sup>5</sup>* : inuasisse non iussisse *Vorm. M* (*sed in M n̄ pro non, ut saepe*) : non inuasisse *OHRnDL*      tulisse *Vorm.?*  
*P<sup>2</sup>FUpBOHRnDL* : tulisset *MP*      <sup>6</sup> -que legum] *his uocibus rursus inc. Ver.*      editos *Duker* : edito *Ver.* *MPFUpBOHRnDL*      qui nunc *Ver.* *D?* *Ed.* *Frob.* 1535 : quae (uel que) nunc *MP<sup>2</sup>FUpBOHRnDL* *Ald.* : nunc *P*      fons *Ver.* *F<sup>3</sup>RnD<sup>x</sup>* : frons *MPF?* *UpBOHD<sup>L</sup>*      <sup>7</sup> Volgatur (uulg-) *MP<sup>2</sup>FUpBORnD* : uulgator *PHL* : mulgatur *Ver.*

adiectis absolui posse uelut corpus omnis Romani iuris. Ea exspectatio, cum dies comitiorum adpropinquaret, desiderium 8 decemuiros iterum creandi fecit. Iam plebs, praeterquam quod consulum nomen haud secus quam regum perosa erat, ne tribunicium quidem auxilium, cedentibus in uicem 35 appellationi decemuiris, quaerebat. Postquam uero comitia 2 decemuiris creandis in trinum nundinum indicta sunt, tanta exarsit ambitio, ut primores quoque ciuitatis—metu, credo, ne tanti possessio imperii, uacuo ab se relicto loco, haud satis dignis pateret—prensarent homines, honorem summa ope a se impugnatum ab ea plebe, cum qua contenderant, 3 suppliciter petentes. Demissa iam in discriminem dignitas ea aetate iisque honoribus actis stimulabat Ap. Claudium. Nescires utrum inter decemuiros an inter candidatos numeri 4 rares; propior interdum petendo quam gerendo magistratui erat. Criminari optimates, extollere candidatorum leuissimum quemque humillimumque, ipse medius inter tribunicios, 5 Duillios Iciliosque, in foro uolitare, per illos se plebi uendi-

7 Ea *M<sup>1</sup>* extra lineam *PFUpBOHRnDL*: om. *Ver. M* 8 perosa erat *Ver. F<sup>3</sup>RnDL* dett. *Ald.*: peroserat *MB*: per oserat *P*: per hos erat *H*: perosum erat *M<sup>3</sup>Up*: per ora erat *O* appellationi dubitanter *Drak.* (*cf. 8. 33. 8 et plebe pro plebi in Ver. c. 35. 5*): appellatione *Ver. MPFU<sup>p</sup>OHRnDL* (*an recte, pro 'quotiens appellatio facta est'?*): appellationem *BD<sup>3</sup>*. *De re cf. c. 36. 6*

35 1 trinum nundinum *Ver. PF? B* (*sed hic mund-*) ‘*antiqua lectio’ Rhenan.*: trinum nundinum *MOHRnDL*: trinundinum *Up* dett. *aliq.*

2 uacuo ab se relicto *Ver. PF<sup>3</sup> in ras. UpBRnDL* (*sed in Ver. periere -b se*): uacula ab se relicta *OH* pateret prensarent *M<sup>3</sup>Up ORn* (*sed prensarent F<sup>3</sup> in ras.*): paterent prensarent *Ver. H<sup>1</sup> marg.*: pateret prensaret *L*: pateret pensaret *PBD*: paterent *H* contendere *Rn<sup>2</sup>* *Edd. uet.*: contendere *Ver. MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL* dett. *Ald.*, *uix recte* 3 *Demissa Gron.*, dett. *duo*: dimissa *MPFU<sup>p</sup>OH RnDL Ald.* (*sed in F di- ab F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup> retractatum est, fort. corruptum*): dimissa *B*: *perit in Ver.* 3-4 inter candidatos numerares propior om. *M* propior *PUpOHRnDL*: propior *Ver. FB* 5 *Duillios F<sup>3</sup> Madv.* (*nide 2. 58. 2 cum adn.*): duillios *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*: *periit in Ver.* Iciliosque *Ald.* (*cf. c. 32. 7*), *fort. Ver.* (*ubi linea quae ante siciliosque desinit satis expleta erit si per duillio (non duillios) finitam esse statues*): iciliosque *H*: silicilosque *MPU<sup>p</sup>BRnDL*: siliotosque *O*: sicciosque *F<sup>3</sup> in ras.* plebi *Vorm.?* *MPFU<sup>p</sup>BORnDL*: plebe *Ver.*

tare, donec collegae quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus, conieccere in eum oculos, mirantes quid sibi uellet: apparere nihil sinceri esse; profecto haud gratuitam 6 in tanta superbia comitatem fore; nimium in ordinem se ipsum cogere et uolgari cum priuatis non tam properantis abire magistratu quam uiam ad continuandum magistratum quaerentis esse. Propalam obuiam ire cupiditati parum 7 ausi, obsecundando mollire impetum adgredientur. Comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu iniungunt. Ars haec erat, ne semet ipse creare 8 posset, quod praeter tribunos plebi—et id ipsum pessimo exemplo—nemo unquam fecisset. Ille enim uero, quod bene uertat, habiturum se comitia professus, impedimentum pro occasione arripuit; deiectisque honore per coitionem duo- 9 bus Quintiis, Capitolino et Cincinnato, et patruo suo C. Claudio, constantissimo uiro in optimatum causa, et aliis eiusdem fastigii ciuibus, nequaquam splendore uitae pares decemuiri creat, se in primis, quod haud secus factum 10 improbabant boni quam nemo facere ausurum crediderat. Creati cum eo M. Cornelius Maluginensis M. Sergius L. 11 Minucius Q. Fabius Vibulanus Q. Poetelius T. Anto-

6 -gari cum priuatis non tam properantis abi- *perierunt in Ver. sed uacat una tantum linea; apparet igitur quaedam* (fort. -iuatis non tam pr.) *ibi omissa fuisse* continuandum *Ver. M<sup>3</sup>Up<sup>2</sup> dett. unus*: contionandum (*uel conc.*) *M? PFUpBOHRnDL* 7 obsecundando *Ver. OHRnDL*: *huic uero in B praefixum est, in Vorm. MPFUp uarie inculcatur glossema* obsequendo (-cundo), *e.g.* obsequendo secum dando *Vorm. M*: obsequendo de (*moliri*) *F<sup>3</sup>* natu sit, munus *MOHRnD<sup>1</sup>*: natu fit, munus *D? L*: natu sit minus *Ver. dett. unus*: *om. PF? UpB*: *in F post* habendorum *rasura usque ad* iniungunt, *quam non expluit F<sup>3</sup> uoces ex consensu munus inserendo* consensu iniungunt *MPUpOD<sup>3</sup>*: concessu iniungunt *H*: consensum iungunt *RnDL*: consensui iungunt *Ver.*: iniungunt *B* (*sed cum ras. parua post in-*) 8 Ars haec *Ver. Vorm. MPFUpOH Edd. uet.* : ars ea haec *RnDL dett. Ald.* : hars haec *B* 9 coitionem *Sigon.* (*cf. 2. 35. 4; 5. 43. 1 adn.; 7. 32. 12; 9. 26. 22*): contionem (*uel conc.*) *Ver. PFUp BOHRnDL*: contentionem *M* optimatum *MP<sup>2</sup>FUpBOHRnDL*: optimatum *P*: optima .um (*an optima .um ?*) *Ver.* 10 improbabant (*uel inp-*) *PFBHRnDL*: improbrabant *O*: improbant *Vorm. Ver. M*: improbrant *Up* 11 Poetelius *Sigon.* (*ex Fast. Cap. annorum 360 (Liu. 7. 11. 2) et 314 (Liu. 9. 24. 1) uide C. I. L. i<sup>2</sup>, pp. 126,*

nius Merenda K. Duillius Sp. Oppius Cornicen M'. Rabuleius.

36 Ille finis Appio alienae personae ferendae fuit. Suo iam inde uiuere ingenio coepit nouosque collegas, iam priusquam 2 inirent magistratum, in suos mores formare. Cottidie coibant remotis arbitris ; inde impotentibus instructi consiliis, quae secreto ab aliis coquebant, iam haud dissimulando superbiam, rari aditus, conloquentibus difficiles, ad idus Maias rem per 3 duxere. Idus tum Maiae sollemnes ineundis magistratibus erant. Initio igitur magistratu primum honoris diem denuntiatione ingentis terroris insignem fecere. Nam cum ita priores decemuiri seruassent ut unus fasces haberet et hoc insigne regium in orbem, suam cuiusque uicem, per omnes 4 iret, subito omnes cum duodenis fascibus prodiere. Centum uiginti lictores forum impleuerant et cum fascibus secures inligatas praeferebant ; nec attinuisse demi securem, cum 5 sine prouocatione creati essent, interpretabantur. Decem regum species erat, multiplicatusque terror non infimis solum sed primoribus patrum, ratis caedis causam ac principium quaeri, ut si quis memorem libertatis uocem aut in senatu aut in populo misisset statim uirgae securesque etiam

130) : poetilius *Ver.* *MPF<sup>3</sup>UpBHDL* (*et sic in* 3. 41. 9 ; 4. 12. 3 ; 7. 11. 2 *codicum plerique* : *contra in* 9. 24. 1 *PTLA et in* 9. 28. 2 *MPF OTDLA -e- in syllaba secunda praebent*) : petilius *O* : paelilius *F?*

K. Duillius *dett.* *aliqu.* (*cf. c. 41. 10 et Dion. Hal.* 10. 58. 4) : c. duilius *M* : c. duilius *Ver.* *PFUpB* (*sed diu-*) *OHL* : eduilius *RnD* (*de nomine cf. 2. 58. 1 adn.*) *Sp. Oppius MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : p. oppius *Ver.* M'. Rabuleius *Sigon. ex Dion. Hal.* 10. 58. 4 (*Mávios Παβόλιος*) et 11. 23. 1 (*Mávios Παβολήιος*) ; *cf. c. 41. 10* : m. rabuleius *MPBHRnDL* : m. rabulius *Ver.* : m. rabulegius *O* : m. rabileius *F*

36 1 alienae personae] *post has uoces deficit Ver. usque ad c. 37. 8*  
 2 Cottidie *MPFBOD* (*ut fere semper, quamquam adiectuum cotidianus saepius scribitur quam cott-* ; *cf. 2. 42. 10 adn.*) : cotidie *HL* : quotidie *Rn*  
 3 Initio igitur magistratu *Madv. praeente Dukero* : initio igitur magistratus *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Edd. uet. Ald., mira concordia denuntiatione *PFUpBOHD<sup>3</sup>L* : denunciationem *MRnD* regium in orbem *PFUpBOHRnDL* : *om. in M* 4 impleuerant *MFBOH RnDL* *dett.* : impleuerat *P* : impleuerunt *Up* inligatas *MPFU<sub>p</sub>BD<sup>4</sup>* : inlicatas *RnDL* : inligatae *H* : illigatae (*uel -te*) *O Edd. uet. aliq. (cum praeferebantur)* praeferebant *MPFU<sub>p</sub>B* : proferebant *RnDL Ald.* : perferrebant *H* : praeferebantur *O Edd. uet. aliq.*  
 5 in senatu *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* : in senatum *M<sup>3</sup>O* in populo *Ed. Par. 1510, Ald.* : in populum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL**

ad ceterorum metum expedirentur. Nam praeterquam quod 6  
in populo nihil erat praesidii sublata prouocatione, inter-  
cessionem quoque consensu sustulerant, cum priores decem-  
uiri appellatione collegae corrigi redditia ab se iura tulissent  
et quaedam, quae sui iudicij uideri possent, ad populum  
reieciissent. Aliquamdiu aequatus inter omnes terror fuit ; 7  
paulatim totus uertere in plebem coepit ; abstinebatur a  
patribus ; in humiliores libidinose crudeliterque consuleba-  
tur. Hominum, non causarum toti erant, ut apud quos  
gratia uim aequi haberet. Iudicia domi conflabant, pro- 8  
nuntiabant in foro. Si quis collegam appellasset, ab eo ad  
quem uenerat ita discedebat ut paeniteret non prioris de-  
creto stetisse. Opinio etiam sine auctore exierat non in 9  
praesentis modo temporis eos iniuriam conspirasse, sed  
foedus clandestinum inter ipsos iure iurando ictum, ne  
comitia haberent perpetuoque decemuiratu possessum semel  
obtinerent imperium.

Circumspectare tum patriciorum uoltus plebeii et inde 37  
libertatis captare auram, unde seruitutem timendo in eum  
statum rem publicam adduxerant. Primores patrum odisse 2  
decemuiros, odisse plebem ; nec probare quae fierent, et  
credere haud indignis accidere ; auide ruendo ad libertatem  
in seruitutem elapsos iuuare nolle ; cumulari quoque iniurias, 3  
ut taedio praesentium consules duo tandem et status pris-  
tinus rerum in desiderium ueniant. Iam et processerat 4  
pars maior anni et duae tabulae legum ad prioris anni decem

6 ab se *L Ald.* : a se *OD* : ad se *MPFU<sub>p</sub>BHRnD<sup>1</sup>* (*pleniore calamo*, cf. 1. 41. 4 *adn.*) quae sui iudicij uideri *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (*sed in F uidere*) : quae sui iudicij quae uideri *M* 8 pronuntia-  
bant *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>x</sup>* ‘*antiqua lectio*’ *Rhenan.* : pronunciabantur *RnDL* :  
pernunciabantur *H* (*cum p pro p*)

37 2 elapsos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : lapsos *Madv. ed. 3, fort. recte*  
nolle ;] *sic interpunximus*, *eo ut* ‘*a dis*’ *ante cumulari subaudiatur* ;  
*cf. 4. 20. 9; 5. 33. 11; 7. 27. 1* (ne nimis laetae res essent, pestilentia  
ciuitatem adorta coegit senatum etc.) ; *10. 6. 3* cumulari *Madv.*, *cf.*  
*c. 27. 7; 28. 7 al.* : cumulare *MPFU<sub>p</sub>BORnDL* : cummulare *H* 3  
ueniant *MPFU<sub>p</sub>BORnDL* : ueniat *H*, *fort. recte* 4 Iam et *MPF*  
*UpBOH* : iam *RDL*

tabulas erant adiectae, nec quicquam iam supererat, si eae quoque leges centuriatis comitiis perlatae essent, cur eo 5 magistratu rei publicae opus esset. Exspectabant quam mox consulibus creandis comitia edicerentur; id modo plebes agitabat quonam modo tribuniciam potestatem, munimentum libertati, rem intermissam, repararent; cum 6 interim mentio comitiorum nulla fieri. Et decemviri, qui primo tribunios homines, quia id populare habebatur, circum se ostentauerant plebi, patriciis iuuibus saepserant 7 latera. Eorum cateruae tribunalia obsederant; hi ferre agere plebem plebisque res, cum fortuna, qua quidquid 8 cupitum foret, potentioris esset. Et iam ne tergo quidem abstinebatur; uirgis caedi, alii securi subici; et, ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium. Hac mercede iuuentus nobilis corrupta non modo non ire obuiam iniuria, sed propalam licentiam suam malle quam omnium libertatem.

38 Idus Maiae uenere. Nullis subrogatis magistratibus, priuati pro decemuiris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis neque ad speciem honoris insignibus prodeunt. 2 Id uero regnum haud dubie uideri. Deploratur in perpetuum libertas, nec uindex quisquam exsistit aut futurus uidetur. Nec ipsi solum desponderant animos, sed contemni coepti erant a finitimiis populis, imperiumque ibi esse

5 modo plebes agitabat quonam *om.* *M* plebes *HRn<sup>2</sup>*: plebs *O Ed. Rom.* 1469: plebe *PRn?* *DL*: plebem *P<sup>2</sup>FUpBD<sup>3</sup>* *dett.*, *fort. recte*

6 quia id populare *OH*: *ante haec add.* quia populares *MPFBL*, *sed eiecit P<sup>3</sup>*: quia populares id popopulare *D* (*popul-* *D<sup>3</sup>*) obsede-

rant *PFUpBOHRnDL* *dett.*: obsedebant *M*: obsidebant *Ed. Frob.* 1535 7 qua quidquid *MPFBUpORnDL* *Ald.* (*sed in PB -cq-*):

qui quicquid *H*: quidquid *Duker*: aequa quicquid *Madv.*: -que et quidquid *Harant*; *sed cf. Lucr.* 1. 289 *et plura quaeras in Class. Quarterly*, v (1911), p. 3 8 caedi, alii *Vorm. MPFUpBHOD<sup>3</sup>*: caedi

aliis *RnDL*: caedi alii, alii *Ed. Parm.* 1480, *sed cf. 5. 21. 5 et Caes. B. G. 1. 8. 4* Hac mercede *MF<sup>3</sup>UpOHD<sup>4</sup>*: ac mercede *PFRnDL*

nobilis corrupta] *his uocibus rursus inc. Ver., sed per fragmenta usque ad c. 38. 1 corrupta Ver. MPFUpBOHD<sup>3</sup>*: correpta *RnDL*

38 1 regnum haud] *post has uoces defit Ver. usque ad § 3 atque pecudum quibus rursus inc.*

ubi non esset libertas, indignabantur. Sabini magna manu 3 incursionem in agrum Romanum fecere ; lateque populati cum hominum atque pecudum inulti praedas egissent, recepto ad Eretum quod passim uagatum erat agmine castra locant, spem in discordia Romana ponentes : eam impedimentum dilectui fore. Non nuntii solum sed per urbem 4 agrestium fuga trepidationem iniecit. Decemuiri consultant quid opus facto sit, destituti inter patrum et plebis odia. Addidit terrorem insuper alium fortuna. Aequi alia ex parte 5 castra in Algido locant depopulanturque inde excursionibus Tusculanum agrum ; legati ea ab Tusculo, praesidium orantes, nuntiant. Is pauor perculit decemuiros ut senatum, 6 simul duobus circumstantibus urbem bellis, consulerent. Citari iubent in curiam patres, haud ignari quanta inuidiae immineret tempestas: omnes uastati agri periculorumque 7 imminentium causas in se congesturos ; temptationemque eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent imperioque inhibendo acriter in paucos paeferocis animi conatus aliorum comprimerent. Postquam audita uox in foro 8 est praeconis patres in curiam ad decemuiros uocantis, uelut noua res, quia intermisserant iam diu morem consulendi senatus, mirabundam plebem conuertit quidnam incidisset cur ex tanto interuallo rem desuetam usurparent ; hostibus 9 belloque gratiam habendam quod solitum quicquam liberae ciuitati fieret. Circumspectare omnibus fori partibus sena-

3 ad Eretum *dett. unus Ed. Venet.* 1495 : ad fretum *Ver. M<sup>1</sup>BOH RnDL* : ac eretum *M?* : ad efretum *PFUp* : ad feretum *D<sup>3</sup>* eam *MPFUpBOHRnDL* : ea *Ver.* 4 Addidit *Ver. HRnDL* *dett.* : addit *MPFUpBO Edd. uet. fort. recte* 5 excursionibus *MOHRnDL* *dett.* : exincursionibus *PFUpB* : excursionibus *Ver.* legati ea *Ver.* : legatie *D?* : legati *MPFUpBOHRnDL* : legatique *Edd. uet.* ab Tusculo *MPFUpBOHD<sup>3</sup>* (*sed in B o infra a- scriptum est*) : ob Tusculo *RnDL* 6 perculit *Ver. MPFUpOHRn?* *D<sup>3</sup>* *Edd. uet.* : pertulit *B* : perculis *L* : percul.. *D* : perpulit *Gron. et Ed. Mediol.* 1480, *sed cf. c. 30.* 5 7 temptationemque *Ver. MPFUpBOH* (*sed in P-umque, corr. P<sup>2</sup>*) : *om. -que RnDL* 8 uocantis *Ver. BO RnD<sup>3</sup>* (*sed in Ver. uo- periit*) : .. uocantis *M* : conuocantis *M<sup>3</sup>* : uocantes *PFDL* 9 ciuitati *Drak.*, *iam a Ver. confirmatus* : ciuitatis *MPFUpBOHRnDL*

torem, raroque usquam noscitare ; curiam inde ac solitu-  
 10 dinem circa decemuiros intueri, cum et ipsi suum inuisum  
 consensu imperium, et plebs, quia priuatis ius non esset  
 uocandi senatum, non conuenire patres interpretarentur ;  
 iam caput fieri libertatem repetentium, si se plebs comitem  
 senatui det et quemadmodum patres uocati non coeant in  
 senatum, sic plebs abnuat dilectum. Haec fremunt plebes.  
 11 Patrum haud fere quisquam in foro, in urbe rari erant.  
 Indignitate rerum cesserant in agros, suarumque rerum erant  
 amissa publica, tantum ab iniuria se abesse rati quantum  
 a coetu congressuque impotentium dominorum se amouis-  
 12 sent. Postquam citati non conueniebant, dimissi circa domos  
 apparitores simul ad pignera capienda sciscitandumque  
 num consulto detractarent referunt senatum in agris esse.  
 Laetius id decemuiris accidit quam si praesentes detractare  
 13 imperium referrent. Iubent acciri omnes, senatumque in  
 diem posterum edicunt ; qui aliquanto spe ipsorum fre-  
 quenter conuenit. Quo facto proditam a patribus plebs  
 libertatem rata, quod iis qui iam magistratu abissent pri-  
 uatisque si uis abesset, tamquam iure cogentibus, senatus  
 paruisse.

39 Sed magis oboedienter uentum in curiam esse quam ob-  
 2 noxie dictas sententias accepimus. L. Valerium Potitum

9 raroque us-] post haec defit Ver. usque ad c. 42. 3      10 ipsi  
 suum scripsimus : ipsis M : ipsi M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PFUpBOHRnDL ; -uū  
 facile ante inuisum uel imperium excidere poterat inuisum consensu  
 HRnDL Ald. : consensu inuisum MUpO, fort. recte : concensu inuisum  
 P : concessu inuisum FB ; has duas uoces post suum in marginem  
 excidisse, deinde uariato ordine restitutas esse conicimus      quia MPF  
 UpBORnDL : qua H      caput fieri libertatem repetentium MPFUp  
 BOHRnDL (sed in D capud, corr. D<sup>8</sup>) Edd. uet. (cf. e.g. 4. 56. 5) :  
 patefieri libertatem repetendi uiam Madv.      12 apparitores UpOD<sup>8</sup> :  
 adparitores M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup> : adparatores MPFB<sup>D</sup> (sed in B -ra- in ras.) :  
 apparatores H : aparatores L      pignera MP<sup>2</sup>OHRnDL : pignora  
 PFUpB (cf. 2. 1. 5)      13 edicunt PF<sup>8</sup>(F?)UpBOHRnDL : dicunt  
 Vorm. M      si uis F<sup>8</sup>UpB? OH : si us M : suis M<sup>8</sup>PRnDL : si  
 ius P<sup>2</sup>B? (ubi si i- in ras.)

39 1 esse (i.e. ēē) Gaertner apud Drak. et sic M primo scripsit : est  
 M<sup>1</sup>PFUpBOHRnDL : secludit Madv., fort. recte

proditum memoriae est post relationem Ap. Claudi, priusquam ordine sententiae rogarentur, postulando ut de re publica liceret dicere, prohibentibus minaciter decemuiris proditum se ad plebem denuntiantem, tumultum exciusse. Nec minus ferociter M. Horatium Barbatum esse in certamen, 3 decem Tarquinios appellantem admonentemque Valeriis et Horatiis ducibus pulsos reges. nec nominis 4 homines tum pertaesum esse, quippe quo Iouem appellari fas sit, quo Romulum, conditorem urbis, deincepsque reges, quod sacris etiam ut sollempne retentum sit: superbiam uiolentiamque tum perosos regis. quae si in rege tum [eodem] 5 aut in filio regis ferenda non fuerint, quem *(eadem)* laturum in tot priuatis? uiderent ne uetando in curia libere homines 6 loqui extra curiam etiam mouerent uocem; neque se uidere qui sibi minus priuato ad contionem populum uocare quam illis senatum cogere liceat. ubi uellent experientur 7 quanto fortior dolor libertate sua uindicanda quam cupiditas in iniusta dominatione esset. de bello Sabino eos referre, 8 tamquam maius ullum populo Romano bellum sit quam cum iis qui legum ferendarum causa creati nihil iuris in ciuitate reliquerint; qui comitia, qui annuos magistratus, qui uicissitudinem imperitandi, quod unum exaequandae sit libertatis, sustulerint; qui priuati fasces et regium im-

4 nominis *UpOHRn<sup>2</sup>* *Edd.* *uet.* : nomen is *P*: nom̄ his *FB*: nomen *Vorm.* *MRnDL* 5 reges *Madv.* *optime* : reges appellatos *MPFU<sub>p</sub>BO HRnDL* *rege* tum *Walters* (*u. inf.*) : *rege* tum *eodem MPF UpBOHRnD<sup>3</sup>L* (*in D ex prima scriptura superest -e- cum prima parte literae -m*) : *rege* *Bekker* : *rege* et uno *eodem Madv.* *Emend.*<sup>2</sup> *p. 94* (*sed in Ed. sua tertia* *rege* et in *eadem* *audenti scripsit, mire*): *rege* et uno *quondam Zingerle* 6 *quem eadem laturum Walters, qui eadem hic excidisse et in superiore uersum perperam repositum et in eodem corruptum esse conicit*: *quem laturum MPFU<sub>p</sub>BOH*: *qua laturiam Rn*: *quam laturiam DL* (*in D -i- pleniore calamo, cf. I. 41. 4 adn.*); *hanc uocis laturum corruptionem cum praecedente aliquo modo conexam esse suspicamur* 7 *qui sibi UpORn<sup>2</sup>* *Edd.* *uet.* : *quin sibi MPF<sup>2</sup>B O<sup>1</sup>HRnDL* : *cur sibi F<sup>3</sup>* 8 *fortior Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BO Ed. Ven.* 1470 : *forcior H*: *fercior DL* *dett. aliq. Ald.* *libertate Vorm.* *MP FU<sub>p</sub>BOHRnDL* : *in libertate Rn<sup>2</sup>D<sup>4</sup>* *Edd.* *uet. aliq.* 9 *in iniusta PFBOHRnDL* *dett. aliq. Edd.* *uet. aliq.* (*sed in D i- in praepositione in a D<sup>3</sup>*) : *iniusta Vorm.* *MUp* 8 *iis Ald.* : *is MPO* : *his FU<sub>p</sub>BHRn DL, fort. recte*

9 perium habeant. fuisse regibus exactis patricios magistratus ; creatos postea post secessionem plebis plebeios ; cuius illi partis essent, rogitare. populares ? quid enim eos per populum egisse ? optimates ? qui anno iam prope senatum non habuerint, tunc ita habeant ut de re publica loqui 10 prohibeant ? ne nimium in metu alieno spei ponerent ; grauiora quae patientur uideri iam hominibus quam quae metuant.

40 Haec uociferante Horatio cum decemuiri nec irae nec ignoscendi modum reperirent nec quo euasura res esset 2 cernerent, C. Claudi, qui patruus Appi decemuiri erat, oratio fuit precibus quam iurgio similior, orantis per sui 3 fratris parentisque eius manes ut ciuilis potius societatis in qua natus esset, quam foederis nefarie icti cum collegis meminisset. multo id magis se illius causa orare quam rei 4 publicae ; quippe rem publicam, si a uolentibus nequeat, ab inuitis ius expetitaram ; sed ex magno certamine magnas 5 excitari ferme iras ; earum euentum se horrere. Cum aliud praeterquam de quo rettulissent decemuiri dicere prohiberent, Claudium interpellandi uerecundia fuit. Sententiam igitur peregit nullum placere senatus consultum fieri. 6 Omnesque ita accipiebant priuatos eos a Claudio iudicatos ; 7 multique ex consularibus uerbo adsensi sunt. Alia sententia, asperior in speciem, uim minorem aliquanto habuit, quae patricios coire ad prodendum interregem iubebat. Censendo enim quodcumque, magistratus esse qui senatum

9 tunc *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : nunc *Scheller*, fort. recte ; cf. 2. 54. 5

40 1 uociferante *MPFU<sub>p</sub>BOH* : uociferanti *RnDL* 2 similior *Rn<sup>2</sup>*, *Ascensius* : similis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL Ald.*, sed in *M* uox in fine lineae stat ubi -s facile addi (*a prima manu*) poterat ; quibus gradus positiuus placet conferant *Tac. Hist.* 4. 83 ; *Val. Max.* I. I. 5 *oran-*  
*tis P<sup>2</sup>FB* : perorantis *MPU<sub>p</sub>OHRnDL* 3 nefarie *MPU<sub>p</sub>HRn* :  
*nefariae BODL* : nefarii *P<sup>2</sup>F* 5 aliud *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : alios  
*Madv.*, optime quidem sed uix necessario 7 coire *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>B Edd.*  
*uet. aliq.* : coniuere *OHD<sup>3</sup>* : coniuere coire *M* : comiuere *RnDL* : coco-  
*miuere ire P* ; si originem corruptelae quaeris, *Quintil.* I. 5. 69 et I. 6. 17  
*conferendum esse monet Walters* 17 quodcumque *luculenter Madv.* :

haberent iudicabat, quos priuatos fecerat auctor nullius senatus consulti faciendi. Ita labente iam causa decemuirorum, 8 L. Cornelius Maluginensis, M. Corneli decemuiriri frater, cum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto seruatus esset, simulando curam belli fratrem collegasque eius tuebatur, quonam fato incidisset mirari se dictitans ut decem- 9 uiros, qui decemuiratum petissent—aut soli ii aut maxime—oppugnarent, aut quid ita, cum per tot menses uacua ciuitate 10 nemo iustine magistratus summae rerum praeessent controvuersiam fecerit, nunc demum cum hostes prope ad portas sint, ciuiles discordias serant, nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent quid agatur. ceterum—nonne enim 11 maiore cura occupatis animis uerum esse praeiudicium rei tantae auferri?—sibi placere de eo quod Valerius Horatiusque ante idus Maias decemuiros abisse magistratu insimulent, bellis quae immineant perfectis, re publica in tranquillum redacta, senatu disceptante agi, et iam nunc ita se parare 12 Ap. Claudium ut comitiorum quae decemuiris creandis decemuirum ipse habuerit sciat sibi rationem reddendam esse utrum in unum annum creati sint, an donec leges quae deessent perferrentur. in praesentia omnia praeter bellum 13

quoscunque *MPUpBOHRnDL*: quisunque *F* iudicabat *Ed. Rom.*  
1469: iudicabant *MPFUpBOHRnDL* 8 labente *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD*:  
habente *L*: labante *Ed. Frob.* 1535, *Grut.*, sed cf. *Praef.* 9 *adn.*

seruatus esset simulando *PFUpBOHRnDL*: om. *M*, ubi consulto in  
consulib. *mutauit M<sup>1</sup>*, ut uidetur 9 fato *MP<sup>2</sup>FUpBOHDL*: facto  
*PRn* aut soli ii aut *scripti*: aut soli aut ii *Crevier*: aut solii aut hi  
*dett. unus*: aut socii aut ii (*uel hi*) *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* 10 fecerit  
*F<sup>3</sup>Up*: fecerint *MPFBHRnDL*: fecerunt *O* (*fecerint*) 11 nonne  
enim *Walters*: neminem *Vorm.* *M<sup>2</sup>PFUpBOHRnDL* *dett. Edd. uet.*:  
nemini se (*uel neminum*) *M?*: nec enim *Weissenb.*: etenim *Madv.*;  
*nobis uidetur* *ñ* neenim *in nēenim inde in nēinem corruptum esse*  
auferri *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* *dett.* (*uide sis Class. Quarterly v*  
(1911), p. 3): haud fieri *Madv.*: adferre *dett. unus Edd. uet. aliq.*:  
fieri (*cum passurum pro uerum*) *H. J. Mueller* quod *FBD?* *dett.*  
*Rhenan.* *Edd. uet. aliq.*: quo *Vorm.* *MPUpOHRn?D<sup>1</sup>L* magistratu  
*F<sup>3</sup> uel F<sup>2</sup>D<sup>x</sup>* *dett. aliq.*: magistratum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* 12 de-  
cemuirum (*gen. plur., scil. unus*) *MPBRnDL* (*cf. 9. 34. 1; 27. 8. 4*  
*cum adn. Weissenbornii*): decemuir *UpOHRnD<sup>x</sup>*: *in F totum erasum*

omitti placere ; cuius si falso famam uolgatam, uanaque non nuntios solum sed Tusculanorum etiam legatos attulisse putent, speculatores mittendos censere qui certius explorata 14 referant : sin fides et nuntiis et legatis habeatur, dilectum primo quoque tempore haberi et decemuiros quo cuique eorum uideatur exercitus ducere, nec rem aliam praeuerti.

41 In hanc sententiam ut discederetur iuniores patrum euincebant. Ferocioresque iterum coorti Valerius Horatiusque uociferari ut de re publica liceret dicere ; dicturos ad populum, si in senatu per factionem non liceat ; neque enim sibi priuatos aut in curia aut in contione posse obstare, 2 neque se imaginariis fascibus eorum cessuros esse. Tum Appius iam prope esse ratus ut ni uiolentiae eorum pari 3 resisteretur audacia, uictum imperium esset, ‘Non erit melius’ inquit, ‘nisi de quo consulimus, uocem misisse,’ et ad Valerium, negantem se priuato reticere, lictorem acce- 4 dere iussit. Iam Quiritium fidem implorante Valerio a curiae limine, L. Cornelius complexus Appium, non cui simulabat consulendo, diremit certamen ; factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia quae uellet, cum libertas non ultra 5 uocem excessisset, decemuiiri propositum tenuere. Consulares quoque ac seniores ab residuo tribuniciae potestatis odio, cuius desiderium plebi multo acrius quam consularis imperii rebantur esse, prope malebant postmodo ipsos decemuiros uoluntate abire magistratu quam inuidia eorum ex-

14 et decemuiros *PFUpBOHRnDL* dett. *Edd. uet. Ald.* : om. et *M*

**41** 1 Valerius Horatiusque (*uel -ciusque*) *HD<sup>4</sup>* dett. *aliq.* : ualerius ualerius horatiusque contra sententiam maluginensis oratiusque *M* : ualerius enim oratiusque *PFUpB* (*ubi hor-*) *O* : ualerius horatius *D* : ualerius u horatius *L* (*sed delet u L<sup>1</sup>*) : ualerius *H* horatius *Rn* : ualerius et horatius *Rn<sup>2</sup>* 3 reticere *MOHRnD<sup>5</sup>* *marg. L* dett. *aliq.* : redicere *PFB* : rem dicere *UpD<sup>3</sup>* *in ras.* 4 non cui *Vorm.*? (*Rhenan.*) : non quid cui *M* : non quid *PFBOHRnDL* dett. *aliq.* (*sed in O qd*) : non quod *Up* dett. *aliq.* *Edd. uet. Ald.* diremit *PFUpB* *OHRnDL* : dimittit diremit *M* 5 malebant *F<sup>3</sup>UpOD<sup>x</sup>* : mallebant *MPFBHRnDL* (*fort. malle, Inf. Historicus, legendum*) exsurgere *MF<sup>2</sup>HRnDL* : exsurget *P<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>F?* *UpOD<sup>3</sup>* : exsurget *B* : exsurgueret *P*

surgere rursus plebem : si leniter ducta res sine populari 6  
strepitu ad consules redisset, aut bellis interpositis aut  
moderatione consulum in imperiis exercendis posse in ob-  
liuionem tribunorum plebem adduci.

Silentio patrum edicitur dilectus. Iuniores cum sine pro- 7  
uocatione imperium esset ad nomina respondent. Legioni-  
bus scriptis, inter se decemuiriri comparabant quos ire ad  
bellum, quos praeesse exercitibus oporteret. Principes inter 8  
decemuiros erant Q. Fabius et Ap. Claudius. Bellum domi  
maiis quam foris apparebat. Appi uiolentiam aptiorem rati  
ad comprimendos urbanos motus : in Fabio minus in bono  
constans quam nauum in malitia ingenium esse. Hunc 9  
enim uirum, egregium olim domi militiaeque, decemuiratus  
collegaeque ita mutauerant ut Appi quam sui similis mallet  
esse. Huic bellum in Sabinis, M'. Rabuleio et Q. Poetelio  
additis collegis, mandatum. M. Cornelius in Algidum missus 10  
cum L. Minucio et T. Antonio et K. Duillio et M. Sergio.  
Sp. Oppium Ap. Claudio adiutorem ad urbem tuendam,  
aequo omnium decemuirorum imperio, decernunt.

Nihilo militiae quam domi melius res publica administrata 42  
est. Illa modo in ducibus culpa quod ut odio essent ciui- 2

7 comparabant *MPF? UpBOHRnDL* : comparant *Cobet* : computa-  
bant *F<sup>3</sup>* 8 maius *MOHRnDL* : magis *P<sup>2</sup>FUpB* : ante domi  
ponunt *Edd. uet. duo* : *om. P* foris *MP<sup>2</sup>FUpBHRnDL* : foagis  
*P* : *om. O*, cf. 3. 44. 5; 5. 4. 13; 6. 17. 3 constans quam *Vorm.*  
*MPFUpBOHRnDL* : constans potius quam *H. J. Mueller*, mire :  
potius ante minus *Madv.* nauum *Vorm.* *MP<sup>2</sup>BOHRnDL* : nauium  
*P* : gnauum *F<sup>3</sup>Up* : ignauum *F<sup>2</sup>* : nouum *D<sup>4</sup>* malitia *MPFUpB*  
*OHRnDL* : militia *dett. aliq.* : in militia *Edd. uet. duo*, sed post inge-  
niuum. *Scilicet uiros doctos sefellit* malitia *hic a Liuio decemuirorum*  
*sermoni ita insertum esse ut supra Appi uiolentiam*; *nam quod illi*  
*leuiore aliquo nomine appellabant*, *Liuuius uerius sed minus proprie sic*  
*ponit ut si ipse hic de uitiiis decemuirorum loqueretur* 9 *M'.*  
*Rabuleio Rn Sigon. ex c. 35. 11, ubi uide sis adn. et Dion. Hal.* 10.  
58. 4 : *m. rabulleio MPFBODL* (*sed in D -bule-*) *Poetelio*  
*uide adn. c. 35. 11* : *poetilio MPOHDL* : *poetioli B* : *petilio F<sup>3</sup>*  
(*petelio F?*) 10 *K.] caesone uel cesone MPFBODL* *Duillio MPFBODL* : *duellio RnDL* : *duilio Up* ; *uide sis adn. ad 2. 58. 1*  
*M. Sergio Edd. uet. ex c. 35. 11* : *l. sergio Vorm. MPFBODL* :  
*Sergio Up*

bus fecerant: alia omnis penes milites noxia erat, qui ne quid ductu atque auspicio decemuirorum prospere usquam gereretur uinci se per suum atque illorum dedecus patiebantur. Fusi et ab Sabinis ad Eretum et in Algido ab Aequis exercitus erant. Ab Ereto per silentium noctis profugi proprius urbem, inter Fidenas Crustumeriamque, loco edito castra communierant; persecutis hostibus nusquam se aequo certamine committentes, natura loci ac uallo, non uirtute aut armis tutabantur. Maius flagitium in Algido, maior etiam clades accepta; castra quoque amissa erant, exutusque omnibus utensilibus miles Tusculum se, fide misericordiaque uicturus hospitum, quae tamen non fefellerunt, contulerat. Romam tanti erant terrores allati, ut posito iam decemuirali odio patres uigilias in urbe habendas censerent, omnes qui per aetatem arma ferre possent custodire moenia ac portis stationes agere iuberent, arma Tusculum ad supplementum decernerent, decemuirosque ab arce Tusculi digressos in castris militem habere, castra alia a Fidenis in Sabinum agrum transferri, belloque ultiro inferendo deterrei hostes a consilio urbis oppugnandae.

### 43 Ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora

**42 2** noxia *Vorm. M*: noxa *PFUpBOHRnDL* dett. **3** Eretum dett. unus (*Barberinianus*): fretum *MPFUpBOHRnDL*: efretum *F<sup>3</sup>*: feretum *D<sup>4</sup>* Ereto *M Barb.*: efretu *PFUpB*: freto *OHRnDL*: fereto *D<sup>4</sup>* [inter Fidenas] his uocibus rursus inc. *Ver.* **4** nusquam *MPFBOH*: nunquam *Ver. UpRnDL* certamine *MPFUpBOHRnDL*: certamini *Ver. dett. unus, sed cf. 5. 18. 8* **5** quae tamen *Ver. MPBOHRnDL, Edd. uet. Ald.*: uocem contulerat (-rant) ex sequentibus transponunt *P<sup>2</sup>FUpB Ed. Rom. 1470 ita ut ante quae stet* contulerat *Up Ed. Rom. 1470*: contulerant *MPFBOHRnDL*: defit *Ver. sed nostrae potius lectioni fauet spatii ratio* **6** allati (non adl-) *Ver. MPFBOHRnDL et sic in hac uoce fere semper; sed contra 5. 48. 9 abl- ex adl- natum esse potest* **7** arma ferre *MPFUpBOHRnDL*: ferre arma *Ver.* ad supplementum *M<sup>1</sup>PFUpB* (sed hic supl-) *OHRnDL* (cf. e.g. 26. 47. 3; 28. 37. 4): ac supplementum *Ver. M.* Cum neminem adhuc *Accus. Tusculum* offen- disse uideatur, fort. nulla suspicio mouenda est; sed difficilis est etiam constructio *Acc. cum Inf. post decernerent.* Num hoc uerbum insiticium est et *Inf. aliquem uelut deduci extrusit?* Sed cum *Veronensis et Nicomachei conspirent, si mendum est, ualde antiquum fuisse patet* digressos *Ver. MPFUpOHRnD<sup>3</sup>* in ras. *L Ald.*: degressos *D? Gron.*

decemuiri belli domique adiciunt. L. Siccum in Sabinis, 2 per inuidiam decemuiralem tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad uolgas militum sermonibus occultis serentem, prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt. Datur negotium militibus quos miserant expedi- 3 tioneis eius comites, ut eum opportuno aborti loco interficerent. Haud inultum interfecere; nam circa repugnantem 4 aliquot insidiatores cecidere, cum ipse se praeualidus, pari viribus animo, circumuentus tutaretur. Nuntiant in castra 5 ceteri praecipitatum in insidias esse; Siccum egregie pugnantem militesque quosdam cum eo amissos. Primo fides 6 nuntiantibus fuit; profecta deinde cohors ad sepeliendos qui ceciderant decemuirorum permissu, postquam nullum spoliatum ibi corpus Siccumque in medio iacentem armatum omnibus in eum uersis corporibus uidere, hostium neque corpus ullum nec uestigia abeuntium, profecto ab suis interfectum memorantes rettulere corpus. Inuidiaeque 7 plena castra erant, et Romam ferri protinus Siccum placebat, ni decemuiri funus militare ei publica impensa facere maturassent. Sepultus ingenti militum maestitia, pessima decemuirorum in uolgas fama est.

Sequitur aliud in urbe nefas, ab libidine ortum, haud 44 minus foedo euentu quam quod per stuprum caedemque Lucretiae urbe regnoque Tarquinios expulerat, ut non finis solum idem decemuiris qui regibus sed causa etiam eadem imperii amittendi esset. Ap. Claudium uirginis plebeiae stu- 2 prandae libido cepit. Pater uirginis, L. Verginius, honestum ordinem in Algido ducebat, uir exempli recti domi

43 1 belli Ver. *MPFU<sub>p</sub>BORnDL*: bellique *D?* : bello *H*  
 4 ipse se Ver. *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>*: ipse *RnDL* dett. pari *MPF*  
*UpBOHRnDL* : par Ver. *M<sup>2</sup>* 6 armatum Ver. (cf. densa obsita  
 r. 14. 7 *adn.*) : armatumque *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* rettulere *M* :  
 retulere Ver. *PFU<sub>p</sub>OHRnDL* : seculere *B* 7 castra erant  
*MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : erant castra Ver. pessim a Ver. *MPFU<sub>p</sub>B*  
*OHnDL* : in pessima *Vorm.*

44 1 urbe nefas . . . Lucretiae om. *F* ab libidine *MPBOH* :  
 ab libidine *Up* : a libidine Ver. *RnDL*

3 militiaeque. Perinde uxor instituta fuerat liberique instituebantur. Desponderat filiam L. Icilio tribunicio, uiro acri et  
 4 pro causa plebis expertae uirtutis. Hanc uirginem adultam forma excellentem Appius amore amens pretio ac spe perlicere adortus, postquam omnia pudore saepa animaduerterat, ad crudelem superbamque uim animum conuertit.  
 5 M. Claudio clienti negotium dedit, ut uirginem in seruitutem adsereret neque cederet secundum libertatem postulantibus uindicias, quod pater puellae abesset locum iniuriae esse  
 6 ratus. Virgini uenienti in forum—ibi namque in tabernaculis litterarum ludi erant—minister decemuiri libidinis manum iniecit, serua sua natam seruamque appellans, sequi  
 7 que se iubebat: cunctantem ui abstracturum. Pauida puella stupente, ad clamorem nutricis fidem Quiritium implorantis fit concursus; Vergini patris sponsique Icili populare nomen celebrabatur. Notos gratia eorum, turbam in  
 8 dignitas rei uirgini conciliat. Iam a ui tuta erat, cum adsertor nihil opus esse multitudine concitata ait; se iure

3 Desponderat *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*: desponderant *Ver.* 4 amens *Ver.* *PFU<sup>p</sup>BOD<sup>x</sup>* marg. *Edd.* *uet.*: ardens mens *Vorm.* *M*: ardens *HRnDL* *dett.*: ardens et eius mentem *M<sup>3</sup>* perlicere *MPFBO HDL* (pell- *D<sup>3</sup>*) animaduerterat *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*: animaduerit *Ver.*, sed cf. c. 26. 4 *adn.* 5 cederet *MPFU<sup>p</sup>BO<sup>1</sup>RnDL*: cedere *H*: crederet *O*: ederet *Ver.* secundum *Ver.* *MHRnDL*: seū *PB*: sic *F*: sic *F<sup>3</sup>*: sequi *Up*: om. *O* (cf. c. 41. 8) postulantibus *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*: potentibus *Ver.* uindicias *Ver.* *PFU<sup>p</sup>BHD<sup>x</sup>* marg.: uindicias *O*: uindictis *MRnDL*: inducias *F<sup>3</sup>* ratus *MPFU<sup>p</sup>OHRnDL*: om. *Ver.* 6 tabernaculis *Ver.* *Vorm.* *MO* *dett.* *alig.* (cf. Mommsen, Cod. Ver. Edit. p. 188): tabernis *PFU<sup>p</sup>BHRnDL* *Edd.* *uet.*: uernaculi *Rhenan.* manum iniecit *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL* (cf. 1. 41. 1 *adn.*): magnum initit *Ver.* serua sua *Ver.* *D<sup>x</sup>* *dett.* *alig.* *Edd.* *uet.*: seruam suam *MPFU<sup>p</sup>BOH RnDL* sequique se iubebat *Gron.*: esse sequique se iubebat *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL<sup>3</sup>*: sequi iubebat *Ver.* *Edd.* *uet.*: esse sequique se uiebat *DL* cunctantem ui *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL* (sed -tēmuī *B*): cunctantem qui (*pro* cunctantemq. ui) *Ver.* 7 Vergini *MPUp HRn*: uirginii *F<sup>3</sup>* (fort. *F etiam*) *OD<sup>3</sup>L*: uirgini *B*: uirginis *Ver.* *D?* celebrabatur *MPFU<sup>p</sup>BH*: celebratur *ORnDL* *Edd.* *uet.*: celebratum *Ver.* uirgini *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*: uirginis *Ver.* *more suo* conciliat *Ver.* *MPFU<sup>p</sup>BOHD<sup>3</sup>*: consilia *RnDL* 8 iam a ui tuta *PF UpB<sup>1</sup>OHRn<sup>2</sup>L* (sed ha ui *B<sup>1</sup>*): iam habitata *B*: iam ui tuta *M*: ia ui tuta *Rn*: iam a ui ui (uel iam aut ut) *Ver.* concitatae *B*: concita *Ver.* *HRnDL*: concitatae *B*: concita *Ver.*

grassari, non ui. Vocat puellam in ius. Auctoribus qui 9 aderant ut sequerentur, ad tribunal Appi peruentum est. Notam iudici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit : puellam domi suaे natam furtoque inde in domum Vergini translatam suppositam ei esse ; id se 10 indicio compertum adferre probaturumque uel ipso Verginio iudice, ad quem maior pars iniuriae eius pertineat; interim dominum sequi ancillam aequum esse. Aduocati puellae, 11 cum Verginium rei publicae causa dixissent abesse, biduo adfuturum si nuntiatum ei sit, iniquum esse absentem de liberis dimicare, postulant ut rem integrum in patris ad- 12 uentum differat, lege ab ipso lata uindicias det secundum libertatem, neu patiatur uirginem adultam famae prius quam libertatis periculum adire.

Appius decreto praefatur quam libertati fauerit eam ipsam 45 legem declarare quam Vergini amici postulationi suaे prae- tendant ; ceterum ita in ea firmum libertati fore praesidium, 2 si nec causis nec personis uariet. in iis enim qui adserantur in libertatem, quia quiuis lege agere possit, id iuris esse : in ea quae in patris manu sit, neminem esse alium cui dominus possessione cedat. placere itaque patrem arcessiri ; interea 3

9 Auctoribus Ver. *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : add. iis H. J. Mueller, sed cf. Luterb. ad loc. ut sequerentur *MPFBOHD<sup>x</sup>* (sed ut in ras.) (i.e. et puella et nutrix) : adsequerentur (*uel ass-*) *RnDL* : ut sequeretur *Up Edd. uet. . . sequeretur Ver. : assequentibus Rn<sup>2</sup>* apud *MP FU<sub>p</sub>BOHRnDL* : aut *Ver.* 10 probaturumque uel ipso *MPFU<sub>p</sub> BOHRnDL* : probaturum quae uel ipsa *Ver.* iudice *MPFU<sub>p</sub> OHRnDL* (sed in B- cæae) : iudicem *Ver.*

45 1 praefatur *F*, Luterb. (nam in *F*-at et hic et alibi—ut in patiatur, undecima ante uoce—scriptum est) : praefatus *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*, sed in *M*-s littera solito minor et proprius ad -r litterae formam accedit. Videntur igitur haesitauisse inter compendia -ur et -us denotantia et uncialium et minusculorum scribae 2 si nec *Ver. MF? UpORnD<sup>3</sup>* : sine *PBHDL* in iis *Rn* dett. : in his *MPFU<sub>p</sub>BOHDL* : defit *Ver.* : in aliis *Karsten, non male* qui adserantur *Ver. MPFU<sub>p</sub> B OHD<sup>3</sup>* : om. qui *RnDL* : quae adserantur *Ed. Frob. 1535* in libertatem *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>* : om. in *RnDL* agere *MPFU<sub>p</sub> B OHRnDL* : adsignare *Ver., litteris uiginti una in lineam unam compressis* in patris *Ver. MOHRnDL* : om. in *PFU<sub>p</sub>B* 3 arcessiri *Ver. MPORnDL* (sed in *D* aliquid erasum ante arc-) : accersiri *UpH* : arcersiri *FB*; cf. *Neue-Wagener Lat. Formenl. iii<sup>2</sup>, p. 248*

iuris sui iacturam adsertorem non facere quin ducat puellam  
sistendamque in aduentum eius qui pater dicatur promittat.  
 4 Aduersus iniuriam decreti cum multi magis fremerent quam  
quisquam unus recusare auderet, P. Numitorius puellae auus  
 5 et sponsus Icilius interueniunt ; dataque inter turbam uia,  
cum multitudo Icili maxime interuentu resisti posse Appio  
crederet, lictor decresse ait uociferantemque Icilium sub-  
 6 mouet. Placidum quoque ingenium tam atrox iniuria ac-  
cendisset. ‘Ferro hinc tibi submouendus sum, Appi’ inquit,  
‘ut tacitum feras quod celari uis. Virginem ego hanc sum  
 7 ducturus nuptamque pudicam habiturus. Proinde omnes  
collegarum quoque lictores conuoca ; expediri uirgas et  
secures iube ; non manebit extra domum patris sponsa  
 8 Icili. Non si tribunicium auxilium et prouocationem plebi  
Romanae, duas arces libertatis tuendae, ademistis, ideo in  
liberos quoque nostros coniugesque regnum uestrae libidini  
 9 datum est. Saeuite in tergum et in cenuices nostras : pudi-  
citia saltem in tuto sit. Huic si uis adferetur, ego praesentium  
Quiritium pro sposa, Verginius militum pro unica filia, om-  
nes deorum hominumque implorabimus fidem, neque tu  
 10 istud unquam decretum sine caede nostra referes. Postulo,  
 11 Appi, etiam atque etiam consideres quo progrediare. Ver-  
ginius uiderit de filia ubi uenerit quid agat ; hoc tantum  
sciat sibi si huius uindicii cesserit condicionem filiae quae-  
rendam esse. Me uindicantem sponsam in libertatem uita  
 46 citius deseret quam fides.’ Concitata multitudo erat certa-

4 auus *Ver. Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : auunculus *Edd. uet. aliq.*  
*Dion. Hal.* 11. 28. 7 secuti 6 ingenium *Ver. MPFBORnDL* :  
ingenium cum *UpH* iniuria ac-] *hinc defit Ver. usque ad c. 50.* 13  
 nuptamque pudicam *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>* : nuptam pudicamque *Rn*  
*DL* 7 conuoca *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>y</sup>* : conuocans *RnDL* 8 ademistis  
*M* (*in fine lineaे*) *PFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>* : ademisti *RnDL* *dett. aliq.* 9 Sae-  
 uite *MOHRnDL* : seu *PFB* : saeui *Up* 8 implorabimus *MF<sup>3</sup>Up*  
*ORnDL* : implorauimus *PFB* : implorabibus *H* fidem *MF<sup>3</sup>OH*  
*RnDL* : fide *PFB* 10 referes *MPFU<sub>p</sub>OHRnDL* : referens *B* : per-  
 feres *Madv. Ed. 3 praef. uix recte* ; *nam facile creditur uoluisse Liuius*  
*notam illam phrasin uictoram referre lectoris animo subici* 11 *huius*  
*MPFU<sub>p</sub>BRnDL* : ipse *huius OH* deseret *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* :  
 desereret *M*

menque instare uidebatur. Lictores Icilium circumsteterant ; nec ultra minas tamen processum est, cum Appius non 2 Verginiam defendi ab Icilio, sed inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem locum seditionis quaerere diceret. non praebiturum se illi eo die materiam, sed, ut 3 iam sciret non id petulantiae suae sed Verginio absenti et patrio nomini et libertati datum, ius eo die se non dicturum neque decretum interpositurum : a M. Claudio petiturum ut decederet iure suo uindicarique puellam in posterum diem pateretur ; quod nisi pater postero die adfuisset, denuntiare 4 se Icilio similibusque Icili neque legi suae latorem neque decemuiro constantiam defore ; nec se utique collegarum lictores conuocaturum ad coercendos seditionis auctores : contentum se suis lictoribus fore.

Cum dilatum tempus iniuriae esset secessissentque aduo- 5 cati puellae, placuit omnium primum fratrem Icili filiumque Numitori, impigros iuuenes, pergere inde recta ad portam, et quantum adcelerari posset Verginium acciri e castris ; in 6 eo uerti puellae salutem, si postero die uindex iniuriae ad tempus praesto esset. Iussi pergunt citatisque equis nun- tium ad patrem preferunt. Cum instaret adsertor puellae ut 7 uindicaret sponsoresque daret, atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens dum praeciperent iter nuntii missi in castra, manus tollere undique multitudo et se quis- que paratum ad spondendum Icilio ostendere. Atque ille 8 lacrimabundus ‘Gratum est’ inquit ; ‘crastina die uestra opera utar ; sponsorum nunc satis est.’ Ita uindicatur Ver- 9гинia spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus ne eius rei causa sedisse uideretur, postquam omissis rebus

**46 2** seditionis *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL* : seditioni *Gron.*, *fort.* *recte*, cf. c. 50. 14 *inf. cum adn.* 3 non id *MPFU<sup>p</sup>BOH* : non ut *RnDL* ius eo *PFU<sup>p</sup>BOH* : iusto *MRnL* : ius se eo *D<sup>3</sup> in ras.* dece- deret *MPFU<sup>p</sup>BO<sup>1</sup>D<sup>3</sup>* : deceret *O* : decedere *H* : dederet *RnDL* 5 adcelerari *MPFBRnDL* : accelerari *OH* 7 daret *MOHRnDL* : darent *PFU<sup>p</sup>B* iter nuntii *Vorm.*? *D<sup>4</sup> dett. aliq. Edd. uet.* : inter- nuntii *MPFU<sup>p</sup>BOHDL* (*sed in M littera -n- post i- peculiarem formam habet, quasi dubitanter scripta*)

aliis prae cura unius nemo adibat, domum se recepit colle-  
gisque in castra scribit, ne Verginio commeatum dent atque  
10 etiam in custodia habeant. Improbum consilium serum, ut  
debuit, fuit et iam commeatu sumpto profectus Verginius  
prima uigilia erat, cum postero die mane de retinendo eo  
nequiquam litterae redduntur.

47 At in urbe prima luce cum ciuitas in foro exspectatione  
erecta staret, Verginius sordidatus filiam secum obsoleta  
ueste comitantibus aliquot matronis cum ingenti aduocatione  
2 in forum deducit. Circumire ibi et prensare homines coepit  
et non orare solum precariam opem, sed pro debita petere :  
se pro liberis eorum ac coniugibus cottidie in acie stare, nec  
alium uirum esse cuius strenue ac ferociter facta in bello plura  
memorari possent : quid prodesse si, incolumi urbe, quae  
capta ultima timeantur liberis suis sint patienda? Haec  
3 prope contionabundus circumbat homines. Similia his ab  
Icilio iactabantur. Comitatus muliebris plus tacito fletu  
4 quam ulla uox mouebat. Aduersus quae omnia obstinato  
animo Appius—tanta uis amentiae uerius quam amoris  
mentem turbauerat—in tribunal escendit, et ultiro querente  
paucia petitore quod ius sibi pridie per ambitionem dictum  
non esset, priusquam aut ille postulatum perageret aut Ver-  
5 ginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem  
decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem uerum auc-  
tores antiqui tradiderint : quia nusquam ullum in tanta foe-  
ditate decreti ueri similem inuenio, id quod constat nudum  
uidetur proponendum, decresse uindicias secundum serui-  
6 tutem. Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis

9 adibat *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* : eum adibat *OH*

47 2 non orare *MF<sup>3</sup>OHDL* (*sed in O inter has uoces uox sequens*  
*solum posita est*) : non onorare *P* : non honorare *B* : non onororare  
*F?* : non onerare *Up* ferociter *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : fortiter  
*Doujat, fort. recte, cf. c. 39. 7 cum adn. et Wölfflin, Liv. Krit. p. 22*  
4 escendit *MP* : ascendet *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHRnDL* ius sibi *D<sup>4</sup> Ed.*  
*Rom. 1469* : sibi *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* dett. : *sed plures dett.* ius  
alicubi *adsuunt, post pridie uel post dictum* 5 antiqui *PFU<sub>p</sub>BO*  
*HRnDL* : qui *M*

defixit ; silentium inde aliquamdiu tenuit. Dein cum M. Claudio, circumstantibus matronis, iret ad prehendendam uirginem, lamentabilisque eum mulierum comploratio exce-  
pisset, Verginius intentans in Appium manus, ‘Icilio’ inquit, 7  
‘Appi, non tibi filiam despondi et ad nuptias, non ad stu-  
prum educaui. Placet pecudum ferarumque ritu promise  
in concubitus ruere? Passurine haec isti sint nescio: non  
spero esse passuros illos qui arma habent.’

Cum repelleretur adsertor uirginis a globo mulierum cir- 8  
cumstantiumque aduocatorum, silentium factum per pree-  
conem. Decemuir alienatus ad libidinem animo negat ex 48  
hesterno tantum conuicio Icili uiolentaque Vergini, cuius  
testem populum Romanum habeat, sed certis quoque indi-  
ciis compertum se habere nocte tota coetus in urbe factos  
esse ad mouendam seditiōnēm. itaque se haud insciū  
eius dimicationis cum armatis descendisse, non ut quem-  
quam quietum uiolaret, sed ut turbantes ciuitatis otium pro  
maiestate imperii coerceret. ‘Proinde quiesce erit melius. 3  
I,’ inquit, ‘lictor, submoue turbam et da uiam domino ad  
prehendendum mancipium.’ Cum haec intonuisset plenus  
ira, multitudo ipsa se sua sponte dimouit desertaque praeda

6 prehendendam *Vorm.*? *UpOHRnL*: comprehendendam *D*: pre-  
hendam *PFB* (*in B* p-, *i.e.* prae-): prendendam *M*; cf. c. 48. 3 *inf.*,  
1. 51. 8 *aliosque locos plurimos* 7 promisce *MPF?* *BHRnDL*:  
promiscue *M<sup>3</sup>F<sup>3</sup>UpORn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>*; *scilicet aduerbiū promisce* (*ut Plau-*  
*tinum illud promiscam*) *adiectiū autem promiscuus, -ua, -uum*  
*melior pars codicū tutatur in iis saltem locis quo notaūimus paene*  
*omnibus; promisce hic et* 1. 43. 10; 4. 43. 12; 5. 48. 3; 5. 55. 2: pro-  
miscuus 2. 30. 15; 4. 2. 6; 4. 25. 4; 4. 56. 12; 5. 13. 7 (*quamquam*  
*in 4. 6. 8 promiscuae aduerbiū loco praebeant MPFB<sup>DL</sup>, promiscue H*)  
sint *MPFU<sup>p</sup>BORnDL*: sunt *UpH*

48 1 alienatus *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL*, ‘uetus lectio’ *Rhenan.* (cf. 25. 39.  
4): alienato *Edd.* uet. *Ald.* ex hesterno *Vorm.*? : ex haesterno *M*:  
ex sterno *P*: esterno *Up*: hesterno *F<sup>3</sup>OD<sup>4</sup>* *Edd.* uet. *alig.* *Ald.* :  
externo *BHRnDL* populū Romanū *Vorm.* *OHD<sup>4</sup>*: populū  
rom̄ or̄ (*i.e.* ? Romanorum) *M*: populū romor *P*: populū rumor *P<sup>2</sup>F*  
*UpB*: populū romae *RnDL* 3 ‘I,’ inquit *Rn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>* *dett.* *alig.* *Ald.*  
(cf. 1. 26. 7): ii inquit *RnDL*: inquit *MPFU<sup>p</sup>OHD<sup>4</sup>*: inquit *B*  
submoue *MPFBORnDL*: summoue *D<sup>4</sup>* prehendendum *PFB*  
*Ed. Rom.* 1470 *Ald.* : prendendum *MOHRnDL* *dett.* (cf. c. 47. 6 *sup.*)

4 iniuriae puella stabat. Tum Verginius ubi nihil usquam auxilii uidit, ‘Quaeso’ inquit, ‘Appi, primum ignosce patrio dolori, si quo inclementius in te sum inuectus; deinde sinas hic coram uirgine nutricem percontari quid hoc rei sit, ut si falso pater dictus sum aequiore hinc animo discedam.’  
 5 Data uenia seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas, quibus nunc Nouis est nomen, atque ibi ab lanio cultro arrepto, ‘Hoc te uno quo possum’ ait, ‘modo, filia, in libertatem uindico.’ Pectus deinde puellae transfigit, respectansque ad tribunal ‘Te’ inquit, ‘Appi, tuumque  
 6 caput sanguine hoc consecro.’ Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendi Verginium iubet. Ille ferro quacumque ibat uiam facere, donec multitudine etiam  
 7 prosequentium tuente ad portam perrexit. Icilius Numitoriusque exsangue corpus sublatum ostentant populo; scelus Appi, puellae infelicem formam, necessitatem patris deplo-  
 8 rant. Sequentes clamitant matronae, eamne liberorum procreandorum condicionem, ea pudicitiae praemia esse?— cetera, quae in tali re muliebris dolor, quo est maestior imbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subicit.  
 9 Virorum et maxime Icili uox tota tribuniae potestatis ac prouocationis ad populum ereptae publicarumque indignationum erat.

49 Concitatur multitudo partim atrocitate sceleris, partim spe  
 2 per occasionem repetendae libertatis. Appius nunc uocari Icilius, nunc retractantem arripi, postremo, cum locus adeundi apparitoribus non daretur, ipse cum agmine patri-

4 si quo *Weissenb.* 4. 1. 5 *secutus*: si quod *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>* (*in H*  
*si qd scriptum*): si quot *RnDL*: si quid *dett.* *Ed. Rom.* 1469 *Ald.*:  
*si Alschefski*, quod *glossema uoci si adscriptum ratus, non male*  
*dictus MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>*: *ductus RnDL* 5 *ad tabernas MOH*  
*RnD?L* (*sed ad a D<sup>4</sup> in ras.*): *om. ad PFU<sub>p</sub>B* filia in *PUpD<sup>x</sup>*:  
*filiam in Vorm. MP<sup>2</sup>FBOHRnDL* (*sed in M lineola qua -m scribitur*  
*multo longior solito*): *filia mi in dubitanter Rhenan.* 6 *compre-*  
*hendi PFU<sub>p</sub>BOHD* *dett. Ald.*: *comprendi MRnL* 8 *magis MP*  
*FBOHRnDL*: *om. Up* 9 *uox tota PFU<sub>p</sub>BOHRnDL*: *uota M*  
*ac prouocationis MPFU<sub>b</sub>BOH*. *om. ac RnDL* (*procat- DL, corr. D<sup>4</sup>*)

ciorum iuuenum per turbam uadens, in uincula duci iubet. Iam circa Iciliū non solum multitudo sed duces quoque 3 multitudinis erant, L. Valerius et M. Horatius, qui repulso lictore, si iure ageret, uindicare se a priuato Iciliū aiebant; si uim adferre conaretur, ibi quoque haud impares fore. Hinc atrox rixa oritur. Valerium Horatiumque lictor de- 4 cemuiri inuadit: franguntur a multitudine fasces. In con- tione Appius escendit: sequuntur Horatius Valeriusque. Eos contio audit: decemuīro obstrepitur. Iam pro imperio 5 Valerius discedere a priuato lictores iubebat, cum fractis animis Appius, uitae metuens, in domum se propinquam foro insciis aduersariis capite obuoluto recipit. Sp. Oppius, 6 ut auxilio collegae esset, in forum ex altera parte inrumpit. Videl imperium ui uictum. Agitatus deinde consiliis ad quae ex omni parte adsentiendo multis auctoribus trepidauerat, senatum postremo uocari iussit. Ea res, quod magnae 7 parti patrum displicere acta decemuīrorum uidebantur, spe per senatum finiendae potestatis eius multitudinem sedauit. Senatus nec plebem inritandam censuit et multo magis pro- 8 uidendum ne quid Vergini aduentus in exercitu motus face- ret. Itaque missi iuniores patrum in castra, quae tum in 50 monte Vecilio erant, nuntiant decemuīris ut omni ope ab seditione milites contineant

Ibi Verginius maiorem quam reliquerat in urbe motum 2 exciuit. Nam praeterquam quod agmine prope quadringen-

49 2 uincula *MPFU<sub>p</sub>HRnDL*: uincla *O*, fort. recte; cf. 4. 26. 9 *adn.*

3 aiebant *M<sup>1</sup>F<sup>3</sup>UpO<sup>1</sup>D<sup>3</sup>*: aiebat *M*: agebant *PBOHD*: agebat *RnL* conaretur *UpOH* dett. aliq. *Ed. Rom.* 1470: conarentur *MPFBRnDL* dett. aliq. *Ald.* quoque *Vorm?* *M* dett. duo: quoque se *PF<sup>3</sup>UpBOHRnDL*, fort. recte fore *P<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BOHRnDL*: foro *P* (*ut uidetur*): om. *M* 4 escendit *PM<sup>2</sup>*: aescendit *M*: ascendet *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHRnDL* 5 metuens *FU<sub>p</sub>BOHRnDL*: add. manu- festum glossema Appius fugit *M* (Appius fugit *P*) recipit *MPFB O<sup>1</sup>HRnDL*: recepit *UpO* 6 inrumpit *MP<sup>2</sup>BOD<sup>4</sup>*: irrumpit *F*: inrumpet *P*: irrupt *H*: rumpit *RnD?L* Videt *PFU<sub>p</sub>BOH RnDL*: uidit *M* ad quae *Stroth*: atque *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*, quod tutatur *Luterb.* post trepidauerat interpungens

50 2 Ibi *MF<sup>3</sup>* *Ed. Rom.* 1470: ubi *PFU<sub>p</sub>BOHRnD*

torum hominum ueniens, qui ab urbe indignitate rei accensi  
 3 comites ei se dederant, conspectus est, strictum etiam telum  
 respersusque ipse cruore tota in se castra conuertit. Et  
 togae multifariam in castris uisae maioris aliquanto quam  
 4 erat speciem urbanae multitudinis fecerant. Quaerentibus  
 quid rei esset, flens diu uocem non misit ; tandem, ut iam  
 ex trepidatione concurrentium turba constitit ac silentium  
 5 fuit, ordine cuncta, ut gesta erant, exposuit. Supinas deinde  
 tendens manus, commilitones appellans orabat ne quod  
 scelus Ap. Claudi esset sibi attribuerent neu se ut parrici-  
 6 dam liberum auersarentur. sibi uitam filiae sua cariorem  
 fuisse, si liberae ac pudicae uiuere licitum fuisset : cum  
 uelut seruam ad stuprum rapi uideret, morte amitti melius  
 ratum quam contumelia liberos, misericordia se in speciem  
 7 crudelitatis lapsum ; nec superstitem filiae futurum fuisse,  
 nisi spem ulciscendae mortis eius in auxilio commilitonum  
 habuisset. illis quoque filias sorores coniugesque esse, nec  
 cum filia sua libidinem Ap. Claudi extinctam esse, sed quo  
 8 impunitior sit eo effrenatiorem fore. aliena calamitate docu-  
 mentum datum illis cauendae similis iniuriae. quod ad se  
 attineat, uxorem sibi fato ereptam, filiam, quia non ultra pu-  
 dica uictura fuerit, miseram sed honestam mortem occubuis-  
 9 se ; non esse iam Appi libidini locum in domo sua : ab alia  
 uiolentia eius eodem se animo suum corpus uindicaturum  
 quo uindicauerit filiae : ceteri sibi ac liberis suis consulerent.  
 10 Haec Verginio uociferanti suclamabat multitudo nec  
 illius dolori nec suae libertati se defuturos. Et immixti

6 filiae sua dett. aliq. Ed. Rom. 1469 : filiae suae MPFU<sup>p</sup>BOH  
*RnDL* liberae ac pudicae Ed. Frob. 1535, Gron. : libere ac pu-  
 dicae F dett. unus : libere ac pudice MPFU<sup>p</sup>BOHRnDL Ald. : libere ac  
 pudicem 'lectio uetus' Rhenan., unde ipse libere ac pudicam (cf. cum  
 Drak. 2. 30. 12) 7 nec PFUpBO Ed. Rom. 1469 : nec se MHRn  
 DL dett. aliq. Ald., sed cf. c. 49. 3 illis quoque F<sup>3</sup>UpBO Ed. Rom.  
 1469 : illis quoque enim MPFHDL Ald. : illis enim quoque Rn  
 8 miseram sed honestam mortem MPFU<sup>p</sup>BOHRnD<sup>x</sup>L (nisi quod  
 honestam O<sup>1</sup>: honestate O ; et morte P<sup>2</sup>: mortem P<sup>2</sup> habent) : misera  
 sed honesta morte M<sup>2</sup>D 10 immixti UpOH : inmixti F<sup>3</sup> :  
 inmixtae MPRnD : inmixte FB : inmixtae L

turbae militum togati, eadem illa querendo docendoque quanto uisa quam audita indigniora potuerint uideri, simul profligatam iam rem nuntiando Romae esse, insecuris qui 11 Appium prope interemptum in exsiliū abisse dicerent, perpulerunt ut ad arma conclamaretur uellerentque signa et Romam proficiscerentur. Decemuiri simul iis quae uide- 12 bant iisque quae acta Romae audierant perturbati, aliis in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt. Et leniter agentibus responsum non redditur : imperium si quis inhiberet, et uiros et armatos se esse respondetur. Eunt agmine ad urbem et Auentinum insidunt, ut quisque 13 occurrerat plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos plebis adhortantes. Alia uox nulla uiolenta auditā est. Senatum Sp. Oppius habet. Nihil placet aspere agi ; 14 quippe ab ipsis datum locum seditioñi esse. Mittuntur tres 15 legati consulares, Sp. Tarpeius C. Iulius P. Sulpicius, qui quaererent senatus uerbis cuius iussu castra deseruissent aut quid sibi uellent qui armati Auentinum obsedissent belloque auero ab hostibus patriam suam cepissent. Non defuit 16 quod responderetur : deerat qui daret responsum, nullodum certo duce nec satis audentibus singulis inuidiae se offerre. Id modo a multitudine conclamatum est ut L. Valerium et M. Horatium ad se mitterent : his se datus responsum.

10 eadem dett. aliq. : cum eadem *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* quod tutatur Gron. : simul eadem Zingerle; cf. I. 6. 4; I. 35. 3; I. 41. 7; 3. 27. 1; 5. 27. 2; 6. 14. 11, cum adm. nostris potuerint *MPFU<sub>p</sub>BHRnDL* : potuerunt O: oportuerit Madv. 11 inse- cutis Walters (*Alscheskio praeente*) : insecurosque *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : insecurique dett. unus Appium *MPFBOHRnDL* : Iciliū *Up*, more suo 12 Et leniter dett. aliq.? Ed. Rom. 1469 Ald. : et leuiter *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (cf. I. 34. 8) : Sed leniter Madv. 13 -tinum insidunt his litteris rursus inc. Ver. uiolenta Ver. *MPORnDL* : uiolentia *FUpBH* 14 seditioñi *Glarea- nus*, Ver. (cf. 5. 18. 3) : seditioñis *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (sed in M et D -s fort. postea additum ab M<sup>1</sup>D<sup>1</sup>) 15 obsedissent Ver. *MPFU<sub>p</sub>B ORnDL* : insidunt H, ex § 13 ut monet Walters 16 Non defuit *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (in L in fine lin.) : defit Ver. : on defuit M : N in margine adstat ab M<sup>1</sup> additum sed non sic ut cum on cohaereat quod Ver. : quid *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>4</sup>* : quid non H : qui RnDL his se *MHRnDL* : iis se *PFBO* : defit Ver.

51 Dimissis legatis, admonet milites Verginius in re non maxima paulo ante trepidatum esse, quia sine capite multitudine fuerit, responsumque, quamquam non inutiliter, fortuito  
 2 tamen magis consensu quam communi consilio esse ; placere decem creari qui summae rei praeessent militarique honore  
 3 tribunos militum appellari. Cum ad eum ipsum primum is  
 honos deferretur, ‘ Melioribus meis uestrisque rebus reser-  
 4 uate ’ inquit, ‘ ista de me iudicia. Nec mihi filia inulta  
 honorem ullum iucundum esse patitur, nec in perturbata re  
 publica eos utile est praeesse uobis qui proximi inuidiae  
 5 sint. Si quis usus mei est, nihilo minor ex priuato capietur.’  
 6 Ita decem numero tribunos militares creant.

7 Neque in Sabinis quieuit exercitus. Ibi quoque auctore  
 Icilio Numitorioque secessio ab decemuiris facta est, non  
 minore motu animorum Sicci caedis memoria renouata quam  
 quem noua fama de uirgine adeo foede ad libidinem petita  
 8 accenderat. Icilius ubi audiuit tribunos militum in Auentino  
 creatos, ne comitorum militarium praerogatiuam urbana  
 9 comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur, peritus

51 1 fuerit *MF<sup>3</sup>OHRnDL Edd. uet.* : fuerint *PFB* : defit *Ver.*, sed  
 spati ratio *Mediceanae lectioni* fauet, uel etiam breuiori alicui (ut fuit?)  
 responsusque *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BOH* : om. -que *RDL* dett.      2 rei  
 praeesSENT *Edd. uet.* : . . . i praeesSENT *Ver.* : reip (i.e. reipublicae)  
 praeesSENT *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL*      appellari *Ed. Frob. 1531* : defit *Ver.* :  
 appellaRE *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* (sed in *M* littera -e singularem formam  
 habet ; ipsa quidem non ex -i mutata est, sed uidetur ad amussim facta  
 in similitudinem -i litterae sic mutatae in exemplari ; uide sis adn. ad  
 1. 9. 14      4 inulta *Ver.* dett. aliq. *Edd. uet.* : inuita *MPFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnDL*      iucundum *MPFBOH Edd. uet.* : defit *Ver.* : iocundum *F<sup>3</sup>*  
*UpDL* dett.      7 quieuit *MPF<sup>3</sup>UpBORnD<sup>3</sup>* in ras. : quieū *F* (i.e.  
 qui eum (*sed fort. uoluit scriba quieuit*)) : qui fuit *Ver.* : qui et iit *L* :  
 qui *H* [decemuiris] -uiris . . . renouata desunt in *H*  
 renouata *Ver. Vorm. MPFU<sub>p</sub>BO Edd. uet.* : reuocata *RnDL* dett. aliq.  
 quam quem *Vorm.* : quamque *Ver.* *MBHRnDL* : quam quae  
*PFU<sub>p</sub>O* accenderat *Vorm. HDL* : . . . nderat *Ver.* : acci  
 accenderat *M* : acciderat *PFU<sub>p</sub><sup>2</sup>BO* : fama acciderat *Up*      8 ne  
*Ver. MOHRnDL* : ae *PB* : e *Up* : et *Up<sup>2</sup>* : ut *F<sup>3</sup>*      praerogatiuam  
*MF<sup>3</sup>O Edd. uet.* : praeroga . . . m *Ver.* : praerogatiuam *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>PF*  
*UpBRnDL* : prorogatiuam *H*      urbana *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL* :  
 urbanam *Ver. M*

rerum popularium imminensque ei potestati et ipse, prius quam iretur ad urbem, pari potestate eundem numerum ab suis creandum curat. Porta Collina urbem intrauere sub 10 signis, mediaque urbe agmine in Auentinum pergunt. Ibi coniuncti alteri exercitui uiginti tribunis militum negotium dederunt ut ex suo numero duos crearent qui summae rerum praeessent. M. Oppium Sex. Manilium creant. 11

Patres solliciti de summa rerum cum senatus cottidie esset iurgiis saepius terunt tempus quam consiliis. Sicci caedes 12 decemuiris et Appiana libido et dedecora militiae obiciebantur. Placebat Valerium Horatiumque ire in Auentinum. Illi negabant se aliter ituros quam si decemuiriri deponerent insignia magistratus eius quo anno iam ante abissent. De- 13 cemuiriri querentes se in ordinem cogi, non ante quam per latis legibus quarum causa creati essent deposituros imperium se aiebant.

Per M. Duillium qui tribunus plebis fuerat certior facta 52 plebs contentionibus adsiduis nihil transigi, in Sacrum montem ex Auentino transit, adfirmante Duillio non prius quam 2 deserit urbem uideant curam in animos patrum descensuram; admonitorum Sacrum montem constantiae plebis scituros qua sine restituta potestate redigi in concordiam res ne-

9 imminensque ei *Rhenan.* : *defit Ver.* : imminensque et *MPFU<sub>p</sub>B* (*sed hic inm.-*) *RnDL* ‘*antiqua lectio*’ *Rhenan.* : imminensque *OH* dett. *aliq.* 10 Porta Collina *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>* *Edd.* *uet.* (*sed potest in M* primo collinā scriptum fuisse) : . . . rtam collina *Ver.* : p portam collina *RnDL* : per portam collinam *Rn<sup>2</sup>* agmine *MPFU<sub>p</sub>BOHRn* *DL* : . . . entia agmine *Ver.* : . . . enti agmine *Ver.<sup>1</sup>* : *unde* ingenti agmine *Mommsen* : silenti agmine *Wodrig* : *si Veronensi confidendum* esset, *Mommsenii conjectura optima uidetur* 13 se aiebant *PFU<sub>p</sub>B* *OHRnD<sup>x</sup>* : se alebant *M* : se agebant *DL* : aiebant *Ver.* (*fort. recte, cf. c. 50. 7*) qui hinc *defit usque ad c. 56.* 11

52 1 Duillium *F<sup>3</sup>* *Edd.* *uet.* (*cf. adn. ad 2. 58. 2*) : duilium *MPU<sub>p</sub>OHRnDL* : dilulum *B* : diluum *B<sup>1</sup>* 2 Duillio *F<sup>3</sup>O* *Edd.* *uet.* : duellio *Vorm.* : duilio *PUpRn* : c. duilio *MF? BHD<sub>L</sub>* scituros qua *scripsi* (*cf. 2. 23. 11*) *praeente Madvigio* (*qui* sciturosque qua *dedit conferens e.g. 5. 4. 4*) : sciturosque sine *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRn* *DL* (*sed in RnL -quae*) : scituros quod sine *dett. unus Edd. uet. Ald.* nequeant *MPF<sup>3</sup>U<sub>p</sub>BO<sup>1</sup>HRnDL* *dett. Edd. uet.* (*in PL* neque autui

3 queant. Via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti castra in monte Sacro locauere, modestiam patrum suorum nihil uiolando imitati. Secuta exercitum plebs, nullo qui per aetatem ire posset retractante. Prosequuntur coniuges liberique, cuinam se relinquenter in ea urbe in qua nec pudicitia nec libertas sancta esset miserabiliter rogiantes.

5 Cum uasta Romae omnia insueta solitudo fecisset, in foro praeter paucos seniorum nemo esset, uocatis utique in senatum patribus desertum apparuisset forum, plures iam quam 6 Horatius ac Valerius uociferabantur: 'Quid exspectabis, patres conscripti? Si decemuiri finem pertinaciae non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis? Quod autem istud imperium est, decemuiri, quod amplexi tenetis? Tectis 7 ac parietibus iura dicturi estis? Non pudef lictorum uestrorum maiorem prope numerum in foro conspicisci quam togatorum aliorum? Quid si hostes ad urbem ueniant facturi estis? Quid si plebs mox, ubi parum secessione moueamur, armata ueniat? Occasione urbis uoltis finire imperium? 8 Atqui aut plebs non est habenda aut habendi sunt tribuni plebis. Nos citius caruerimus patriciis magistratibus quam 9 illi plebeis. Nouam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant deside-

anomentana: *diuisit P<sup>2</sup>*): queant *O*: nequeat *dett. unus*: *quid F habuerit discernere nequeo*. *Inter alias conjecturas citari debent*: sciturosque nisi . . . nequire *Alschefski*: sciturosque quam sine . . . nequeant *Rhenan.*: sciturosqua restituta . . . queant *Luterb.*: sciturosque sine restituta potestate tribunicia (*hanc uocem addebat Gron.*) . . . resne queant *Harant* 3 *Ficulensi Ed. Rom. 1469* (*cf. Ficulea 1. 38. 4*): *ficolensi O*: *figulensi PFUpBHDL*: *figulensi figulensi M*: *figulensi Rn* 5 *plures dett. Ed. Rom. 1470 Ald.*: *pluresque MP FUUpBOHRnDL* (*cf. c. 43. 6*): *excidisse aliquid* (*ut plures (ferociores) -que) uolt Weissensb.* 6 *Quod autem MHRnDL*: *quid autem O*: *quod lr P*: *quid hoc Up* (*ubi lr et hoc ex male intellecto compendio lc = autem nata sunt; cf. 1. 39. 1 adn.*): *quod FB* 7 *in foro MPFUUpBORnDL*: *.c. in foro H* *aliorum Ed. Frob. 1531*: *aliorumque MP FUUpBOHRnDL* (*uix recte, quamquam Alschefskius ad mulieres liberosque (\$ 4) refert*) 7 *moueamur HDL dett. duo Ed. Rom. 1469 Ald.*: *moueatur Vorm. MPFUUpBRn*: *moueantur O* 8 *plebs MPFUUpBO HL*: *plebes RnD* 9 *ne nunc MPFUUpBOHRnDL Edd. uet. optime, cf. e.g. Sall. Cat. 11. 8, Cic. Fam. 9. 26. 2*: *nendum nunc Novák: nunc H. J. Mueller, Ursinum infeliciter secutus*

rium, cum praesertim nec nos temperemus imperiis, quo minus illi auxilii egeant.' Cum haec ex omni parte iactarentur, uicti consensu decemuiri futuros se, quando ita uideatur, in potestate patrum adfirmant. Id modo simul orant ac monent ut ipsis ab inuidia caueatur nec suo sanguine ad supplicia patrum plebem adsuefiant.

Tum Valerius Horatiusque missi ad plebem condicionibus 53 quibus uideretur reuocandam componendasque res, decemuiris quoque ab ira et impetu multitudinis praecauere iubentur. Profecti gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur, 2 quippe liberatores haud dubie et motus initio et exitu rei. Ob haec iis aduentibus gratiae actae; Icilius pro multitudine uerba facit. Idem, cum de condicionibus ageretur, 3 quaerentibus legatis quae postulata plebis essent, composito iam ante aduentum legatorum consilio ea postulauit ut appareret in aequitate rerum plus quam in armis reponi spei. Potestatem enim tribuniciam prouocationemque repetebant, 4 quae ante decemuiri creatos auxilia plebis fuerant, et ne cui fraudi esset concisse milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem. De decemuirorum modo sup- 5 plico atrox postulatum fuit; dedi quippe eos aequum censemebant uiuosque igni concrematuros minabantur. Legati ad 6 ea: 'Quae consilii fuerunt adeo aequa postulastis ut ultro uobis deferenda fuerint; libertati enim ea praesidia petitis, non licentiae ad impugnandos alios. Irae uestrae magis 7 ignoscendum quam indulgendum est, quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis et prius paene quam ipsi

53 1 Tum *Vorm. MPFU<sub>p</sub>B<sup>x</sup>OH*: tunc *B<sup>1</sup>RnDL Ald.* Valerius Horatiusque *Vorm. M* (sed *Orat-*) *PF<sup>3</sup>UpB? OD<sup>4</sup>*: *praefigit c B?* : *om.* -que *F? HDL* : *ualerius et oratus Rn dett. unus* : horatius ualeriusque *dett. plures* 2 et exitu *PFU<sub>p</sub>BHRnDL dett.* : et eitu *O* : exitu *Vorm. M* (sed in *M* spatium reliquit scriba notulis minutis infra additis eodem quo cetera atramento) haec iis *Edd. uet. Ald.* : haec his *MP FU<sub>p</sub>BOH*: haec *RnDL* 3 ea postulauit *PFU<sub>p</sub>RnL*: expostulauit *O dett. unus* : exapostulauit *M* : al (uel ul i.e. uel) ex ea postulauit *H* 4. concisse *M Ed. Venet. 1495* : concisse *PFU<sub>p</sub>BOHRnDL Edd. uet.* 6 postulastis *MPU<sub>p</sub>BORnDL* : postulatis *FH dett.*

8 liberi sitis dominari iam in aduersarios uoltis. Nunquamne quiescat ciuitas nostra a suppliciis aut patrum in plebem Romanam aut plebis in patres? Scuto uobis magis quam 9 gladio opus est. Satis superque humili est, qui iure aequo 10 in ciuitate uiuit, nec inferendo iniuriam nec patiendo. Etiam si quando metuendos uos praebituri estis, cum reciperatis 11 magistratibus legibusque uestris iudicia penes uos erunt de capite nostro fortunisque, tunc ut quaeque causa erit sta-  
**54** tuetis: nunc libertatem repeti satis est.' Facerent ut uellent permittentibus cunctis, mox reddituros se legati rebus per- 2 fectis adfirmant. Profecti cum mandata plebis patribus exposuissent, alii decemuiri, quando quidem praeter spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud quicquam 3 abnuere: Appius truci ingenio et inuidia praecipua odium in se aliorum suo in eos metiens odio, 'Haud ignaro' inquit, 4 'imminet fortuna. Video donec arma aduersariis tradantur differri aduersus nos certamen. Dandus inuidiae est sanguis. Nihil ne ego quidem moror quo minus decemuiratu abeam.'  
 5 Factum senatus consultum ut decemuiri se primo quoque tempore magistratu abdicarent, Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet; et ne cui fraudi esset secessio militum plebisque.

6 His senatus consultis perfectis dimisso senatu, decemuiri prodeunt in contionem abdicantque se magistratu, ingenti 7 hominum laetitia. Nuntiantur haec plebi. Legatos quidquid in urbe hominum supererat prosequitur. Huic multitudini laeta alia turba ex castris occurrit. Congratulanter liber-

8 quiescat *Rn<sup>2</sup>* Ed. *Parm.* 1480 *Ald.*: quiescit *M* (*signum dubium fideliter imitatus, ut solet, cf. e.g. c. 51. 2*): quiescit *PFUpBOHRnDL* (*uix recte*) 9 humili *PD?*: humili *MFUpBOHRnD<sup>3</sup>L* (-s ē *D<sup>3</sup>* in *ras.*) 10 reciperatis *MPFBH* (*vide sis adn. ad 1. 12. 1*): rece- 11 peratis *RnDL*: recuperatis *M<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpOD<sup>2</sup>* penes uos *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup> UpOHD<sup>x</sup>*: penes suos *MPFBnDL* nunc *MP<sup>2</sup>FUpBOH*: non *P*  
**54** 2 spem *MOHRnDL* dett.: spes *PFUpB* 4 decemuiratu *F<sup>3</sup>HD<sup>x</sup>*: decemuiratum *MPFUpBORnDL* (*unde habeam pro abeam dett. unus*) 5 decemuiri se ... dimisso senatu *om. H* militum *MORnDL*: militis *PFUpB* plebisque *ORn*: tr. plebisque *MPFUp BD<sup>1</sup> in ras. L* (*sed tr. PL L: add. -bisque L<sup>1</sup>*)

tatem concordiamque ciuitati restitutam. Legati pro con- 8  
tione : ‘Quod bonum faustum felixque sit uobis reique  
publicae, redite in patriam ad penates coniuges liberosque  
uestros ; sed qua hic modestia fuistis, ubi nullius ager in  
tot rerum usu necessario tantae multititudini est uiolatus, eam  
modestiam ferte in urbem. In Auentinum ite, unde profecti 9  
estis ; ibi felici loco, ubi prima initia incohastis libertatis  
uestrae, tribunos plebi creabitis. Praesto erit pontifex  
maximus qui comitia habeat.’ Ingens adsensus alacritasque 10  
cuncta adprobantium fuit. Conuellunt inde signa pro-  
fectique Romam certant cum obuiis gaudio. Armati per  
urbem silentio in Auentinum perueniunt. Ibi extemplo 11  
pontifice maximo comitia habente tribunos plebis creauerunt,  
omnium primum L. Verginium, inde L. Icilium et P. Numi-  
torium, auunculum Verginia, auctores secessionis, tum C. 12  
Sicinium, progeniem eius quem primum tribunum plebis  
creatum in Sacro monte proditum memoriae est, et M. Duil-  
lium, qui tribunatum insignem ante decemuinos creatos  
gesserat nec in decemuiralibus certaminibus plebi defuerat.

<sup>7</sup> ciuitati *MF<sup>3</sup>UpORnDL* : add. 1 (*uel simile quid*) *H* : ciuitate  
*PFB* <sup>8</sup> pro contione. Quod *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* : procontionantur  
quod *O* : pro contione onantur quod *H* <sup>9</sup> ibi felici loco ubi *PF*  
*UpBOHRnDL* : ubi felici loco ubi *M?* (*ut uidetur*) : ibi felici loco ibi  
*M<sup>1</sup>* plebi *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDL* : plebis *dett. aliq.* <sup>10</sup> conuellunt  
*Vorm.* *marg.* *P<sup>2</sup>* *marg.* *O Ed. Rom.* 1469 : conuertunt *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>*  
*BHDL Ald.* <sup>11</sup> tribunos plebis . . . quem primum *om.* *H* <sup>L.</sup>  
*Verginium Sigon.* *ex 3. 44. 2 et 58. 5* : aulum uerginium *MPFU<sub>p</sub>BORN*  
*DL* *Verginia D?* *Sabellicus* (*cf. c. 46. 5*) : uergini (*uel -ii*) *M<sup>1</sup> uel*  
*M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BORN<sup>D</sup>L*. *In M erasa esse uidetur* lineola paene horizontalis  
et puncto terminata quae -i in uergini cum a- in auctores coniungebat ;  
ante oculos scriba, ut credo, habuit rasuram -e litterae cum longa lingula  
(-e) quae ipsa rasura superfuit auctores *MORnDL* : auctores et  
*PFB* (*et ex -e littera in Verginia primo deleta mox in margine uel*  
*supra addita natum esse acute coniecit Alscheskius*) : auctoris *Up*  
<sup>12</sup> progeniem *F<sup>3</sup>UpRn* : progenie *dett. unus quod et coniecit Rhenan.* :  
progenies ‘scriptura uetus’ *Rhenan.* *MPBODL* : progenie *C* (*uel*  
*simile quid*) *F* memoriae est *MPUpOH* : memoria est *FBD<sup>x</sup>* :  
memoriae *Rn* : memoriā esse *D* : memoria esse *L* *Duillium MP*  
*F<sup>3</sup>HRnDL* : due . . . *F?* : duilium *BO* : duilium *Up* (*cf. 2. 58. 2*  
*adn.*) qui *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>4</sup>* : *om. RnDL*

13 Spe deinde magis quam meritis electi M. Titinius M.  
 14 Pomponius C. Apronius P. Villius C. Oppius. Tribunatu  
 inito L. Icilius extempsit plebem rogauit et plebs sciuit ne  
 15 cui fraudi esset secessio ab decemuiris facta. Confestim de  
 consulibus creandis cum prouocatione M. Duillius rogationem  
 pertulit. Ea omnia in pratis Flaminii concilio plebis acta,  
 quem nunc circum Flaminium appellant.

55 Per interregem deinde consules creati L. Valerius M.  
 Horatius, qui extempsit magistratum occiperunt. Quorum  
 consulatus popularis sine ulla patrum iniuria nec sine offen-  
 sione fuit; quidquid enim libertati plebis caueretur, id suis  
 3 decadere opibus credebant. Omnium primum, cum uelut  
 in controuerso iure esset tenerenturne patres plebi scitis,  
 legem centuriatis comitiis tulere ut quod tributum plebes  
 iussisset populum teneret; qua lege tribuniciis rogationibus  
 4 telum acerrimum datum est. Aliam deinde consularem  
 legem de prouocatione, unicum praesidium libertatis, decem-  
 uirali potestate euersam, non restituunt modo, sed etiam in  
 5 posterum muniunt sanciendo nouam legem, ne quis ullum  
 magistratum sine prouocatione crearet; qui creasset, eum  
 ius fasque esset occidi, neue ea caedes capitalis noxae  
 6 haberetur. Et cum plebem hinc prouocatione, hinc tribu-  
 nicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis, ut sacro-  
 sancti uiderentur, cuius rei prope iam memoria aboleuerat,

13 P. Villius *Sigon.* (*Sabinis tantum proprium esse cognomen Appium recte monens*): appius uillius *MPFU<sub>p</sub>BOH* (*sed in M -pius extra lineam stat*): appius esilius *RnDL* C. Oppius *MD* (*coppius scriptum*): copius *O* : gopius *PFB* : g. opius *Up* : soppius *HRnL*  
 15 Duillius *MPF* (*clare hic*) *UpHRnDL*: duilius *BO* quem *MPF UpBOD* : quam *HRnL*

55 3 cum uelut *MDL*: cum uelud *H* (*i. e. uelud H, uelut H<sup>1</sup>*): cum  
 ueluti *PFU<sub>p</sub>BO* : uelut *Rn* plebi *MPFB<sup>1</sup>OH RnDL*: plebis *Up*:  
 plebe *B* tulere *MPFU<sub>p</sub>BORnDL*: rogationibus *H* plebes *F<sup>3</sup>O*:  
 plebis *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BRnDL*: plebe *H* 4 restituunt *MOHRnDL*:  
 resistunt *PFU<sub>p</sub>B* posterum *MPFU<sub>p</sub>BOH*: postremum *RnDL*  
 5 qui creasset *OH*: quis creasset *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* noxae *MHRnL*  
*dett. Ed. Rom. 1469*: noxe *F<sup>3</sup>D*: noxae *PFU<sub>p</sub>BO* 6 ipsis quoque  
 tribunis] his uocibus incipit codex Agenensis (*A*) de quo uide sis prae-  
 fationem nostram, § 29

relatis quibusdam ex magno interuallo caerimoniis renouarunt, et cum religione inuiolatos eos, tum lege etiam fecerunt, 7 sanciendo ut qui tribunis plebis aedilibus iudicibus decemuiris nocuissest, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad aedem Cereris Liberi Liberaeque uenum iret.

Hac lege iuris interpretes negant quemquam sacrosanctum 8 esse, sed eum qui eorum cui nocuerit Ioui sacrum sanciri ; itaque aedilem preendi ducique a maioribus magistratibus, 9 quod, etsi non iure fiat—noceri enim ei cui hac lege non liceat—tamen argumentum esse non haberi pro sacrosancto aedilem ; tribunos uetere iure iurando plebis, cum primum 10 eam potestatem creauit, sacrosanctos esse. Fuere qui interpretarentur eadem hac Horatia lege consulibus quoque et praetoribus, quia eisdem auspiciis quibus consules crearentur, cautum esse : iudicem enim consulem appellari. Quae 12 refellitur interpretatio, quod iis temporibus nondum consulem iudicem sed praetorem appellari mos fuerit.

Hae consulares leges fuere. Institutum etiam ab iisdem 13

8 lege iuris *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>* : iuris lege *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>A* : iuris legem *RnDL* : in *M* notae transpositionis eodem, ut uidetur, atramento, sed leuiore ductu scriptae : fort. iuris secludendum erit ut glossema eum qui eorum *Rhenan.*, *O* : eum qui eoum *A* : eum qui deorum *Vorm.* *MFU<sub>p</sub>BO<sup>1</sup>RnD Edd.* uet. *Ald.* (sed fort. cum qui deorum *M*, eum qui deorum *M<sup>2</sup>*) : eum quid eorum *PHL* : eum quid eum *A<sup>2</sup>* : cum qui deorum dett. *unus* : cum quis eorum *Douyat* : eius qui eorum *Gron.* cui dett. *duo Gron.* : cuiquam cui *FB* : quecui *P* : cuiquem *MP<sup>2</sup>* : cuiquam *UpD<sup>4</sup>* ut secundam lectionem dett. *aliquis Edd.* uet. *Ald.* : quem *OHRnDLA* dett. *aliquis*. (sed in *A* quē scriptum pro quē) : quemquam dett. *unus Edd.* uet. *aliquis* : cuipiam *Madv.* Ioui sacrum *H. J. Mueller* : id sacrum *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>* : id ad sacrum *DLA* dett. *unus Ald.* : ideo sacrum *dubitanter Drak.* : sacrum *Rhenan.* *Sensum, ut credimus, recte ostendit Muelleri coniectura, sed in loco diffili hanc unam et solam corruptelam esse adfirmare uix audemus* 9 cui *Vorm.* ? *MPFU<sub>p</sub>BOH* : cum *RnDLA* hac *Vorm.* ? *PUpO HRnDLA* : haec *M* : ac (cum legem pro lege) *FB* sacrosancto *PFU<sub>p</sub>BOHDA* dett. *Edd.* uet. *Ald.* : sacro sanctoque *MRnDL* 10 uetere *Edd.* uet. *aliquis* : ueteres *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* *Ald.* ; *discri-*  
men est inter poenam hac lege institutam iudicioque exsequendam et poenam instantem si quis tribunum pl. uiolasset quam plebeii se ipsos a uiolatore exacturos esse olim se iure iurando obstrinxerant 12 fuerit *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHRnDLA* : fuerat *P* 13 Hae *UpOD<sup>x</sup>* : haec *MPFB HRnDLA*

consulibus ut senatus consulta in aedem Cereris ad aediles plebis deferrentur, quae antea arbitrio consulum supprime-  
 14 bantur uitiabanturque. M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogauit plebesque sciuit qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine prouocatione creasset,  
 15 tergo ac capite puniretur. Haec omnia ut inuitis, ita non aduersantibus patriciis transacta, quia nondum in quemquam unum saeuiebatur.

**56** Fundata deinde et potestate tribunicia et plebis libertate, tum tribuni adgredi singulos tutum maturumque iam rati, accusatorem primum Verginium et Appium reum diligunt.  
 2 Cum diem Appio Verginius dixisset et Appius stipatus patriciis iuuenibus in forum descendisset, redintegrata extemplo est omnibus memoria foedissimae potestatis, cum  
 3 ipsum satellitesque eius uidissent. Tum Verginius 'Oratio' inquit, 'rebus dubiis inuenta est; itaque neque ego accusando apud uos eum tempus teram, a cuius crudelitate uosmet ipsi armis uindicastis, nec istum ad cetera scelera  
 4 impudentiam in defendendo se adicere patiar. Omnia igitur tibi, Appi Claudi, quae impie nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio. Vnius tantum criminis nisi iudicem dices, te ab libertate in seruitutem contra leges  
 5 uindicias non dedisse, in uincla te duci iubebo.' Nec in tribunicio auxilio Appius nec in iudicio populi ullam spem habebat; tamen et tribunos appellauit et, nullo morante

<sup>13</sup> deferrentur *MFORnDL*: deferentur *A*: defferentur *P*: defferentur *P<sup>2</sup>B*: differrentur *UpH* antea *MOHRnDLA*: ante *PFUpB*  
 14 Duilius *MPRnDLA*: *Duilius FU<sub>p</sub>BO*; *uide sis adn. ad 2. 58. 2* magistratum *MOHRnDLA*: magistratus *PFUpB* creasset *Vorm.?* *OHD<sup>2</sup>A* *dett. Edd. Rom. 1469*: creassent *MPFU<sub>p</sub>BRnDL* tergo ac *M<sup>3</sup>OHnDA<sup>2</sup>*: tergo hac *L*: tergo a *A*: ergo ac *MPFB*: ergo *Up* puniretur *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: punirentur *Rn*

**56** <sup>2</sup> redintegrata *MP<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpORnDLA<sup>2</sup>*: sedintegrata *F?BH*: sedintegratae *P* <sup>4</sup> dices, te *MPFU<sub>p</sub>BORnDLA*: uindicias te *Vorm.*: dices *H* uincla *MPFBHRnDLA*: uincula *OUp* *dett. alig.* te duci *MHRnDLA*: deduci *PFUpBO* <sup>5</sup> habebat *PFUpBOHRnDLA*: habeat *M* tamen *Madv.*: attamen *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* *Edd. uet.*

arreptus a uiatore, ‘Prouoco’ inquit. Audita uox una uindex 6 libertatis, ex eo missa ore quo uindiciae nuper ab libertate dictae erant, silentium fecit. Et dum pro se quisque deos 7 tandem esse et non neglegere humana fremunt et superbiae crudelitatique etsi seras, non leues tamen uenire poenas— prouocare qui prouocationem sustulisset, et implorare pree- 8 sidiū populi qui omnia iura populi obtrisset, rapique in uincla egentem iure libertatis qui liberum corpus in seruitutein addixisset,—ipsius Appi inter contionis murmur fidem populi Romani implorantis uox audiebatur : maiorum merita in rem 9 publicam domi militiaeque commemorabat, suum infelix erga plebem Romanam studium, quo aequandarum legum causa cum maxima offensione patrum consulatu abisset, suas leges, quibus manentibus lator earum in uincla ducatur. ceterum 10 sua propria bona malaque, cum causae dicendae data facultas sit, tum se experturum ; in praesentia se communi iure ciuitatis ciuem Romanum die dicta postulare ut dicere liceat, ut iudicium populi Romani exp̄iri. non ita se inuidiam 11 pertimuisse, ut nihil in aequitate et misericordia ciuium suorum spei habeat. quod si indicta causa in uincla ducatur, iterum se tribunos plebei appellare et monere ne imitentur quos oderint. quod si tribuni eodem foedere obligatos se 12 fateantur tollendae appellationis in quod conspirasse decem-

6 dictae *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>5</sup>* marg. A : om. RnDL      7 neglegere *MP FU<sub>p</sub>HDA* : neglere BO : negligere *RnL* : negligere *F<sup>3</sup>Rn<sup>2</sup>D<sup>3</sup>A<sup>3</sup>* dett. aliq.      8 implorare *MF<sup>3</sup>U<sub>p</sub>ORnD<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* : imploraret *M<sup>2</sup>PFBHADL* uincla hic et in § 9 *MPFBOHRnDLA* : uincula hic, uincla in § 9 *U<sub>p</sub> contionis PFBOHRnDLA* : contiones *MU<sub>p</sub>*      audiebatur *MPFU<sub>p</sub>B ORnDLA* : exaudiebatur *H*      9 quo aequandarum *D<sup>2</sup>L* : coae- quandarum (uel coeq-) *MPF<sup>3</sup>U<sub>p</sub>BHRnD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : de equandarum *F<sup>?</sup>* : coquandarum *A* : exequendarum *fragm. Haverk.*      in uincla uide supra      ducatur *PFU<sub>p</sub>BOHRnLA<sup>2</sup>* : ducitur *MDA* : in *F* ducatur cum ‘a aperto’ (cc) scriptum est quod *F<sup>3</sup>* in a mutauit      10 populi Romani (i.e. p̄. f̄. uel p̄r.) *PFU<sub>p</sub>BRnDA* : P.R. O : r. p̄. (i.e. reipub- licae) *MHL*      11 et misericordia] his uocibus rursus inc. Ver.      indicta causa Ver. *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOHD<sup>2</sup>A* : indictam causam *MDL* (scriba in dictam uidetur uoluisse)      uincla Ver. *MPFBOHDLA* : uincula *U<sub>p</sub>*      12 quod si Ver. *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>2</sup>A* : om. si *RnL*      appellationis Ver. : add. causa *MPF<sup>3</sup>U<sub>p</sub>BOHA* : add. causam *RnDL* (causa *D<sup>2</sup>*)      in quod *Crevier*, dett. unus (cod. *Carinth.*, teste *Zingerle*) : in

uiros criminati sint, at se prouocare ad populum, implorare leges de prouocatione et consulares et tribunicias, eo ipso 13 anno latus. quem enim prouocaturum, si hoc indemnato indicta causa non liceat? cui plebeio et humili praesidium in legibus fore, si Ap. Claudio non sit? se documento futurum utrum nouis legibus dominatio an libertas firmata sit, et appellatio prouocatioque aduersus iniuriam magistratum ostentata tantum inanibus litteris an uere data sit.

57 Contra ea Verginius unum Ap. Claudium et legum ex-  
2 pertem et ciuilis et humani foederis esse aiebat: respicerent tribunal homines, castellum omnium scelerum, ubi decemuir ille perpetuus, bonis, tergo, sanguini ciuium infestus, uirgas securesque omnibus minitans, deorum hominumque con-  
3 temptor, carnificibus, non lictoribus stipatus, iam ab rapi-  
nis et caedibus animo ad libidinem uerso uirginem inge-  
nuam in oculis populi Romani, uelut bello captam, ab com-  
plexu patris abreptam ministro cubiculi sui clienti dono  
4 dederit; ubi crudeli decreto nefandisque uindiciis dextram patris in filiam armauerit; ubi tollentes corpus semianime uirginis sponsum auumque in carcerem duci iusserit, stupro interpellato magis quam caede motus. et illi carcerem aedificatum esse quod domicilium plebis Romanae uocare  
5 sit solitus. proinde ut ille iterum ac saepius prouocet, sic se iterum ac saepius iudicem illi ferre ni uindicias ab libertate

quam Ver. *PFUpOHRnDLA*: in qua *BD<sup>x</sup>*: inquam in quā *M* sint  
Ver. *Vorm.*? *MPFUpBO<sup>1</sup>*(uel *O<sup>2</sup>*)*H*: sunt *ORnDLA* dett. *Ald.* at  
se *Iac. Gron.*: ait se *Ver. MPFUpBOHRnDLA* 13 nouis *M<sup>3</sup>PF*  
*UpBORnDLA*: nobis *Ver.*: niuis *H*: nūis *M* an libertas *MPF*  
*UpBOHRnDLA*: ac libertas *Ver.* aduersus *Ver. MOHRnDLA*: ei aduersus *PFUpB* litteris *MPFUpBOHRnDLA*: litteras *Ver.*

57 3 dono *Ver. Vorm. MPFUpBOHA*: add. uindiciis *Rn<sup>2</sup>* dett. unus :  
add. indiciis *RnDL* 4 semianime *Ver. MPFH<sup>A</sup>*: semianimae *UpB*  
*ORnDL* (sed *Up teste Frig., silente Häggstr.*) auumque *Ver. Vorm.*  
*MPF<sup>3</sup>UpBOHRnDLA*: auunculumque *Sabellicus Edd. uet. aliq. fort.*  
*recte (cf. cc. 45. 4 cum adn. ; 46. 5 ; 48. 7 ; 54. 11)* quod *Ver. MPFUp*  
*BOHD<sup>3</sup>A*: quo *RnDL* 5 proinde *Ver. OHRnDLA*: siro inde *M*  
(*fort. in rasura sed quid prius scriptum fuerit non liquet*): deinde *PF*  
*UpB* ferre ni *Ver.* dett. unus (*cod. Klock.*): ferrent *PFB*: ferre ut  
*Up*: ferre ne *MOHRnDLA* dett. uindicias *Ver. MUUpOHRnDLA*:  
indicias *PFB*

in seruitutem dederit ; si ad iudicem non eat, pro damnato in uincla duci iubere. Vt haud quoquam improbante, sic 6 magno motu animorum, cum tanti uiri suppicio suamet plebi iam nimia libertas uideretur, in carcerem est coniectus ; tribunus ei diem prodixit.

Inter haec ab Latinis et Hernicis legati gratulatum de 7 concordia patrum ac plebis Romam uenerunt, donumque ob eam Ioui optumo maximo coronam auream in Capitolium tulere parui ponderis, prout res haud opulentae erant colebanturque religiones pie magis quam magnifice. Iisdem 8 auctoribus cognitum est Aequos Volscosque summa ui bellum apparare. Itaque partiri prouincias consules iussi. 9 Horatio Sabini, Valerio Aequi euenero. Cum ad ea bella dilectum edixissent, fauore plebis non iuniores modo sed emeritis etiam stipendiis pars magna uoluntariorum ad nomina danda praesto fuere, eoque non copia modo sed genere etiam militum, ueteranis admixtis, firmior exercitus fuit. Priusquam urbe egrederentur, leges decemuirales, quibus 10 tabulis duodecim est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt. Sunt qui iussu tribunorum aediles functos eo ministerio scribant.

C. Claudius, qui perosus decemuirorum scelera et ante 58 omnes fratris filii superbiae infestus Regillum, antiquam in patriam, se contulerat, is magno iam natu cum ad pericula eius deprecanda redisset cuius uitia fugerat, sordidatus cum gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos orabatque

5 dederit Ver. *UpOHRnDLA* : dederint *MPFB* uincla *MPFB OHDLA* : uincula *Up* 6 suamet Ver. *Vorm?* *PRnD* : suā et *MFB LA*? : sua et *F<sup>2</sup>UpOHA*? (*sed in O* plebeia *pro* plebi iam) 7 ob dixit Ver. *MPFBOH* : produxit *Up* : praedixit *RnDLA* dett. eam *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* : ab ea Ver. optumo *MPFBHRnD* : otumo *A* : optimo *UpO* : obtimo *L* : in Ver. nomen I.O.M. scribitur maximo *MPFBOHRnDLA* : maximoque *Up* 8 apparare *MP<sup>2</sup>FB UpHRnD<sup>3</sup>LA* : apparere Ver. *POD* 9 euenero *MPFU<sub>p</sub>BHRnD LA* : uenere *O* : .uen. runt Ver. 10 urbe *PFUpB* : urbem Ver. *MOHRnDLA*, sed uide sis adn. ad 1. 29. 6 decemuirales quib] post haec defit Ver. usque ad c. 6o. 10

58 1 superbiae *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>A* : superbiam *RnD?* *L* clientibusque *MPFU<sub>p</sub>BORnDLA* : clientibus *H*

2 ne Claudiae genti eam inustam maculam uellent ut carcere et  
 uinculis uiderentur digni. uirum honoratissimae imaginis  
 futurum ad posteros, legum latorem conditoremque Romani  
 3 iuris, iacere uinctum inter fures nocturnos ac latrones. auer-  
 terent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque  
 animos, et potius unum tot Claudiis deprecantibus condon-  
 narent quam propter unius odium multorum preces asper-  
 4 narentur. se quoque id generi ac nomini dare nec cum eo  
 in gratiam redisse, cuius aduersae fortunae uelit succursum.  
 uirtute libertatem reciperatam esse: clementia concordiam  
 5 ordinum stabiliri posse. Erant quos moueret sua magis  
 pietate quam eius pro quo agebat causa; sed Verginius sui  
 potius ut misererentur orabat filiaeque, nec gentis Claudiae  
 regnum in plebem sortitae sed necessariorum Verginiae  
 trium tribunorum preces audirent, qui ad auxilium plebis  
 6 creati ipsi plebis fidem atque auxilium implorarent. Iustio-  
 res hae lacrimae uidebantur. Itaque spe incisa, priusquam  
 predicta dies adesset, Appius mortem sibi consciuit.

7 Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius, proximus  
 iniudiae, quod in urbe fuerat cum iniustae uindiciae a collega  
 8 dicerentur. Plus tamen facta iniuria Oppio quam non pro-  
 hibita iniudiae fecit. Testis productus, qui septem et uiginti  
 enumeratis stipendiis, octiens extra ordinem donatus donaque  
 ea gerens in conspectu populi, scissa ueste, tergum laceratum  
 uirgis ostendit, nihilum deprecans quin si quam suam noxam  
 9 reus dicere posset, priuatus iterum in se saeuiret. Oppius  
 quoque ductus in uincula est, et ante iudicij diem finem ibi  
 uitae fecit. Bona Claudi Oppique tribuni publicauere.  
 Collegae eorum exsilii causa solum uerterunt; bona publicata

<sup>2</sup> uirum *O<sup>3</sup>A<sup>3</sup>* dett. duo Ed. Rom. 1469: uerum *MPFUpBOHRnDLA*  
<sup>4</sup> generi *PFUpBOHRnDLA*: generis *M* ac nomini  
*MUpOHRnDA*: agnomini *PFB*: ac nomine *L* reciperatam] cf. 1.  
 12. 1: recuperatam *MPFBOHRnDLA*: recuperandam *Up* clementia  
*M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>UpOHRnD<sup>x</sup>A*: clementiam *MPFBDL* concordiam *MP*  
*FUpBOrnDLA*: concordia *H* 5 agebat *MPOHRnDL*: aiebat  
*P<sup>2</sup>FUpBA* causa *MPFUpBOD<sup>3</sup>A*: causam *HRnDL* 9 uin-  
 cula *MPFUpBOHRnDLA*

sunt. Et M. Claudius, adsortor Verginiae, die dicta dam- 10  
natus, ipso remittente Verginio ultimam poenam dimissus  
Tibur exsulatum abiit, manesque Verginiae, mortuae quam 11  
uiuae felicioris, per tot domos ad petendas poenas uagati,  
nullo relicto sonte tandem quieuerunt.

Ingens metus incesserat patres, uoltusque iam iidem tri- 59  
bunorum erant qui decemuirorum fuerant, cum M. Duilius  
tribunus plebis, inhibito salubriter modo nimiae potestati,  
'Et libertatis' inquit, 'nostrae et poenarum ex inimicis satis 2  
est; itaque hoc anno nec diem dici cuiquam nec in uincla  
duci quemquam sum passurus. Nam neque uetera peccata 3  
repeti iam obliterata placet, cum noua expiata sint decem-  
uirorum suppliciis, et nihil admissum iri quod uim tribuni-  
ciam desideret spondet perpetua consulum amborum in  
libertate uestra tuenda cura.' Ea primum moderatio tribuni 4  
metum patribus dempsit, eademque auxit consulum inuidiam,  
quod adeo toti plebis fuissent ut patrum salutis libertatisque  
prior plebeio magistratui quam patricio cura fuisse, et ante  
inimicos satietas poenarum suarum cepisset quam obuiam  
ituros licentiae eorum consules appareret. Multique erant 5  
qui mollius consultum dicerent, quod legum ab iis latarum  
patres auctores fuissent; neque erat dubium quin turbato  
rei publicae statu temporis succubuisserent.

Consules rebus urbanis compositis fundatoque plebis 60

11 felicioris *Gulielmus*, dett. duo : feliores *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*

59 1 iidem *D<sup>4</sup>* et (ut secundam lectionem) *D<sup>2</sup>* marg. dett. aliq. :  
idem dett. aliq. *Ald.* : inde *MPFU<sub>p</sub>BOHD?A<sup>2</sup>* 'lectio uestus' *Rhen.* :  
indies (uel indie) *Rn* : indie *D?L* : iam die *A* qui *M<sup>4</sup>PFU<sub>p</sub>B*  
*OHRnDL* : om. *M* Duilius *MUpH* : duilius *PORnDL* et sic  
scribere debebant *FB* qui diuilius *praebent* potestati *Gron.* *MFD* :  
potestatis *M<sup>1</sup>PF<sup>1</sup>UpBOHRnD<sup>3</sup>LA* (in *D* Et a *D<sup>3</sup>* in et mutatum)  
2 uincla *MPFBOHRnDLA* : uincola *Up* (teste *Frig.*) 3 uestera *D<sup>4</sup>*  
dett. aliq. *Ed. Rom.* 1469 : *ura* (= uestra) *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD?LA*  
iam *MFUpBHRnDLA* : am *O* (cum repeti coniunctum) : iam iam  
*P*(uix recte) placet, cum dett. unus (cod. *Gaertn.*) *Rhenan.* : placet  
et cum *Vorm.* *M* : placet cum et *PFUpBOHRnDLA* : placet cum  
etiam *Ed. Rom.* 1469 4 dempsit *MP<sup>2</sup>FUpBHRnD<sup>1</sup>A* : demsit  
*DL* : demisit *P* : depresso *O* (ex deposito pro depositu natum)

statu, in prouincias diuersi abierte. Valerius aduersus coniunctos iam in Algido exercitus Aequorum Volscorumque sustinuit consilio bellum; quod si extemplo rem fortunae commisisset, haud scio an, qui tum animi ab decemuirorum infelibus auspiciis Romanis hostibusque erant, magno detrimento certamen staturum fuerit. Castris mille passuum ab hoste positis copias continebat. Hostes medium inter bina castra spatium acie instructa complebant, prouocantibusque ad proelium responsum Romanus nemo reddebat. Tandem fatigati stando ac neququam exspectando certamen Aequi Volscique, postquam concessum propemodum de uictoria credebant, pars in Hernicos, pars in Latinos praedatum abeunt; relinquitur magis castris praesidium quam satis virium ad certamen. Quod ubi consul sensit, reddit inlatum antea terrorem, instructaque acie ultro hostem lacescit. Vbi illi, conscientia quid abesset virium, detractuere pugnam, creuit extemplo Romanis animus, et pro uictis habebant pauentes intra uallum. Cum per totum diem stetissent intenti ad certamen, nocti cessere. Et Romani quidem pleni spei corpora curabant: haudquaquam pari hostes animo nuntios passim trepidi ad reuocandos praedatores dimittunt. Recurritur ex proximis locis: ulteriores non inuenti. Vbi inluxit, egreditur castris Romanus, uallum inuasurus ni copia pugnae fieret. Et postquam multa iam dies erat neque mouebatur quicquam ab hoste, iubet signa inferri consul; motaque acie, indignatio Aequos et Volscos incessit, si uictores exercitus uallum potius quam uirtus et arma tegerent. Igitur et ipsi efflagitatum ab ducibus signum pugnae accepere.

**60 1** abiere *M<sup>1</sup>PFULB<sup>1</sup>ORnDLA*: abire *MBH* **2** an qui tum *MPFUL<sup>2</sup>BOHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>*: antiquum *RnDLA*: anquia tum *Up* animi ab *PFUpBD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>*: *om.* ab *MOH*: animalib. *RnDLA* **3** continebat *Rn<sup>2</sup>A<sup>3</sup>* *dett.* *unus*: continebant *MPFULBOHRnDLA* **5** reddit *MOHRnDL Ed. Rom. 1469*: reddidit *PFUpBD<sup>x</sup>A* *dett. aliq.* **6** detractuere *MPFULBrnDLA<sup>1</sup>*: detracuere *H*: detrectauere *ORn<sup>2</sup>A?* **8** tegerent *MPFULBOD<sup>1</sup>A* (*sed in M* armate gerent): egerent *HRnDL*

Iamque pars egressa portis erat deincepsque alii seruabant 9  
 ordinem, in suum quisque locum descendentes, cum consul  
 Romanus, priusquam totis viribus fulta constaret hostium  
 acies, intulit signa; adortusque nec omnes dum eductos 10  
 nec, qui erant, satis explicatis ordinibus, prope fluctuantem  
 turbam trepidantium huc atque illuc circumspectantiumque  
 se ac suos, addito turbatis mentibus clamore atque impetu  
 inuadit. Rettulere primo pedem hostes; deinde cum animos 11  
 collegissent et undique duces uictisne cessuri essent incre-  
 parent, restituitur pugna.

Consul ex altera parte Romanos meminisse iubebat illo 61  
 die primum liberos pro libera urbe Romana pugnare: sibimet  
 ipsis uicturos, non ut decemuirorum uictores praemium  
 essent. non Appio duce rem geri, sed consule Valerio, ab 2  
 liberatoribus populi Romani orto, liberatore ipso. ostend-  
 erent prioribus proeliis per duces non per milites stetisse  
 ne uincerent. turpe esse contra ciues plus animi habuisse 3  
 quam contra hostes et domi quam foris seruitutem magis  
 timuisse. unam Verginiam fuisse cuius pudicitiae in pace 4  
 periculum esset, unum Appium ciuem periculosae libidinis;  
 at si fortuna belli inclinet, omnium liberis ab tot milibus  
 hostium periculum fore; nolle ominari quae nec Iuppiter 5  
 nec Mars pater passuri sint iis auspiciis conditae urbi acci-  
 dere. Auentini Sacrique montis admonebat, ut ubi libertas  
 parta esset paucis ante mensibus, eo imperium inlibatum

9 fulta  $M^2P^2FU_pBHD^x A$ : fulta  $P$ : fuit a  $L$ : fuit  
 aut  $O$  constaret  $PFU_pBOHRnDLA$ : contrastaret  $M$  10 nec  
 omnes dum  $MPOHRnDLA$ : necdum omnes  $P^2FU_pBA^2 uel A^3$   
 -tem turbam sic rursus inc. Ver. 11 Rettulere Ver.  $M$ : retulere  
 $PUPOHRnDLA$ : pertulere  $FB$

61 1 ipsis  $MPU_pOHRn^2DLA$ : ipsi Ver.: ipsos  $FBRn$  2 Val-  
 erio Ver.  $M^1 uel M^2PFU_pBOHRnD^xLA$ : m ualerio Vorm.  $MD$  (ubi  
 consulem ualerio) ab  $MPFU_pBOHD^x$ : ac  $RnDL$ : a. Ver.: a  
 $A$  4 bellii  $M^1 uel M^2PFBOHRnDLA$ : libelli  $M$ : bellum  $Up$   
 5 iis auspiciis Ver.  $PFB$  (sed hic -pitiis): hiis auspiciis  $A$ : his auspi-  
 ciis  $MU_pHRnDL$ : auspiciis  $O$  urbi Ver.  $MP^2FU_pBORnD? A^1$ :  
 ubbi  $P$ : urbis  $HD uel D^1LA$  inlibatum  $MPFU_pBD^3$  (sed hic illi-)  
 $A^2$ : inliba . . . Ver.: in libatum  $A$ : inlibertum  $RnDL$ : in libertatem  
 $H$ : in libertate  $O$  (qui mox ostenderent referrentque)

6 referent, ostenderentque eandem indolem militibus Romanis post exactos decemuiros esse quae ante creatos fuerit, nec aequatis legibus imminutam uirtutem populi Romani 7 esse. Haec ubi inter signa peditum dicta dedit, auolat deinde ad equites. ‘Agite, iuuenes’ inquit, ‘praestate uirtute 8 peditem ut honore atque ordine praestatis. Primo concursu pedes mouit hostem; pulsum uos immissis equis exigite e campo. Non sustinebunt impetum, et nunc cunctantur magis 9 quam resistunt’. Concitant equos permittuntque in hostem pedestri iam turbatum pugna, et perruptis ordinibus elati ad nouissimam aciem, pars libero spatio circumuecti, iam fugam undique capessentes plerosque a castris auertunt 10 praeterequitantesque absterrent. Peditum acies et consul ipse uisque omnis belli fertur in castra, captisque cum ingenti caede, maiore praeda potitur.

11 Huius pugnae fama perlata non in urbem modo sed in Sabinos ad alterum exercitum, in urbe laetitia modo celebrata est, in castris animos militum ad aemulandum decus accedit. Iam Horatius eos excursionibus †sufficiendo† proe-

7 dicta dedit *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: dedit dic . . *Ver.* auolat *HRnDL*: aduolat *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>2</sup>* uel *D<sup>4</sup>A*: *defit Ver.* sed tam arto spatio relicto ut *Harleianam lectionem ualde commendet*, cuius et significatio hic melior ordine *Ver.* *MOHRnDLA*: om. *PFU<sub>p</sub>B* 8 mouit *PFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: mouebit *MA<sup>2</sup>*: . . uit (uel . . uit, uel . . . uit) *Ver.* e campo *PUpHRnDLA*: ae campo *FB*: e campos *O*: de campo *Ver.* *M* (fort. recte) sustinebunt impetum *MPFUpBOH RnDLA*: sustinebant impetu *Ver.* 9 auertunt *Ver.* *MOHRnDLA*: euertunt *PFU<sub>p</sub>B* praeterequitantesque *Ver.* *Vorm.?* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnL*: praeterequitantesqui *D* (*ubi q = qui*) *A*: praeequitantesque *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* 10 caede *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>OD<sup>3</sup>A*: foede *RnDL*: fede *H* 11 laetitia modo *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: om. modo *Ver.* 12 excursionibus sufficiendo *MPFBOHRnDLA* (*num recte?* Cf. *Verg.* *G.* 2. 424 et 436; *Aen.* 2. 618 et 9. 803): excursionibus *Ver.* (fort. recte, si modo origo interpolationis inueniri possit): excursionibus assuefaciendo dett. unus (*cod. Haverk.*): ex excursionibus sufficiendo *Up*; si quid mutandum, lectio uel potius correctio *Haverkampiana teneri* possit si pro adsuefecerat substituatur uerbum aliud, quale docuerat, cuius prima syllaba in uocibus praecedentibus se perdere potuerit. Sed corruptelae quarto saeculo antiquioris medicina non leuis

liisque leibus experiundo adsuefecerat sibi potius fidere quam meminisse ignominiae decemuirorum ductu acceptae, paruaque certamina in summam totius profecerant spei. Nec 13 cessabant Sabini, feroce ab re priore anno bene gesta, laces- sere atque instare, rogitantes quid latrocini modo procur- santes pauci recurrentesque tererent tempus et in multa proelia paruaque carperent summam unius belli? quin illi 14 congrederentur acie inclinandamque semel fortunae rem darent?

Ad id, quod sua sponte satis collectum animorum erat, 62 indignitate etiam Romani accendebantur: iam alterum exercitum uictorem in urbem redditum; sibi ultro per con- tumelias hostem insultare; quando autem se, si tum non sint, pares hostibus fore? Vbi haec fremere militem in 2 castris consul sensit, contione aduocata, 'Quemadmodum' inquit, 'in Algido res gesta sit, arbitror uos, milites, audisse. Qualem liberi populi exercitum decuit esse, talis fuit; consilio collegae, uirtute militum uictoria parta est. Quod ad 3 me attinet, id consilii animique habiturus sum, quod uos mihi feceritis. Et trahi bellum salubriter et mature perfici potest. Si trahendum est, ego ut in dies spes uirtusque 4

12 leibus *Ver.* *A<sup>3</sup>* uel *A<sup>4</sup>* *Ed.* *Rom.* 1469: lenibus *MOHRnDLA*: lenius *PFUpB* 13 nec cessabant *MPFUpBORnDLA*: necessabunt *Ver.* *H* latrocini *MPFBOHD<sup>3</sup>A* (*in D?* -niis): latronicii *Up*: latrocino *Ver.* *RnL* pauci recurrentesque *MPFUpBOHD<sup>4</sup>A* (*sed in B paci*): *om.* *L*: *om.* pauci recurrentes *RnD*: pauci recursan- tesque *Ver.* tererent *MP<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpHRnD<sup>4</sup>A*: tererent *PFBODL*: terentes *Ver.* et in *MPFUpBOHD<sup>4</sup>A<sup>2</sup>*: *om.* et *Ver.* : *om.* in *RnDLA* carperent *MPFUpBRnDLA*: caperent *Ver.* *OH*

62 1 se si *MPFUpBOHD<sup>x</sup>* (*D<sup>2</sup>, ut credo*) *A<sup>4</sup>*: sensi *RnDL*: si *Ver.* 2 consilio *P<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* *Ald.* : . . . *Ver.* (*ut uidetur*): *Gy* (*nota incerta*) consulto *H*: consilio consulto *ML*: consul consulto *P*: consilio *FB*: consulto *UpORnDLA* 3 mihi feceritis *Crevier* : . . . hi f.. eritis . . . s *Ver.* : milites geritis *Vorm.* *MA<sup>2</sup>* (*ut lectionem secun- dam*): tegeritis *H*: mihi tegaritis feceritis *O* (*qui feceritis add.* iterum *post bellum*): mihi tegeritis *RnL*: mihi . . . feceritis *P*: mihi effe- ceritis *P<sup>2</sup>FUpBD<sup>3</sup>* (*sed in D<sup>3</sup> michi*): michi . . . geritis (*fort. lete geritis*) *D*: milites mihi effeceritis *Edd.* *uet.* *Ald.* : mihi, milites, feceritis *Frigell.* *Mendum totum ortum est ex F in T, C in G corruptis in scriptura unciali correctionibusque eo adhibitis*

uesta crescat, eadem qua institui disciplina efficiam : si iam satis animi est decernique placet, agite dum, clamorem qualem in acie sublaturi estis, tollite hic indicem uoluntatis 5 uirtutisque uestrae.' Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus, quod bene uertat gesturum se illis morem posteroque die in aciem deducturum adfirmat. Reliquum diei apparandis armis consumptum est.

6 Postero die simul instrui Romanam aciem Sabini uidere, et ipsi, iam pridem audi certaminis, procedunt. Proelium fuit, quale inter fidentes sibimet ambo exercitus, ueteris perpetuaeque alterum gloriae, alterum nuper noua uictoria 7 elatum. Consilio etiam Sabini uires adiuuere ; nam cum aequassent aciem, duo extra ordinem milia quae in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent 8 tenuere. Quae ubi in latis ex transuerso signis degrauabant prope circumuentum cornu, equites duarum legionum, sessenti fere, ex equis desiliunt cedentibusque iam suis prouolant in primum, simulque et hosti se opponunt et aequato primum 9 periculo, pudore deinde animos peditum accendent. Verecundiae erat equitem suo alienoque Marte pugnare, peditum ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.

63 Vadunt igitur in proelium ab sua parte omissum et locum ex quo cesserant repetunt ; momentoque non restituta 2 modo pugna, sed inclinatur etiam Sabinis cornu. Eques inter ordines peditum tectus se ad equos recipit ; transuolat

4 agite dum *Vorm.*? *MPFU<sup>p</sup>BOHD<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* : agendum *Up* : agite cum *RnDLA* : agite *Ver.* acie *Ver. Vorm.*? *MPFU<sup>p</sup>BOHA<sup>2</sup>* (*sed in B aciae, in O quale minatiae*) : aciem *RnDLA* hic *MPFU<sup>p</sup>HRn LA<sup>2</sup>* : hinc *Ver. BDA* : *in O* candicem *pro* hic indicem 5 die in aciem . . . postero *om. Ver. A* (*corr. A<sup>2</sup>*) diei *MU<sup>p</sup>OHDLA<sup>2</sup>* : die *PF* : *diae B* est *MOHRnDLA<sup>2</sup>* : *om. PFUpB* 6 gloriae *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDLA* : *uictoriae Ver.* nuper noua *MPFU<sup>p</sup>BO HRnDLA* : noua nuper *Ver.* : *fort.* noua *secludendum* 7 milia *Ver.* *MP<sup>2</sup>OHRnDLA* : militia *PFB* : militiae *Up* cornu *MPF UpOHRnDLA* : cornum *Ver. B* 8 cornu *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>UpORnA* : cornum *Ver.* *MPFBHDL* duarum *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDLA* : earum *Ver.* sescenti *Edd. uet.* : sescentis *Ver.* : ac (*uel ac uel ac*) i.e. dc *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDLA* desiliunt *MPFU<sup>p</sup>BOHRnDLA* : exiliunt *Ver.*

inde in partem alteram suis uictoriae nuntius ; simul et in hostes iam pauidos, quippe fuso suae partis ualidiore cornu, impetum facit. Non aliorum eo proelio uirtus magis enituit. Consul prouidere omnia, laudare fortis, increpare sicubi 3 segnior pugna esset. Castigati fortium statim uirorum opera edebant tantumque hos pudor quantum alios laudes excita-  
bant. Redintegrato clamore undique omnes conisi hostem 4 auertunt, nec deinde Romana uis sustineri potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad praedam relinquunt. Ibi non sociorum sicut in Algido res, sed suas Romanus populationibus agrorum amissas recipit.

Gemina uictoria duobus bifariam proeliis parta, maligne 5 senatus in unum diem supplicationes consulum nomine decreuit. Populus iniussu et altero die frequens iit supplicatum ; et haec uaga popularisque supplicatio studiis prope celebratior fuit. Consules ex composito eodem biduo ad 6 urbem accessere senatumque in Martium campum euoca-  
uere. Vbi cum de rebus ab se gestis agerent, questi pri-  
mores patrum senatum inter milites dedita opera terroris causa haberi. Itaque inde consules, ne criminationi locus 7 esset, in prata Flaminia, ubi nunc aedes Apollinis est—iam tum Apollinare appellabant—, auocauere senatum. Vbi cum 8

**63 2** et in hostes *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* : et hostis *Ver.* fuso  
*Ver. PFU<sub>p</sub>BORnD<sup>1</sup>* uel *D<sup>2</sup>A<sup>3</sup>* : fusos *MHD<sub>L</sub>* dett. *aliq.* : fuse *A*  
 3 opera *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHRnLA<sup>x</sup>* *Ald.* (*cf. 5. 4. 7; 29. 9. 12*) : operam  
*DA Ed. Rom. 1470* edebant *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDA* : edebat *L* :  
 debebant *Ver.* 4 conisi *Ver. PU<sub>p</sub>OHRnDLA* : quonisi *FB* :  
 consii *Vorm.* : c sii *M* : conixi *A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* recipit *MPFU<sub>p</sub>BOHRn*  
*DLA* : recepit *Ver.* 5 in unum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* : om. in  
*Ver.* Populus iniussu *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* : populi iussu *Ver*

frequens iit *MPFU<sub>p</sub>O<sup>1</sup>DLA* : frequens ut *OHRn* : om. *Ver.*  
 supplicatum *Ed. Frob. 1531* : supplicatumque est *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>1</sup>*  
*uel D<sup>3</sup>LA* dett. : supplicatumque e *D* 6 Martium campum *Ver.*  
*MPFU<sub>p</sub>OHRnL* (*sed -rc- BOHL*) : campum martium *DA* dett., sed  
*cf. 2. 5. 2; 3. 27. 3* euocauere *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* : uocauere  
*Ver.* 7 iam tum *Ver. Vorm. MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA Edd. uet.* : iam  
 tum circum dett. *duo* : circum iam tum *Rn<sup>2</sup> Ald.* Apollinare *Ver.*  
 dett. *duo* (*cf. Dianum 1. 48. 6*) : apollinar *Gron.* (*cf. Varro, L. Lat. 5.*  
*52*) : apollinarem *Vorm. P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BHRnL* : apollinarum *P* : appolli-  
 narem *MODA*

ingenti consensu patrum negaretur triumphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populum de triumpho consulum, multis dissuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio uociferante de 9 patribus, non de hostibus consules triumphare uelle gratiamque pro priuato merito in tribunum, non pro uirtute honorem peti. nunquam ante de triumpho per populum actum; semper aestimationem arbitriumque eius honoris 10 penes senatum fuisse; ne reges quidem maiestatem summi ordinis imminuisse. ne ita omnia tribuni potestatis suaem implerent, ut nullum publicum consilium sinerent esse. ita demum liberam ciuitatem fore, ita aequatas leges, si sua 11 quisque iura ordo, suam maiestatem teneat. In eandem sententiam multa et a ceteris senioribus patrum cum essent dicta, omnes tribus eam rogationem acceperunt. Tum pri- 12 mum sine auctoritate senatus populi iussu triumphatum est.

64 Haec uictoria tribunorum plebisque prope in haud salubrem luxuriam uertit, conspiratione inter tribunos facta ut iidem tribuni reficerentur, et, quo sua minus cupiditas emi- 2 neret, consulibus quoque continuarent magistratum. Con- sensum patrum causabantur, quo per contumeliam consulum 3 iura plebis labefactata essent. quid futurum nondum fir- matis legibus, si nouos tribunos per factionis suaes consules

8 L. Icilius *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: Q. Silicius *Ver.* 9 tribu- num *Ver.* *M<sup>3</sup>*: tributum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA<sup>2</sup>*: tributo *A*: tribunos *A<sup>2</sup> marg.* (*ut secundam lectionem*) 11 eandem *Ver.* *Vorm.* *MP<sup>2</sup> FU<sub>p</sub>BOHD<sup>2</sup>A*: eadem *PRnDL*, qui tamen sententiam *praebent* a ceteris *Ver.* *PFU<sub>p</sub>BORn<sup>2</sup>D<sup>2</sup>A* dett. *Edd.* *uet.*: ceteris *Vorm.* *MHRn DL*; cf. c. 65. 11 *inf.*

64 1 Haec *Ver.* *MPFBHRnDLA*: add. triumphata *UpO* (*cuius glosse- matis originem prodit A<sup>3</sup> uel A<sup>2</sup> qui in marg. add. triumphus decretus per populum*) 2 *uerit Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>1</sup>A*: *ueriti H* (*sed ita pro- longata ultima -i- litterae linea ut ad altitudinem l- litterae propriam sur- gat; unde probabile uidetur hoc signum ex male scripto -it ortum esse*): *ueriti RnDL* 3 *iidem Ver.* *RnA<sup>3</sup> Ed.* *Rom.* 1469: *idem MPFU<sub>p</sub>B OHDLA* *consulibus MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: *cons̄s Ver.*: *consules Madv.* *labefactata DA<sup>3</sup> dett. aliq. Edd. uet.*: *labe factata A*: *labefacta tum Ver.*: *labefactor F*: *labefacta Vorm.* *MPUpB* (*sed hic lebe-*) *OHRnL*, *fort. recte* 3 *quid . . . adorti essent om. F* *Quid Ver.* *M<sup>3</sup>PUpBOHRnDLA*: *quod M* *factionis suaes Madv.*, *M* (*ut mihi persuasum est; nam factionis certo discernitur; suaue paullo minus certum, tamen probabile*): *factionis sua Ver.*: *factio- nes suas M<sup>2</sup> uel*

adorti essent? non enim semper Valerios Horatiosque consules fore, qui libertati plebis suas opes postferrent. Forte 4 quadam utili ad tempus, ut comitiis praeesset potissimum M. Duillio sorte euenit, uiro prudenti et ex continuatione magistratus inuidiam imminentem cernenti. Qui cum ex ueteribus tribunis negaret se ullius rationem habiturum, pugnarentque collegae ut liberas tribus in suffragium mitteret aut concederet sortem comitiorum collegis, habituris e lege potius comitia quam ex uoluntate patrum, iniecta contentione Duilius 6 consules ad subsellia accitos cum interrogasset quid de comitiis consularibus in animo haberent, respondissentque se nouos consules creaturos, auctores populares sententiae haud popularis nactus in contionem cum iis processit. Vbi 7 cum consules producti ad populum interrogatique, si eos populus Romanus, memor libertatis per illos receptae domi, memor militiae rerum gestarum, consules iterum faceret, quidnam facturi essent, nihil sententiae suaee mutassent, conlaudatis consulibus quod perseverarent ad ultimum dissimiles decemuirorum esse, comitia habuit; et quinque tribunis plebi creatis cum p[re] studiis aperte potentium nouem tribunorum allii candidati tribus non explerent, concilium dimisit nec deinde comitiorum causa habuit. Satisfactum 9 legi aiebat, quae numero nusquam praefinito tribuni modo ut relinquerentur sanciret et ab iis qui creati essent cooptari collegas iuberet; recitabatque rogationis carmen in quo 10

*M<sup>1</sup>PUpBOHRnDLA (sed in Ds- in suas pleniore calamo, cf. I. 41. 4 adn.)*

4 Duillio Ver. MHDL : Duilio PFUpBO<sup>1</sup>Rn : dulio O 6 Duilius Ver. MPOHRnDL : Duilius FU<sup>1</sup>B (sed in F-s ab F<sup>3</sup> additum); uide sis 2. 58. 2 adn. populares sententiae haud popularis Stroth: popularis sententiae haud popularis dett. unus (Cod. Vat. 1840 saec. XIV teste Frig.): popularis sententiae haud populari Ver.: popularis sententiae haud populares MPFUpBOHRnDLA (sed in F auc, in BL aut, pro haud) 7 militiae rerum Iac. Gron.: militiae quae rerum Ver.: militiae rerumque MPFUpBOHRnDLA, cf. Praef. 5 adn.

8 causa Vorm.? MPFBnDLA (in A ēā, non ēā): causam Ver. UpOH, cf. c. 67. 7 inf. 9 tribuni Klockius, Ver. M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>: tribunis MPFUpB OHRnDLA 10 in quo sic esset: Si scripsimus: in quo si Ver. MPF UpBOHRnDLA: in quo sic erat H. J. Mueller: in quo est Madv. Ed. 3

⟨sic esset :⟩ ‘Si tribunos plebei decem rogabo, si qui uos minus hodie decem tribunos plebei feceritis, tum ut ii quos hi sibi collegas cooptassint legitimi eadem lege tribuni 11 plebei sint ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis.’ Duilius cum ad ultimum perseuerasset negando quindecim tribunos plebei rem publicam habere posse, uicta collegarum cupiditate pariter patribus plebeique acceptus magistratu abiit.

**65** Noui tribuni plebis in cooptandis collegis patrum uoluntatem fouverunt; duos etiam patricios consularesque, Sp. 2 Tarpeium et A. Aternium, cooptauere. Consules creati Sp. Herminius T. Verginius Caelimontanus, nihil magnopere ad patrum aut plebis causam inclinati, otium domi ac foris 3 habuere. L. Trebonius tribunus plebis, infestus patribus quod se ab iis in cooptandis tribunis fraude captum proditum- 4 que a collegis aiebat, rogationem tulit ut qui plebem Romanam tribunos plebei rogaret, is usque eo rogaret dum decem tribunos plebei faceret; insectandisque patribus, unde Aspero etiam inditum est cognomen, tribunatum gessit.

10 decem tribunos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: ex tribuni *Ver.* feceritis *Ver.?* *Fragm.*, *Haverk.*<sup>2</sup>: fecerit hii *Fr.*, *Haverk.*: fecerint iis *PFBOH*: fecerint his *Up*: fecerint ii *Vorm.* *MRnD<sup>3</sup>L* sed in *M* ii scribitur pro ii equo -if in exemplari ipso mutato natum esse potest: fecerint. ut *D?* *A*: fecerint hi *A<sup>4</sup>* tum ut ii *Weissenb.*: tum uti *Ver.?* *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: tum utique *Edd.* uet. *alig.* *Ald.* quos hi sibi *Ver.* *Up*: om. hi *Vorm.* *MPFBOHRnDLA* cooptassint *Rhenan.*: cooptassent *Ver.*: cooptassent ut illi *MPFBOHRnDLA*: cooptassent ut illi *Up*; uerba ut illi ex linea sequente perperam in archetypo Nicomachiano uidentur arrepta 11 Duilius *Ver.* *MPFBOHD<sup>1</sup>L*: Duilius *Up*, cf. § 6 sup. adn. plebei *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>1</sup>A<sup>3</sup>*: plebeis *RnLA* (sed in § 10 plebei, ut et *D*): defit *Ver.* sed spatium uix plus quam pl. cepisse potest plebeique *Ver.* *MPFBOHRnDLA*: plebique *UpA<sup>3</sup>*

**65** 1 Noui] in *Ver.* defit haec linca post no . . . . litteris circa sex deletis; proxima linea pariciosnetl(?) tantum p̄aebet; tum pergit cooptauere, ceteris omnibus omissis 2 A. Aternium *D?* *Alsch.*, cf. c. 31. 5: a. aeternium *MPFORnL*: a. aethernium *Up*: a. aeternum *H*: a. eternum *BD<sup>3</sup>A* 3 ab iis *Ver.?*: ab hiis *A*: ab his *MPFBOHRnDL* 4 usque eo *MOHD<sup>1</sup>* uel *D<sup>3</sup>A* *Edd.* uet.: uso eo *RnDL*: usque *PFU<sub>p</sub>B*: adeo *Ver.* inditum est *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>* *POHRnD<sup>1</sup>LA*: in- dictum est *MFU<sub>p</sub>B*: inditum ei *D*: . . . . m *Ver.*

Inde M. Geganius Macerinus et C. Iulius consules facti 5 contentiones tribunorum aduersus nobilium iuuentutem ortas, sine insectatione potestatis eius conseruata maiestate patrum, sedauere ; plebem, decreto ad bellum Volscorum 6 et Aequorum dilectu, sustinendo rem ab seditionibus continuere, urbano otio foris quoque omnia tranquilla esse affirmantes, per discordias ciuiles externos tollere animos. Cu- 7 ra pacis concordiae quoque intestinae causa fuit. Sed alter semper ordo grauis alterius modestiae erat ; quiescenti plebi ab iunioribus patrum iniuriae fieri coepitae. Vbi tribuni 8 auxilio humilioribus essent, in primis parum proderat ; deinde ne ipsi quidem inuiolati erant, utique postremis mensibus, cum et per coitiones potentiorum iniuria fieret et uis potestatis omnis aliquanto posteriore anni parte languidior ferme esset. Iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si 9 similes Icilio tribunos haberet : nomina tantum se biennio habuisse. Seniores contra patrum ut nimis feroce suos cre- 10 dere iuuenes, ita malle, si modus excedendus esset, suis quam aduersariis superesse animos. Adeo moderatio tuen- 11 dae libertatis, dum aequari uelle simulando ita se quisque extollit ut deprimat alium, in difficiili est, cauendoque ne metuant, homines metuendos ultiro se efficiunt, et iniuriam ab nobis repulsam, tamquam aut facere aut pati necesse sit, iniungimus aliis.

5 M. Geganius *Ver. PFUpBOHRnDLA* : cn gaeganus *M* Ma-  
cerinus *Sigon. ex 4. 8. 1 et 4. 17. 7, cf. etiam Fast. Capit. anni 367  
a. C. n. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 124 (Liv. 6. 42. 3) : macrinus *UpO cum aliquot  
Fastorum fontibus hoc anno (desunt ipsi Fasti)* C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 106 : *m̄.  
acrinus MPFB* : *m̄. agrinus HRnDLA* contentiones *Ver. A<sup>3</sup> uel  
A<sup>2</sup>* : contiones (*uel conc-*) *MPFUpBOHRnDLA* 6 otio foris quo-  
que *Ver.* : quoque otio foris *MPFUpBOHRnDLA* : *malim* quoque *hic  
seclusum cum tam cito in proxima sententia sequatur* 10 iuue-  
nes *PFUpBOHA Ed. Rom. 1469* : iuuenes esse *A<sup>3</sup>* dett. *aliqu.* : iuuenes  
essent *MRnDL* : *defit Ver. ubi spatii ratio essent uel esse neque postu-  
lat neque excludit* 11 excedendus *MPFUpBO* : exercendus *HRnD  
LA* : *defit Ver.* : excedendi *D<sup>4</sup>* (*ut secundam lectionem*) 11 ex-  
tollit *Ver. MPUpOH* : extollat *RnDLA* : se extollit *FB* ab nobis  
*MH* : a nobis *PFUpBORnDLA* : nobis *Ver.* (*cf. c. 63. 11 sup.*)*

66 T. Quinctius Capitolinus quartum et Agrippa Furius consules inde facti nec seditionem domi nec foris bellum accepunt; sed imminebat utrumque. Iam non ultra discordia ciuium reprimi poterat, et tribunis et plebe incitata in patres, cum dies alicui nobilium dicta nouis semper certaminibus contiones turbaret. Ad quarum primum strepitum, uelut signo accepto, arma cepere Aequi ac Volsci, simul quod persuaserant iis duces, cupidi praedarum, biennio ante dilectum indictum haberri non potuisse, abnuente iam plebe imperium: eo aduersus se non esse missos exercitus. dissolui licentia militandi morem, nec pro communi iam patria Romam esse. quicquid irarum simultatumque cum externis fuerit in ipsos uerti. occaecatos lupos intestina rabie opprimendi occasio- nem esse. Coniunctis exercitibus Latinum primum agrum perpopulati sunt; deinde postquam ibi nemo uindex occurrebat, tum uero exsultantibus belli auctoribus ad moenia ipsa Romae populabundi regione portae Esquilinae accessere, uastationem agrorum per contumeliam urbi ostentantes.

6 Vnde postquam inulti, praedam p̄ae se agentes, retro ad Corbionem agmine iere, Quinctius consul ad contionem populum uocauit.

67 Ibi in hanc sententiam locutum accipio: ‘Etsi mihi nullius noxae conscientius, Quirites, sum, tamen cum pudore summo in contionem in conspectum uestrum processi. Hoc uos scire, hoc posteris memoriae traditum iri Aequos et Volscos,

66 2 non ultra *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: nec ultra *Ver.* 3 Aequi ac Volsci *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>A* (*sed in A equi*): acui ac uolsci *RnDL*: aequi uolsciquae *Ver.* haberi *Ver. MPFU<sub>p</sub>OHA<sup>3</sup>*: habere habere *F*: habere *BRnDLA* non esse *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: non nosse *Ver.* 4 simultatumque *MPFU<sub>p</sub>BOA*: sim . . . . . m. ue *Ver.*: simultaciumque *D<sup>x</sup>*: simultaque tumque *H*: simul tacitumque *RnDL* 5 perpopulati *MOHA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>*: propopulati *B*: propulati *PFUp*: . . . . . populati *Ver.*: populati *RnDLA* dett. Esquilinae *Up*: Esquiline *FB*: aes . . . . . *Ver.*: exquilinae (uel -ne) *MPOHRnDLA* 6 Vnde *Ver. MPFU<sub>p</sub>OHDLA*: undique *Rn*: inde *P<sup>2</sup>FB*

67 1 Quirites *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* (*sed in B -ten*): om. *Ver.* in contionem in conspectum uestrum *Walters*: in contionem uestram (uel conc-) *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: in conspectum ues . . . m *Ver.*

uix Hernicis modo pares, T. Quintio quartum consule ad moenia urbis Romae impune armatos uenisse! Hanc ego <sup>2</sup> ignominiam, quamquam iam diu ita uiuitur [is status rerum est] ut nihil boni diuinet animus, si huic potissimum immi-  
nere anno scissem, uel exsilio uel morte, si alia fuga honoris non esset, uitasse. Ergo si uiri arma illa habuissent quae <sup>3</sup> in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit? Satis honorum, satis superque uitiae erat; mori consulem tertium oportuit. Quem tandem ignauissimi hostium contempsere? <sup>4</sup> nos consules an uos Quirites? Si culpa in nobis est, auferte imperium indignis et, si id parum est, insuper poenas expe-  
tite: si in uobis, nemo deorum nec hominum sit, qui uestra pu- <sup>5</sup> niat peccata, Quirites: uosmet tantum eorum paeniteat. Non illi uestram ignauiam contempsere nec suae uirtuti confisi sunt; quippe totiens fusi fugatique, castris exuti, agro mul-  
tati, sub iugum missi, et se et uos nouere: discordia ordinum <sup>6</sup> et uenenum urbis huius, patrum ac plebis certamina, dum nec nobis imperii nec uobis libertatis est modus, dum taedet uos patriciorum, nos plebeiorum magistratum, sustulere illis animos. Pro deum fidem, quid uobis uoltis? Tribunos <sup>7</sup> plebis concupistis; concordiae causa concessimus. Decem-  
uiros desiderastis; creari passi sumus. Decemuirorum uos pertaesum est; coegimus abire magistratu. Manente in eos- <sup>8</sup>

<sup>1</sup> pares *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDA*: praes *L*: pars *Ver.* <sup>2</sup> uiuitur is status *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* (*in Fuiuituris, in B-tiris*): uictu . . . atus *Ver.* is status rerum est *seclusit Karsten quem confirmant et D sic interpungendo .is status rerū ē..* (*cf. 2. 32. 10 adn.*) et *M ubi plures hic lineae solito pleniores sunt; et B ubi linea quae his uocibus finitur in marg. excurrat multum stipata* <sup>5</sup> si huic *Ver.* *MOHRnDLA*: om. si *PF UpB* <sup>4</sup> hostium *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: hi hostium *Ver.*, fort. recte an uos *Ver.* *HRnDLA*<sup>1</sup>: annos *M*: annuos *PUpO*: annuas *FB*: annosos *M<sup>3</sup>*: Quirites post an ponit *A*, sed corr. ipse <sup>5</sup> si in *Ver.* *Up ORnD<sup>3</sup>A*: sin *MPFH*, et *D* (*sed cum expeditis? pro expetite?*): s in *L*: sint *B* nouere *MPFU<sub>p</sub>BOH<sup>1</sup>RnDLA*: mouere *H*: non uere *Ver.* <sup>6</sup> et uenenum *Madv.*, *Ver.* *D?*: est uenenum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>x</sup>LA*: urbis huius *MPFBOHRnDLA*: huius urbis *Ver.* *Up, in corruptela, ut saepe, soli conspirantes* modus dum *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA*: modus *Ver.* <sup>7</sup> nos *Ver.*, *Gruterum confirmans*: hos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA Ald.* illis *Clericus, optime*: illi *Ver.* *MPF UpBHRnDLA*: om. *O*, solito acumine <sup>7</sup> causa *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PF UpBOHRnD<sup>x</sup>A* (*ubi cā non cā*): causam *Ver.* *MDL*, cf. c. 64. <sup>8</sup> sup.

dem priuatos ira uestra, mori atque exulare nobilissimos  
 9 uiros honoratissimosque passi sumus. Tribunos plebis  
 creare iterum uoluistis ; creastis. Consules facere uestrarum  
 partium ; etsi patribus uidebamus iniquos, patricium quoque  
 magistratum plebi donum fieri uidimus. Auxilium tribunicium,  
 prouocationem ad populum, scita plebis iniuncta pa-  
 tribus, sub titulo aequandarum legum nostra iura oppressa  
 10 tulimus et ferimus. Qui finis erit discordiarum ? ecquando  
 unam urbem habere, ecquando communem hanc esse patriam  
 licebit ? Victi nos aequiore animo quiescimus quam uos uic-  
 11 tores. Satisne est nobis uos metuendos esse ? Aduersus nos  
 Auentinum capit, aduersus nos Sacer occupatur mons ;  
 Esquilias uidimus ab hoste prope captas et scandentem in  
 aggerem Volscum. Hostem nemo submouit : in nos uiri,  
 in nos armati estis.

68 Agitedum, ubi hic curiam circumsederitis et forum in-  
 2 festum feceritis et carcerem impleueritis principibus, iisdem  
 istis ferocibus animis egredimini extra portam Esquilinam,  
 aut, si ne hoc quidem audetis, ex muris uisite agros uestros  
 ferro ignique uastatos, praedam abigi, fumare incensa passim  
 3 tecta. At enim communis res per haec loco est peiore ; ager  
 uritur, urbs obsidetur, belli gloria penes hostes est. Quid  
 tandem ? priuatae res uestrae quo statu sunt ? Iam unicui-  
 4 que ex agris sua damna nuntiabuntur. Quid est tandem

8 exulare *UpRnA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* : exulari *MPFBOHLA* : exulari- *D* qui  
*correctionem litterae -e (uel .i) in exemplari suo repperisse uidetur et*  
*fideliter descriptissime (cf. 1. 7. 5 adn.)* 9 *uidebamus Ver. MPFBO*  
*HRnDLA* : *uidebatur Up* iniquos *POHDL* : iniquum *MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>UpB*  
*D<sup>2</sup>A* : *defit Ver.* 10 *ecquando Ed. Frob.* 1531 : et quando *Ver.*  
*semel sed bis MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* unam urbem habere ecquando  
*om. Ver.* 11 *Esquilias FBA* : *aesquiliias MPUpOHRnDL* : *exquiliis*  
*Ver.* : *Esquiliæ Gron.* uidimus *Welz* (*an potius uidemus ?*) : quidem  
*MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* : quid . . . *Ver.* captas et *PFUpBHD<sup>3</sup>* :  
*capta set M* (*ubi capta in fine lin.*) : *capta esset M<sup>3</sup>* : *capta se RnDL* :  
*captas O* : *captae et Gron.* Volscum. Hostem *sic interpunxit*  
*Madv.* : *hostem secl. Gron.* submouit *Ver.* *MPOHRnDLA* : sub-  
*cubuit B* : subuit *F*

68 3 uestrae *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHRnD<sup>1</sup>LA* : *om. D* quo statu  
*Vorm. MPFBO* (*cf. e. g. 22. 22. 10*) : in quo statu *Ver. HRnDLA* :  
*quo in statu Up Edd. uet. aliq.* nuntiabuntur *MPFU<sub>p</sub>BOHRnD*  
*LA* : nuntiabantur *Ver.*

domi unde ea expleatis? Tribuni uobis amissa reddent ac restituent? Vocis uerborumque quantum uoletis ingerent, et criminum in principes et legum aliarum super alias ut contionum; sed ex illis contionibus nunquam uestrum quisquam re [fortuna] domum auctior rediit. Ecquis rettulit aliquid 5 ad coniugem ac liberos praeter odia offendentes simultates publicas priuatasque, a quibus semper non uestra uirtute innocentiaque, sed auxilio alieno tuti sitis? At hercules, cum 6 stipendia nobis consulibus, non tribunis ducibus, et in castris, non in foro faciebatis, et in acie uestrum clamorem hostes, non in contione patres Romani horrebant, praeda parta agro ex hoste capto pleni fortunarum gloriaeque simul publicae simul priuatae triumphantibus domum ad penates rediebatis: nunc oneratum uestris fortunis hostem abire sinitis. Haerete adfixi contionibus et in foro uiuite: sequitur uos 7 necessitas militandi quam fugitis. Graue erat in Aequos et Volscos proficisci: ante portas est bellum. Si inde non pellitur, iam intra moenia erit et arcem et Capitolium scandet et in domos uestras uos persequetur. Biennio ante senatus 8 dilectum haberi et educi exercitum in Algidum iussit: sedemus desides domi mulierum ritu inter nos altercantes, praesenti pace laeti nec cernentes ex otio illo breui multiplex 9 bellum redditur. His ego gratiora dictu alia esse scio; sed me uera pro gratis loqui, etsi meum ingenium non moneret,

4 expleatis *MPUpBOHRnDLA* (sed in B -tiſ, i. e. -ti sunt): expletis F: expletas Ver. re fortuna Ver. Vorm. *MPFUUpBO*: fortuna re *HRnDLA?*: fortuna dett.: re fortunaque *A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* Ald. (sed si coniunctione opus est, melius re et): re *Rhenan.* recte, ut puto; fort. etiam auctiore pro auctior malis 5 Ecquis M, Ed. Mediol. 1495 (i. e. *Sabellicus*): et quis *M<sup>3</sup>P FUUpBO*: ac quis *HRnDLA*: deficit Ver. 6 hercules *MPFORnDLA*: hercule H: hercule *P<sup>2</sup>Up*: deficit Ver.: adercules B, pro At herc. rediebatis Ver. *D<sup>x</sup>A<sup>1</sup>*: rediebatis *MPF UpBOHRnDLA* 7 sequitur *MPFUUpBOHRnDLA* (sed in D sic; Sequitur ~Vos, quasi ad lectorem, non ad Quirites spectaret uerbum): sequetur Ver. (sed cf. e. g. *Horatianum illud* Menses profundo; pulchrior euenit) pellitur *MPFBORnDLA*: repellitur *Up*: deficit Ver. persequetur *MPFUUpBOHRnDLA*: persequentur Ver. 8 exercitum in Algidum] post has noces deficit Ver. usque ad nequirit 4. 7. 2

necessitas cogit. Vellem equidem uobis placere, Quirites ; sed multo malo uos saluos esse, qualicumque erga me animo 10 futuri estis. Natura hoc ita comparatum est, ut qui apud multitudinem sua causa loquitur gravior eo sit cuius mens nihil praeter publicum commodum uidet ; nisi forte adsentatores publicos, plebicolas istos, qui uos nec in armis nec in otio esse sinunt, uestra uos causa incitare et stimulare putatis. Concitati aut honori aut quaestui illis estis ; et quia in concordia ordinum nullos se usquam esse uident, malae rei se quam nullius, turbarum ac seditionum duces esse 12 uolunt. Quarum rerum si uos taedium tandem capere potest et patrum uestrosque antiquos mores uoltis pro his 13 nouis sumere, nulla supplicia recuso, nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero et a portis nostris moenibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem quo nunc uos attoniti estis transtulero.'

**69** Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi quam 2 tunc seuerissimi consulis fuit. Iuuentus quoque, quae inter tales metus detractationem militiae telum acerrimum aduersus patres habere solita erat, arma et bellum spectabat. Et agrestium fuga spoliatiique in agris et uolnerati, foediora iis quae subiciebantur oculis nuntiantes, totam urbem ira impleuere. In senatum ubi uentum est, ibi uero in Quintum omnes uersi ut unum uindicem maiestatis Romanae intueri, et primores patrum dignam dicere contionem imperio consulari, dignam tot consulatibus ante actis, dignam uita omni, 4 plena honorum saepe gestorum, saepius meritorum. Alios consules aut per proditionem dignitatis patrum adulatos

10 plebicolas *MPFUpBOHDLA* : om. *Rn*

69 1 alias *MPFUpBOA<sup>3</sup>* : alia *HRnDLA* 2 quoque *MPOHRn* *DLA* : om. *FUpB* : post quoque *repetit* popularis . . . . . seuerissimi *P* detractationem *PFUpBHRnA<sup>2</sup>* : detractionem *MODLA* : detrectationem *delt. unus* ; *uide sis adn. ad 2. 43. 3* iis quae *PFB* (*ubi -que*) *ORn* : hiisque *A* : hisquae (*uel -que*) *MUpHDL* 3 *unum MOH* *RnDLA Edd. uet.* : in unum *PFUpB* uita *PFUpB<sup>1</sup>OD<sup>1</sup>A* : uitam *MBHRnD? L* (*et in M omni in omnium mutauit M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>*) plena *PFUpBOHD<sup>1</sup>A* : plenam *MRnDL*

aut acerbe tuendo iura ordinis asperiorem domando multitudinem fecisse : T. Quintium orationem memorem maiestatis patrum concordiaeque ordinum et temporum in primis habuisse. Orare eum collegamque ut capesserent rem publicam ; orare tribunos ut uno animo cum consulibus bellum ab urbe ac moenibus propulsari uellent plebemque oboedientem in re tam trepida patribus paeberent ; appellare tribunos communem patriam auxiliumque eorum implorare uastatis agris, urbe prope oppugnata. Consensu omnium dilectus decernitur habeturque. Cum in contione pronuntiasent tempus non esse causas cognoscendi, omnes iuniores postero die prima luce in campo Martio adessent ; cognoscendis causis eorum qui nomina non dedissent bello perfecto se daturos tempus ; pro desertore futurum, cuius non probassent causam,—omnis iuuentus adfuit postero die. Cohortes sibi quaeque centuriones legerunt ; bini senatores singulis cohortibus praepositi. Haec omnia adeo mature perfecta accepimus ut signa, eo ipso die a quaestoribus ex aerario prompta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo sint, exercitusque nouus, paucis cohortibus ueterum militum uoluntate sequentibus, manserit ad decimum lapidem. Insequens dies hostem in conspectum dedit, castaque ad Corbionem castris sunt coniuncta. Tertio die, cum ira Romanos, illos, cum totiens rebellassent, conscientia culpae ac desperatio irritaret, mora dimicandi nulla est facta.

In exercitu Romano cum duo consules essent potestate pari, quod saluberrimum in administratione magnarum rerum est, summa imperii concedente Agrippa penes colle-

<sup>4</sup> fecisse *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>OHA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>* : fecisset *MPFBRnDLA* : fecissent *Up* <sup>6</sup> Cum in contione *M<sup>2</sup>RnDL* : cum consules in contione *Vorm.* *OH* : cum consules cum in contione *P* : consules cum in contione *P<sup>2</sup>* *D<sup>3</sup>A Edd. uet. aliq.* : consules cum in contentione *FB* : consules in contione *Up* : in *M* post cum *signa dubia* (≈ nfo) *fideliter descripta deleuit recte M<sup>2</sup>* ; *ordo uerborum in P uocem ex margine sumptam arguit*, cf. 4.

<sup>7. 10</sup> <sup>8</sup> quaeque *MOHRnL* : quoque *PFUpBDA*

gam erat ; et praelatus ille facilitati submittentis se comiter respondebat communicando consilia laudesque et aequando  
 2 imparem sibi. In acie Quintius dextrum cornu, Agrippa sinistrum tenuit ; Sp. Postumio Albo legato datur media  
 acies tuenda ; legatum alterum P. Sulpicium equitibus praeficiunt. Pedites ab dextro cornu egregie pugnauere, haud  
 4 segniter resistantibus Volscis. P. Sulpicius per medium hostium aciem cum equitatu perrupit. Vnde cum eadem reuerti posset ad suos, priusquam hostis turbatos ordines reficeret terga impugnare hostium satius uisum est ; momen-  
 toque temporis in auersam incursando aciem ancipiti terrore dissipasset hostes, ni suo proprio eum proelio equites Vol-  
 5 scorum et Aequorum exceptum aliquamdiu tenuissent. Ibi uero Sulpicius negare cunctandi tempus esse, circumuentos interclusosque ab suis uociferans, ni equestre proelium  
 6 conixi omni ui perficerent ; nec fugare equitem integrum satis esse : conficerent equos uirosque, ne quis reueheretur inde ad proelium aut integraret pugnam ; non posse illos  
 7 resistere sibi, quibus conferta peditum acies cessisset. Haud surdis auribus dicta. Impressione una totum equitatum fudere, magnam uim ex equis praecipitauere, ipsos equosque  
 8 spiculis confodere. Is finis pugnae equestris fuit. Tunc adorti peditum aciem, nuntios ad consules rei gestae mit-  
 tunt, ubi iam inclinabatur hostium acies. Nuntius deinde et uincitibus Romanis animos auxit et referentes gradum  
 9 perculit Aequos. In media primum acie uinci coepit, qua  
 10 permissus equitatus turbauerat ordines ; sinistrum deinde

70 1 facilitati *Up*, *Ald.* : facilitate *MPFBOHRnDLA* 4 auer-  
 sam *RnA<sup>2</sup>uel A<sup>3</sup>* : aduersam *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* 6 integrum *MA<sup>2</sup>*  
*Edd. uet.* : interdum *PFU<sub>p</sub>BOHA* *Ed. Rom. 1469* : in tertium *RnL* :  
 interq<sup>ū</sup> *D* reueheretur *MP<sup>2</sup>FUpB* *Edd. uet.* : reuehereatur *P* :  
 reuereatur *HRnDLA* : reuehatur *O* : reuerteretur *A<sup>2</sup>* sibi quibus  
*OHRnD<sup>1</sup> uel D<sup>3</sup>LA* : quibus sibi *MPFU<sub>p</sub>B* : fort. sibi *secludendum*

8 nuntios *MPOHRnDLA* : nuntiis *FB* (*sed in F-nc-*) : nuntii *P<sup>2</sup>* :  
 nunci *Up* *Ed. Rom. 1469* mittunt *MOHRnDLA* : mittuntur  
*PFU<sub>p</sub>B* *Ed. Rom. 1469* 9 ordines *MHRnD<sup>1</sup>LA* : ordine *P* :  
 ordinem *P<sup>2</sup>FUpBO* *Ed. Rom. 1469* : om. *D*

cornu ab Quintcio consule pelli coeptum ; in dextro plurimum laboris fuit. Ibi Agrippa, aetate uiribusque ferox, cum omni parte pugnae melius rem geri quam apud se uideret, arrepta signa ab signiferis ipse inferre, quaedam iacere etiam in confertos hostes coepit ; cuius ignominiae metu concitat<sup>11</sup> milites inuasere hostem. Ita aequata ex omni parte uictoria est. Nuntius tum a Quintcio uenit uictorem iam se immi-<sup>12</sup> nere hostium castris ; nolle inrumpere antequam sciat debel- latum et in sinistro cornu esse : si iam fudisset hostes, con- ferret ad se signa, ut simul omnis exercitus praeda potiretur. Victor Agrippa cum mutua gratulatione ad uictorem colle-<sup>13</sup> gam castraque hostium uenit. Ibi paucis defendantibus momentoque fusis, sine certamine in munitiones inrumpunt, praedaque ingenti compotem exercitum suis etiam rebus reciperatis quae populatione agrorum amissae erant reducunt. Triumphum nec ipsos postulasse -nec delatum iis ab senatu<sup>14</sup> accipio, nec traditur causa spreti aut non sperati honoris. Ego quantum in tanto interuallo temporum conicio, cum Valerio atque Horatio consulibus qui praeter Volscos et Aequos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant ne-<sup>15</sup> gatus ab senatu triumphus esset, uerecundiae fuit pro parte dimidia rerum consulibus petere triumphum, ne etiamsi impetrassent magis hominum ratio quam meritorum habita uideretur.

Victoriam honestam ex hostibus partam turpe domi de<sup>71</sup> finibus sociorum iudicium populi deformauit. Aricini at-<sup>2</sup> que Ardeates de ambiguo agro cum saepe bello certassent, multis in uicem cladibus fessi iudicem populum Romanum cepere. Cum ad causam orandam uenissent, concilio populi<sup>3</sup> a magistratibus dato magna contentione actum. Iamque editis testibus, cum tribus uocari et populum inire suffragium

<sup>10</sup> arrepta *Duker*: accepta *MPFUþOHRnDLA* Ed. Rom. 1469 Ald.

<sup>13</sup> reciperatis (i. 12. i adn.): recuperatis *MPFUþBORnDLA* : recom paratis *H*

<sup>71</sup> i ex hostibus *MPFUþBOA<sup>2</sup>* : om. *HRnDLA*

oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu, et  
 ‘Si licet’ inquit, ‘consules, de re publica dicere, errare ego  
 4 populum in hac causa non patiar.’ Cum ut uanum eum  
 negarent consules audiendum esse uociferantemque prodi  
 publicam causam submoueri iussissent, tribunos appellat.  
 5 Tribuni, ut fere semper reguntur a multitudine magis quam  
 regunt, dedere cupidae audiendi plebi ut quae uellet Scap-  
 6 tius diceret. Ibi infit annum se tertium et octogensimum  
 agere, et in eo agro de quo agitur militasse, non iuuensem,  
 uicesima iam stipendia merentem, cum ad Coriolos sit bella-  
 7 tum. eo rem se uetustate obliteratam, ceterum suae memoriae  
 infixam adferre agrum de quo ambigitur finium Coriolano-  
 rum fuisse captisque Coriolis iure belli publicum populi Ro-  
 mani factum. mirari se quonam ore Ardeates Aricinique,  
 cuius agri ius nunquam usurpauerint incolumi Coriolana-  
 re, eum se a populo Romano, quem pro domino iudicem fe-  
 8 cerint, intercepturos sperent. sibi exiguum uitae tempus  
 superesse; non potuisse se tamen inducere in animum quin,  
 quem agrum miles pro parte uirili manu cepisset, eum senex  
 quoque uoce, qua una posset, uindicaret. magnopere se  
 suadere populo ne inutili pudore suam ipse causam dam-  
 naret.

- 72 Consules cum Scaptium non silentio modo, sed cum ad-  
 sensu etiam audiri animaduertissent, deos hominesque tes-  
 tantes flagitium ingens fieri, patrum primores arcessunt.  
 2 Cum iis circumire tribus, orare ne pessimum facinus peiore  
 exemplo admitterent iudices in suam rem litem uertendo,

3 Scaptius *MPFU<sub>p</sub>BOA<sup>2</sup>*: captius *HRnDLA* Si licet *M<sup>1</sup>uel*  
*M<sup>2</sup>PFORnDLA*: scilicet *MBH*: licet *Up* dicere *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>4</sup>*  
*A*: diceret *H*: om. *RnDL* 6 octogensimum (*sed -ges-*) *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>*  
*BH* (*Hale & Buck*, p. 26): octagessimum *P*: nonagesimum *O*; *quod*  
*ante annum add.* *Vorm. marg. RnDLA* 7 quonam ore *M<sup>2</sup>D<sup>3</sup>?*,  
*Klockius*: quonam in more *D*: quonam more *M<sup>2</sup>* (*uel M*) *PFU<sub>p</sub>BOH*  
*RnLA* 8 eum senex *PFU<sub>p</sub>BOA<sup>1</sup>uel A<sup>2</sup>*: tum senex *MHRnDLA*

suadere] *hac uoce desinit in M scriba Leo*; *u. sis praef. nostram § 9.*


72 2 tribus *Perizonius*: tribunos *MPFU<sub>p</sub>BOHRnDLA* peiore  
 exemplo] *post has uoces defit H usque ad libri finem*

cum praesertim etiamsi fas sit curam emolumenti sui iudici esse, nequaquam tantum agro intercipiendo adquiratur, quantum amittatur alienandis iniuria socrorum animis. nam famae 3 quidem ac fidei damna maiora esse quam quae aestimari possent : hoc legatos referre domum, hoc uolgari, hoc socios audire, hoc hostes, quo cum dolore hos, quo cum gaudio illos ? Scaptione hoc, contionali seni, adsignaturos putarent finitimos 4 populos ? clarum hac fore imagine Scaptium ; sed populum Romanum quadruplatoris et interceptoris litis alienae personam laturum. quem enim hoc priuatae rei iudicem fecisse 5 ut sibi controversiosam adiudicaret rem ? Scaptium ipsum id quidem, etsi praemortui iam sit pudoris, non facturum.

Haec consules, haec patres uociferantur ; sed plus cupiditas 6 et auctor cupiditatis [Scaptius] ualet. Vocatae tribus iudicauerunt agrum publicum populi Romani esse. Nec abnuitur 7 ita fuisse, si ad iudices alios itum foret ; nunc haud sane quicquam bono causae leuatur dedecus iudicii ; idque non Aricinis Ardeatibusque quam patribus Romanis foedius atque acerbius uisum. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit.

2 iudici *UpA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup> Ed. Mediol.* 1478 : iudicis *MPFBORnDLA Edd.*  
*uet. priores Ald.* adquiratur *MPFU<sub>p</sub>BORnDLA* : acq- *D<sup>x</sup>* dett.  
 4 Scaptione *Rn<sup>2</sup>A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>*: scaptioni *MPFU<sub>p</sub>BRnL*: scaptioni *O* :  
*sp cationi D* : spacioni *A* hac fore *Up Nonnius* : hoc fore *MPF*  
*BORnDLA<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>* dett. : fore *A* Scaptium ; sed *Alscheski* :  
 scaptioni esse *MPFU<sub>p</sub>BORnDLA* dett. : Scaptium *Gron.* 5 quem  
 enim *MPFBOA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>* : quem *UpDA* : quem *† RnL* 6 Scaptius  
*PFU<sub>p</sub>BRnDLA* (*sed in F primum s- et ultimum -s pleniore calamo*) :  
 scapsius *M* (*sed scap- ab M<sup>1</sup> in ras.*) : om. *O*, recte, ut credimus; cf.  
 2. 40. 3 adn. et Class. *Quarterly* v (1911), p. 4 ualet. Vocatae  
*ORnD<sup>4</sup>A Ed. Parm.* 1480 : uoc . . . . ualet *M* : uoce ualet *M<sup>3</sup>* :  
 uocate ualet *P* : uocaret ualet *Up* : uocate ualet *P<sup>2</sup>FBD?* *L. Nisi*  
*uox ualet omnino delendum, quod durius uidetur, ex ordine suo detrusa*  
*per glossema Scaptius uideri potest*

*In MPFU<sub>p</sub>BO deest subscriptio Nicomachea, quae tamen recurrit solita forma (et Nicomachum Dexterum et Victorianum nominans) in *HRnDLA*. In *M* et *P* spatium uacuum relicturn sed nunquam repletum est: in *O* haec tantum: Explicit Lib. iii, tum in capite paginae sequentis Titi Liuui Liber Quartus Incipit Feliciter: in *PFB* Inc. Lib. 1111 Feliciter; in *Up* Titi Liuui quartus liber incipit*



T. LIVI  
AB VRBE CONDITA  
LIBER IV

Hos secuti M. Genucius et C. Curtius consules. Fuit 1  
annus domi forisque infestus. Nam [anni] principio et de  
conubio patrum et plebis C. Canuleius tribunus plebis roga-  
tionem promulgavit, qua contaminari sanguinem suum patres 2  
confundique iura gentium rebantur, et mentio primo sensim  
inlata a tribunis ut alterum ex plebe consulem liceret fieri,  
eo processit deinde ut rogationem nouem tribuni promulga-  
rent, ut populo potestas esset, seu de plebe seu de patribus  
uellet, consules faciendi. Id uero si fieret, non uolgari modo 3  
cum infimis, sed prorsus auferri a primoribus ad plebem  
summum imperium credebant. Laeti ergo audiere patres 4  
Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati descisse, et  
Veientes depopulatos extrema agri Romani, et Volscos  
Aequosque ob communitam Verruginem fremere; adeo uel  
infelix bellum ignominiosae paci praeferebant. His itaque 5  
in maius etiam acceptis, ut inter strepitum tot bellorum  
conticescerent actiones tribuniciae, dilectus haberet, bellum  
armaque ut summa apparari iubent, si quo intentius possit  
quam T. Quinctio consule apparatus sit. Tum C. Canu- 6  
leius, pauca in senatu uociferatus, nequiquam territando

1 1 C. Curtius *Sigon.* ex aliquot *Fastorum fontibus* (*vide C. I. L. 1<sup>2</sup>, p. 108*) et *Diodor.* 12. 31. 1 (qui tamen *praenomen* Ἀγριππαν dat), *Varr. L. Lat.* 5. 150: p. curatius *MPFU<sub>p</sub>BOHDL*: p. curactius *A*: p. curiactus *A<sup>2</sup>* Nam anni *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub><sup>2</sup>B<sup>1</sup>OHDLA*: nam ani *B*: nam animi *PUp*: anni nam *M* ‘uetus lectio,’ *Rhenan.* : anni *seclusimus* (*Praef. 5 adn.*) 3 si fieret *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHDLA*: *om.* si *P* 5 conticescerent *FBOHA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>*: conticesserent *Up*: conticiscerent *MPDLA* 6 nequiquam *POHDL*: nequaquam *M*: nequicquam *FUpBD<sup>4</sup>A*

consules auertere plebem a cura nouarum legum, nunquam eos se uiuo dilectum habituros, antequam ea quae promulgata ab se collegisque essent plebes sciuisset, confessim ad contionem aduocauit.

2 Eodem tempore et consules senatum in tribunum et tribunus populum in consules incitabat. Negabant consules iam ultra ferri posse furores tribunicios ; uentum iam ad finem esse ; domi plus belli concitari quam foris. id adeo non plebis quam patrum neque tribunorum magis quam 2 consulum culpa accidere. cuius rei praemium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere ; sic pace bonos, sic 3 bello fieri. maximum Romae praemium seditionum esse ; 4 ideo *(eas)* singulis uniuersisque semper honori fuisse. [remi- niscerentur quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepis- sent, quam liberis tradituri essent, ut quem ad modum plebs gloriari posset auctiorem amplioremque esse.] finem ergo non fieri, nec futuram donec quam felices seditiones tam 5 honorati seditionum auctores essent. quas quantasque res C. Canuleium adgressum ! conluuionem gentium, pertur- bationem auspiciorum publicorum priuatorumque adferre, ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit, ut discriminare 6 omni sublato nec se quisquam nec suos nouerit. quam enim aliam uim conubia promiscua habere nisi ut ferarum

1 6 sciuisset *Ed. Frob.* 1531 : sciuisset et *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*

2 1 ferri *PFU<sub>p</sub>BOHDLA* : ferre *MA<sup>2</sup>* adeo non *PFU<sub>p</sub>BOHD*  
*LA* : non adeo *M* 3 ideo *F?*, *Weissenb.* : id et *MPU<sub>p</sub>BOHDLA<sup>1</sup>*  
*(et fort. F ubi tres litterae ets- (uel eos uel eas?) arte coniunguntur)* : idem  
*A* : inde *Postgate* : id *Madv.* *Post hanc uocem (eas) addidimus, quod*  
*ante singulis et post ideo facile excidere potuit.* *Proximam sententiam*  
*intra §§ 10 et 11 infra, ante repetitum illud finem non fieri, posuimus,*  
*leuiter emendatam ; hic habes intra [] codicum lectionem ; ubi uariet*  
*(ipsi ; ut quem ; posset ; auctiorem ; esse) infra apparebit.* *De toto loco*  
*consulas oramus Class. Quarterly v (1911), p. 5 4 futuram *MPFBO*  
*HDLA* : futurum *Up* 5 ne quid (*secundo in loco*) *MPFU<sub>p</sub>BOA<sup>1</sup>*  
*uel A<sup>2</sup>* : neque *HDLA* incontaminati sit *P FU<sub>p</sub>B<sup>1</sup>OHDLA* : incon-  
*taminata sit B* : incontaminatis *M* 6 conubia *MPFU<sub>p</sub>BOHDA<sup>2</sup>* :  
*conubii LA?* : connubii *dett. aliq.* promiscua *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* :  
*uide sis 3. 47. 7 adn.**

prope ritu uolgentur concubitus plebis patrumque? ut qui natus sit ignoret, cuius sanguinis, quorum sacrorum sit; dimidius patrum sit, dimidius plebis, ne secum quidem ipse concors. parum id uideri quod omnia diuina humanaque 7 turbentur: iam ad consulatum uolgi turbatores accingi. et primo ut alter consul ex plebe fieret, id modo sermonibus temptasse; nunc rogari ut seu ex patribus seu ex plebe uelit populus consules creet. et creaturos haud dubie ex plebe seditionissimum quemque; Canuleios igitur Iciliosque consules fore. ne id Iuppiter optimus maximus sineret regiae 8 maiestatis imperium eo recidere; et se miliens morituros potius quam ut tantum dedecoris admitti patientur. certum 9 habere maiores quoque, si diuinassent concedendo omnia non mitiorem in se plebem, sed asperiorem alia ex aliis iniquiora postulando cum prima impetrasset futuram, primo 10 quamlibet dimicationem subituros fuisse potius quam eas leges sibi imponi paterentur. quia tum concessum sit de tribunis, iterum concessum esse. <reminiscerentur quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepissent, quam liberis tradituri essent, uel quem ad modum plebs gloriari posset <se> auctiorem amplioremque esse. > finem non fieri posse 11

6 uolgentur (*sed uulg-* *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHDLA*: *uulgerent P* 7 *pa-*  
*rum PFU<sub>p</sub>BOHLA<sup>1</sup>* *uel A<sup>2</sup>:* *patrum MDA* *dett. aliq.* *nunc MH*  
*DLA:* *nuc O:* *non PU<sub>p</sub>B:* *deinde F<sup>3</sup>* *rogari ut PFU<sub>p</sub>BOHD*  
*LA:* *rogari M* *ex plebe MPFU<sub>p</sub>BOHDLA:* *plebe M. Mueller*  
*(cf. 4. 26. 7)* *Iciliosque MU<sub>p</sub>OHDLA:* *ciliosque PB:* *alios quo-*  
*que F<sup>3</sup> (sed ali- ab F)* 10 *quia tum MHDLA:* *quia dum PFU<sub>p</sub>BO*  
*reminiscerentur . . . esse ex § 4 transtulimus ubi u. adn.* 11 *ipsi*  
*PFU<sub>p</sub>BOHDLA: om. M, fort. recte* *uel (i.e. u)* *quem ad modum*  
*scripsimus: ut quem ad modum Vorm. MPFU<sub>p</sub>BOHDLA:* *et quem ad*  
*modum dett. duo Ald.* *gloriari posset Vorm. MPUpHDL:* *gloriari*  
*possent F<sup>3</sup>B: fort. gloriaretur F??* *<se> hic addidimus* *auctio-*  
*rem Vorm. MF? UpD<sup>4</sup> (ut secundam lectionem) A:* *auctorem PBODL*  
*dett. aliq.: auctam rem F<sup>3</sup> in ras.* *esse MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>LA:* *se ē (i.e.*  
*se est) D:* *se esse dett. aliq.* 11 *finem non fieri MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*  
*finem fieri non tres dett. : seclusit Madv.:* *sinere non fieri Edd. uet. aliq.*  
*posse si in scripsi: posse sin F: posse iin M (quod ex obscurato fin*  
*accurate descriptum esse potest): posse in Vorm. ? PU<sub>p</sub>BOHDLA :* *in*  
*dett. aliq. : non posse in Madv.*

si in eadem ciuitate tribuni plebis et patres essent ; aut hunc ordinem aut illum magistratum tollendum esse, potiusque sero quam nunquam obuiam eundum audaciae temeritatique. illine ut impune primo discordias serentes concitent finitima bella, deinde aduersus ea quae concitauerint armari ciuitatem defendique prohibeant, et cum hostes tantum non arcessierint, exercitus conscribi aduersus hostes non patientur, sed audeat Canuleius in senatu proloqui se nisi suas leges tamquam uictoris patres accipi sinant dilectum haberi prohibitum ? quid esse aliud quam minari se proditurum patriam, oppugnari atque capi passurum ? quid eam uocem animorum, non plebi Romanae, sed Volscis et Aequis et Veientibus allaturam ? nonne Canuleio duce se speraturos Capitolium atque arcem scandere posse ? ni patribus tribuni cum iure ac maiestate adempta animos etiam eripuerint, consules paratos esse duces prius aduersus scelus ciuium quam aduersus hostium arma.

3 Cum maxime haec in senatu agerentur, Canuleius pro 2 legibus suis et aduersus consules ita disseruit : ‘Quanto opere uos, Quirites, contemnerent patres, quam indignos ducerent qui una secum urbe intra eadem moenia uiueretis, 3 saepe equidem et ante uideor animaduertisse, nunc tamen maxime quod adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt, quibus quid aliud quam admonemus ciues nos eorum

11 tribuni *PFBD* : tribunos *F<sup>3</sup>UpOH Madv.* : tr. *MLA* essent *scripsi* : ēē (i.e. ? essem) *ML* : eē (i.e. esse) *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>B* : esse *PFUpO HDA Madv.* 12 non arcessierint . . . hostes *MPFBODLA<sup>2</sup>* marg. : *om. HA* : add. *tantum (repetitum)* *ante* non patientur *DL* dett. aliq. : *om. non ante arcessierint Up dett. unus (Praef. 1 adn.)* 13 quid esse *MP<sup>2</sup>FUpBOHDLA* : quid est *P* se *MPF<sup>2</sup>* (*uel F<sup>1</sup> sed s- pleniore calamo*, 1. 41. 4) *UpBODA* : sed *H* : e *F?* : se . . . oppugnari *om. L* plebi *FUpOHD<sup>3</sup>A<sup>1</sup>* : plebis *MPF<sup>2</sup>BDLA* dett. aliq. 14 Ni *Madv.* : si *MPFUpBOHDLA Edd. uet. cum praecedentibus coniungentes ut et suadebat Gron.* : nisi *Luterb.* adempta *PFUpBOHDLA* : *adepcta M*

3 2 qui una *UpA<sup>2</sup>* marg. (*ut secundam lectionem*) dett. aliq. : quia una *MPFBOHDLA* dett. aliq. secum *PFUpBOHDLA* : septum *M* : septi dett. aliq. : secti *A<sup>2</sup>*

esse et, si non easdem opes habere, eandem tamen patriam incolere? Altera conubium petimus, quod finitimus exter- 4  
nisque dari solet; nos quidem ciuitatem, quae plus quam conubium est, hostibus etiam uictis dedimus: altera nihil 5  
noui ferimus, sed id quod populi est repetimus atque usur-  
pamus, ut quibus uelit populus Romanus honores mandet.  
Quid tandem est cur caelum ac terras misceant, cur in me 6  
impetus modo paene in senatu sit factus, negent se manibus temperaturos, uiolaturosque denuntient sacrosanctam potes-  
tatem? Si populo Romano liberum suffragium datur, ut 7  
quibus uelit consulatum mandet, et non praeciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris, stare urbs haec non poterit? de imperio actum est? et perinde hoc ualet, plebeiusne consul fiat,  
tamquam seruum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat? Ecquid sentitis in quanto contemptu uiuatis? Lucis 8  
uobis huius partem, si liceat, adimant; quod spiratis, quod uocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur.  
Quin etiam, si dis placet, nefas aiunt esse consulem ple- 9  
beium fieri. Obsecro uos, si non ad fastos, non ad commen-  
tarios pontificum admittimur, ne ea quidem scimus quae omnes peregrini etiam sciunt, consules in locum regum successisse nec aut iuris aut maiestatis quicquam habere quod non in regibus ante fuerit? En unquam creditis 10  
fando auditum esse, Numam Pompilium, non modo non

6 negent se *MPFU<sub>p</sub>BOH*: negentes *L*: negantes *DA* dett. *alig.*  
temperaturos *MPFU<sub>p</sub><sup>2</sup>BOHDLA*: temperantes *Up* 7 actum  
est *PFU<sub>p</sub>BOHDLA*: factum est *M* et perinde *MP<sup>2</sup>FOHD*  
*LA*: et post inde *P*: inde *Up*: et per *B* plebeiusne *UpH Ed.*  
*Lugud.* 1553 (*Drak. teste*): plebeius ne *PFBODLA Edd. uet.*: plebeius  
nec *M*: plebeius non dett. *alig.* 8 Ecquid *M*: et quid *PFU<sub>p</sub>B*  
*OHDLA* 9 fastos *MPFU<sub>p</sub>BO<sup>1</sup>* uel *O<sup>2</sup>DLA*: fatos *H*: factos *O*:  
fastus *A<sup>3</sup>* ne ea *UpO<sup>2</sup>HDLA et A<sup>4</sup>*: ne aea *O?*: nec ea  
*MPFB<sup>4</sup>A<sup>3</sup>* 10 En unquam *MA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>*: en umquam *O*: enim  
quam *PB*: en inquam *P<sup>2</sup>F<sup>2</sup>Up*: ennumquam *HDLA*: nunquam  
*Karsten*: et unquam *F?*; cf. 10. 8. 10 cum adn.; 24. 14. 3; 30. 21. 8;  
*Verg. Ecl.* 1. 67 et 8. 7

patricium sed ne ciuem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi iussu, patribus auctoribus Romae regnasse? 11 L. deinde Tarquinium, non Romanae modo sed ne Italicae quidem gentis, Demarati Corinthii filium, incolam ab Tarquiniis, uiuis liberis Anci, regem factum? Ser. Tullium post hunc, captiua Corniculana natum, patre nullo, matre serua, ingenio, uirtute regnum tenuisse? Quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipse Romulus, parens urbis, in 13 societatem regni accepit? Ergo dum nullum fastiditur genus in quo eniteret uirtus, creuit imperium Romanum. Paeniteat nunc uos plebeii consulis, cum maiores nostri aduenas reges non fastidierint, et ne regibus quidem exactis clausa urbs 14 fuerit peregrinae uirtuti? Claudiam certe gentem post reges exactos ex Sabinis non in ciuitatem modo accepimus sed 15 etiam in patriciorum numerum. Ex peregrinone patricius, deinde consul fiat, cuius Romanus si sit ex plebe, praecisa 16 consulatus spes erit? Vtrum tandem non credimus fieri posse, ut uir fortis ac strenuus, pace belloque bonus, ex 17 plebe sit, Numae, L. Tarquinio, Ser. Tullio similis, an, ne si sit quidem, ad gubernacula rei publicae accedere eum patiemur, potiusque decemuiris, taeterrimis mortalium, qui tum omnes ex patribus erant, quam optimis regum, nouis hominibus, similes consules sumus habituri?

4 At enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit.

10 accitum *MP<sup>2</sup>FBOHDLA*: acsitum *P*: ancum *Up* auctori-  
bus dett. duo *Edd. uet.*: om. *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*, sed in *F ante* patribus  
*erasum est uel a uel et* 11 *Romanae modo Vorm. MHDLA*:  
modo Romanæ *PFUpBO*: fort. modo *delendum* ab *PFBOH*  
*DL*: a *MUpA* 12 *Corniculana MPOD<sup>3</sup> in ras.*: cornicula nam  
*HL*: cornicula non *A*: cornicula *UpBA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>* dett.: corniculo (*cum*  
*captiuo pro captiua*) *F<sup>3</sup>* 13 eniteret *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOD<sup>3</sup> in ras.* *A*:  
eniteret *M*: enunterret *D*? *L*? enim terret *HD*? *L*? nunc uos  
*PFU<sub>p</sub>BOHDLA*: uos nunc dett. *aliq.*: uos *M*, fort. recte 15 fiat  
*MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: fiet dett. duo 16 fieri posse *MPFU<sub>p</sub>BOD*  
*LA*: fieri non posse *H* (*cf. 5. 49. 5 adn.*) 17 an ne si sit *PFUp*  
*BOLA*: annae si sit *D*: anne sit *M* dett. *aliq.* tum *MPFU<sub>p</sub>BO*  
*HDLA*: tamen dett. *aliq.* quam *MOHDLA*: quasi *PFU<sub>p</sub>B*  
(*cf. 5. 43. 1 adn.*)

4 1 At enim *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHDLA*: at enim uero *P*, quod probat *Luterb.*

Quid postea? Nullane res noua institui debet? et quod nondum est factum—multa enim nondum sunt facta in nouo populo—, ea ne si utilia quidem sunt fieri oportet? Pontifices, augures Romulo regnante nulli erant; ab Numa Pompilio creati sunt. Census in ciuitate et discriptio centuriarum classiumque non erat; ab Ser. Tullio est facta. Consules nunquam fuerant; regibus exactis creati sunt. Dictatoris nec imperium nec nomen fuerat; apud patres esse coepit. Tribuni plebi, aediles, quaestores nulli erant; institutum est ut fierent. Decemuiros legibus scribendis intra decem hos annos et creauimus et e re publica sustulimus. Quis dubitat quin in aeternum urbe condita, in immensum crescente noua imperia, sacerdotia, iura gentium, hominumque instituantur? Hoc ipsum, ne conubium patribus cum plebe esset, non decemuiriri tulerunt paucis his annis pessimo publico, cum summa iniuria plebis? An esse ulla maior aut insignitior contumelia potest quam partem ciuitatis uelut contaminatam indignam conubio haberi? Quid est aliud quam exsilium intra eadem moenia, quam relegationem pati? Ne adfinitibus, ne propinquitatibus immisceamur cauent, ne societur sanguis. Quid? hoc si pollut nobilitatem istam uestram, quam plerique oriundi ex Albanis et Sabinis non genere nec

I sunt *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA*: siint *M*: sint *Edd. uet.*      2 ab Numa *PFU<sup>p</sup>BOHDL*: ab nunuma *Up*: a numa *MA*      discriptio *H. J. Mueller*: discriptio *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA*; cf. *adn. ad 1. 19. 6* classiumque *MP<sup>p</sup>UpODLA*: clausumque *H*: classi usque *P*: in *F* cl . . . . que *a manu prima*; -assium add. *F<sup>3</sup> in rasura*: classumque *B*      3 fuerant *F<sup>3</sup> in ras. dett. aliq. Edd. uet.* : fuerunt *MPF?Up BOHDLA* plebi *MPFU<sup>p</sup>BHDLA*: plebis *F<sup>3</sup>OA<sup>2</sup>*      5 pessimo publico *Klockius*: pessimo exemplo publico *Vorm. MA<sup>2</sup>*: pessimo exemplo *PFUpBOHDLA*: publico add. *P<sup>2</sup> in marg. sed non liquet utrum textui superadditum an pro exemplo substitutum uoluerit*      insignitor *Vorm. MPFDLA* (*sed in A -cior*): insignitor *B*: insignior *P<sup>2</sup>UpO HA<sup>2</sup>* dett. (cf. 7. 15. 10)      6 cauent dett. *unus* (*Lovel. 4*) *Ed. Rom. 1470 Ald.* : caueant *Vorm. MPFU<sup>p</sup>BOHD<sup>3</sup>LA<sup>3</sup>* *Ed. Rom. 1469* : caueamur *D*: caueantur *A*: cauetur dett. aliq.: cauetis dett. *unus* (*Lovel. 5*)      7 quam plerique *MOHDLA*: qum plerique *P*: cum plerique *FB*: quin plerique *Up*

sanguine sed per cooptationem in patres habetis, aut ab regibus lecti aut post reges exactos iussu populi, sinceram seruare priuatis consiliis non poteratis, nec ducendo ex plebe neque uestras filias sororesque ecnubere sinendo e patribus?

8 Nemo plebeius patriciae uirgini uim adferret; patriciorum ista libido est; nemo inuitum pactionem nuptialem quem-

9 quam facere coegisset. Verum enim uero lege id prohiberi et conubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est. Cur enim non fertis, ne sit conubium diuiti-

10 bus ac pauperibus? Quod priuatorum consiliorum ubique semper fuit, ut in quam cuique feminae conuenisset domum nuberet, ex qua pactus esset uir domo, in matrimonium duceret, id uos sub legis superbissimae uincula conicitis,

qua dirimatis societatem ciuilem duasque ex una ciuitate

11 faciatis. Cur non sancitis ne uicinus patricio sit plebeius nec eodem itinere eat, ne idem conuiuium ineat, ne in foro eodem consistat? Quid enim in re est aliud, si plebeiam patricius duxerit, si patriciam plebeius? Quid iuris tandem

12 immutatur? Nempe patrem sequuntur liberi. Nec quod nos ex conubio uestro petamus quicquam est, praeterquam ut hominum, ut ciuium numero simus, nec uos, nisi in contumeliam ignominiamque nostram certare iuuat, quod contendatis quicquam est.

## 5 Denique utrum tandem populi Romani an uestrum sum-

7 habetis *MPFBOHDLA*: habeatis *Up* ecnubere *M*: enubere *Rhenan. dett. unus* (*Portug.*) : et nubere *Vorm. PFBOHDLA* : nubere *Up* *dett. aliq.* : ei nubere *A<sup>2</sup>* : *9* Cur enim non fertis *Madv.* : cur enim non confertis *MOHDLA* : cur ent (*uel in F enc?*) *ñ* confertis *FB* : curent non confertis *P* : cur non confertis *Up* *10* pactus *MPFU<sub>p</sub>BOA<sup>2</sup>* : factus *HDLA* *dett.* ex una *MPFBOH* *DLA* : una *Up* ciuitate *PFU<sub>p</sub>BOHDLA* (*cf. 2. 24. 1*) : ciuitates *MA<sup>2</sup>* (*cf. 3. 9. 4*) *11* sancitis *PFU<sub>p</sub>ODLA<sup>2</sup>* : sanatis *B* : sanctitis *M* : sancitis *A* : facitis *H* nec eodem *MPFBOHDLA* *dett.* : ne eodem *Up* *Edd. uet.* itinere eat ne idem *MPFDLA* : itinere erat ne idem *B*: itinere eat nec idem *O* : *om. H* (*om. ne idem conuiuim ineat Up*) *12* immutatur *M Ed. Rom. 1470* : imitatur *dett. aliq.* : mutatur *PFU<sub>p</sub>BOHDLA* *12* nostram *MPFU<sub>p</sub>OD<sup>3</sup>A* : uestram *BDL* *dett. aliq.*

mum imperium est? Regibus exactis utrum uobis dominatio  
an omnibus aequa libertas parta est? Oportet licere populo 2  
Romano, si uelit, iubere legem, an ut quaeque rogatio pro-  
mulgata erit uos dilectum pro poena decernetis, et simul  
ego tribunus uocare tribus in suffragium coepero, tu statim  
consul sacramento iuniores adiges et in castra educes, et  
minaberis plebi, minaberis tribuno? Quid si non quantum 3  
istae minae aduersus plebis consensum ualerent bis iam  
experti essetis? Scilicet quia nobis consultum uolebatis,  
certamine abstinuistis; an ideo non est dimicatum, quod  
quae pars firmior eadem modestior fuit? Nec nunc erit 4  
certamen, Quirites; animos uestros illi temptabunt semper,  
uires non experientur. Itaque ad bella ista, seu falsa seu 5  
uera sunt, consules, parata uobis plebes est, si conubiis  
redditis unam hanc ciuitatem tandem facitis, si coalescere,  
si iungi miscerique uobis priuatis necessitudinibus possunt,  
si spes, si aditus ad honores uiris strenuis et fortibus datur,  
si in consortio, si in societate rei publicae esse, si, quod  
aequaee libertatis est, in uicem annuis magistratibus parere  
atque imperitare licet. Si haec impediet aliquis, ferte ser- 6  
monibus et multiplicate fama bella; nemo est nomen datu-  
rus, nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro superbis  
dominis, cum quibus nec in re publica honorum nec in  
priuata conubii societas est.'

Cum in contionem et consules processissent et res a per- 6

5 2 decernetis *MOH<sup>1</sup>L* : decernitis *PFBDA* : decertis *H* : decertatis *Up* : decernatis *Up<sup>2</sup>*      ego . . . coepero *PFUpBOHDLA*  
*(nisi quod copero FB)* : ergo . . . coeperit *MA<sup>2</sup>* *marg.* (*ut secundam lectionem*)      3 Quid si non quantum *MOHDLA* : quid si nunquam tum *P* : quod si nunquam tum *FB* : quod si non quantum *Up*  
 quia nobis *Edd. uet.* (*non D*) : quia uobis *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* : fort.  
 scribendum qui a uobis nobis ita *ut* (*uos*) qui . . . uolebatis *alteri illi clausulae* *quae pars firmior respondeat*      5 si spes si *MPFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>* (*in ras.*) *A<sup>2</sup>* : si sessi *LA* : si sensim *dett. alig.*      6 impediet  
*MPFU<sub>p</sub>BDL* : impedit *OH* : impedierit *A*      fama *M<sup>2</sup>PFUpBO*  
*D<sup>x</sup>L* : famam *MDA* *dett. alig.*

petuis orationibus in altercationem uertisset, interroganti tri-  
**2** buno cur plebeium consulem fieri non oporteret, ut fortasse  
 uere, sic parum utiliter *(alter)* in praesens certamen respon-  
 dit, quod nemo plebeius auspicia haberet, ideoque decemui-  
 ros conubium diremisse ne incerta prole auspicia turbarentur.  
**3** Plebes ad id maxime indignatione exarsit, quod auspicari,  
 tamquam inuisi dis immortalibus, negarentur posse; nec  
 ante finis contentionum fuit, cum et tribunum acerrimum  
 auctorem plebes nacta esset et ipsa cum eo pertinacia certa-  
 ret, quam uicti tandem patres ut de conubio ferretur con-  
**4** cessere, ita maxime rati contentionem de plebeis consulibus  
 tribunos aut totam deposituros aut post bellum dilaturos  
 esse, contentamque interim conubio plebem paratam dilec-  
 tui fore.

**5** Cum Canuleius uictoria de patribus et plebis fauore ingens  
 esset, accensi alii tribuni ad certamen pro rogatione sua  
 summa ui pugnant et crescente in dies fama belli dilectum  
**6** impediunt. Consules, cum per senatum intercedentibus  
 tribunis nihil agi posset, concilia principum domi habebant.  
 Apparebat aut hostibus aut ciuibus de uictoria concedendum

**6 i** uertisset *PF<sup>2</sup>UpBOHD<sup>3</sup>*: uertisset et consul *dett. duo*: uertis-  
 sent *MFA<sup>2</sup>* *dett.* (*sed in F aliquid erasum, fort. primo fuit -ss&tinter-*):  
 uertisse *DLA* interroganti *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: alter roganti  
*Harant* **2** utiliter *(alter)* *scripsi* (*scil. altercantium alter*); *uide*  
*sis Class. Quarterly v* (1911), p. 5: utiliter *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*  
 respondit *MPFU<sub>p</sub>OHDLA*, *et sic uoluit B qui siglum γχ posuit*  
*(quamquam scribis saeculi undecimi, secundum Lindsay, Contract. in*  
*Lat. Minusc. pp. 3-4. 10, in iuristicis tantum formulis notum erat)*:  
 responderunt *dett. unus*: *nomen alterius trius consulis excidisse uolt*  
*Madvig*: in praesens *Curtius coniecerat Walters* **3** exarsit *MOH*  
*DLA*: *om. PFU<sub>p</sub>B*: moueri *dett. aliq.* **4** nec ante *PUpBOHD*  
*LA*: negante *M*: nonante *F<sup>3</sup>* *in ras.* concessere *Rhenan.*:  
 consensere concessere *Vorm.?*: consenserere concessere *M*: consen-  
 sere *PF<sup>3</sup>* (*et F?*) *UpBOHDLA* *quod tutatur Drak.* **4** contentionem  
*MA<sup>2</sup>* *marg.* (*ut secundam lectionem*): contionem *PFU<sub>p</sub>BOHDLA*,  
*cf. § 11 inf. et 3. 65. 5* **5** uictoria *PFU<sub>p</sub>BOHDLA*: uictoriam *M*  
 plebis *MPFU<sub>p</sub>BODLA*: de plebis *H* belli *PFU<sub>p</sub>BOHDLA*:  
*om. M* **6** posset *PFU<sub>p</sub>BOHDLA*: possit *M* concilia  
*Gron.*: consilia *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* (*num recte? cf. inf. et 2. 54. 7*)

esse. Soli ex consularibus Valerius atque Horatius non 7 intererant consiliis. C. Claudi sententia consules armabat in tribunos, Quinctiorum Cincinnatique et Capitolini sententiae abhorrebat a caede uiolandisque quos foedere icto cum plebe sacrosanctos accepissent. Per haec consilia eo deducta 8 est res, ut tribunos militum consulari potestate promisce ex patribus ac plebe creari sinerent, de consulibus creandis nihil mutaretur; eoque contenti tribuni, contenta plebs fuit. Comitia tribunis consulari potestate tribus creandis indicun- 9 tur. Quibus indictis, extemplo quicumque aliquid seditiose dixerat aut fecerat unquam, maxime tribunicii, et prensare homines et concursare toto foro candidati coepere, ut patri- 10 cios desperatio primo inritata plebe apiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret. Postremo coacti tamen a primoribus petiere, ne cessisse posses- sione rei publicae uiderentur. Euentus eorum comitiorum 11 docuit alios animos in contentione libertatis dignitatisque, alios secundum deposita certamina incorrupto iudicio esse; tribunos enim omnes patricios creauit populus, contentus eo quod ratio habita plebeiorum esset. Hanc modestiam aequi- 12 tatemque et altitudinem animi ubi nunc in uno inueneris, quae tum populi uniuersi fuit?

Anno trecentesimo decimo quam urbs Roma condita erat 7

7 consiliis *MPFU<sub>p</sub>OHDLA* (cf. 35. 18. 2) : conciliis *Edd. uet.* : con-  
sulis *B* Quinctiorum (*uel* -nt-) *PFU<sub>p</sub>BOHDL* : quinciorum *A* : quintianorum *M* 8 consilia *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* : concilia *Madv.*

deducta est res *PF<sup>1</sup>UpBODLA* : ducta est res *F*: deducta est *H<sup>1</sup>* : deducta est *H*: deducta res est *M* : *fort.* est *omittendum cum dett. uno* (*Lovel. 5*) promises *scripti* (cf. 3. 47. 7 *adn.*) : promiscue *UpOHA* *Edd. uet.* : promiscuae *MPFBDL* 9 indicuntur *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOHDLA<sup>2</sup>*: inducuntur *M* *dett. aliq.* : indicuntur *A* unquam *Crevier* : hunc quam *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* : quam *Edd. uet.* 10 apiscendi *PUpBA<sup>2</sup>* (*sed in P spatum unius litterae ante ap- uacuum est*) : adipiscendi *F<sup>3</sup>OHDLA* : adipiscendi *M* petiere *PFU<sub>p</sub>BOHDLA* : petere *M* : petere *M<sup>2</sup>* possessione *MPFU<sub>p</sub>BOD<sup>x</sup>A* : possessio-  
nes *HDL* 11 contentione *OH* : contione *MPUpB* *DLA* : concione *F* libertatis *PFU<sub>p</sub>BOHDLA* : libertati *M*

7 1 decimo *MOHDLA* : cm. *PF<sup>3</sup>UpB* (*sed in F<sup>3</sup> trecentesimo post- quam in ras.*; et in *D* xxx a *D<sup>1</sup>* in *xxxmo*, a *D<sup>3</sup>* in *cccmo* mutatum)

- primum tribuni militum pro consulibus magistratum ineunt,  
 A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cloelius, quorum  
 in magistratu concordia domi pacem etiam foris praebuit.
- 2 Sunt qui propter adiectum Aequorum Volscorumque bello  
 et Ardeatium defectioni Veiens bellum, quia duo consules  
 obire tot simul bella nequirent, tribunos militum tres creatos  
 dicant, sine mentione promulgatae legis de consulibus crean-  
 dis ex plebe, et imperio et insignibus consularibus usos.
- 3 Non tamen pro firmato iam stetit magistratus eius ius, quia  
 tertio mense quam inierunt, augurum decreto perinde ac  
 uitio creati, honore abiere, quod C. Curtius qui comitiis  
 eorum praefuerat parum recte tabernaculum cepisset.
- 4 Legati ab Ardea Romam uenerunt, ita de iniuria que-  
 rentes ut si demeretur ea in foedere atque amicitia mansuros  
 5 restituto agro appareret. Ab senatu responsum est iudicium  
 populi rescindi ab senatu non posse, praeterquam quod nullo  
 nec exemplo nec iure fieret, concordiae etiam ordinum  
 6 causa: si Ardeates sua tempora exspectare uelint arbitrium-  
 que senatui leuandae iniuria suae permittant, fore ut post-  
 modo gaudeant se irae moderatos, sciantque patribus aequa  
 curae fuisse ne qua iniuria in eos oreretur ac ne orta diu-  
 7 turna esset. Ita legati cum se rem integrum relatuos  
 dixissent, comiter dimissi.

Patricii cum sine curuli magistratu res publica esset,

<sup>1</sup> Atilius *MPFU<sub>p</sub>BODL* (*et sic Diod. 12. 32. 1*): *attilius H*: *attilius* *H*: *attilius* *A* (*Ατέλιος Dion. Hal. 11. 61. 3*) *Cloelius Sigon. ex Dion. Hal. 11. 61. 3*: *caecilius MH*: *cecilius PFU<sub>p</sub>BOA<sup>2</sup>*: *caelius DL*: *celius A dett.* <sup>2</sup> *tribunos militum] his uocibus rursus inc. Ver.* <sup>3</sup> *firmato UpA<sup>2</sup>* *M?* *PFU<sub>p</sub>BOHDLA*: *usi s M?* : *usi sunt Ver.* <sup>4</sup> *Ardea Ver. P<sup>1</sup>F* *uel A<sup>3</sup> dett. aliq.* : *famato Ver.* : *formato MPFBOHDA* : *for . . mato L* *C. Curtius Sigon. (uide c. 1. 1 sup. adn.)*: *centum curiatius MA<sup>2</sup>*: *c. curiatius PFU<sub>p</sub>BOHDLA* : *c. curatius Ver.* <sup>5</sup> *nullo nec Ver.* *UpBOHDLA*: *ardeatibus M*: *ardeat P* <sup>6</sup> *ut . . . irae Ver. PFU<sub>p</sub>BHDLA* (*sed uide inf.*): *om. M*: *om. ut O* <sup>7</sup> *iram H*: *ire ODLA*: *iram Ver. PFU<sub>p</sub>B* <sup>8</sup> *oreretur Ver. MPFBHL*: *oriretur UpODA* (*cf. 2. 16. 2 adn.*) <sup>9</sup> *comiter dimissi Ver. MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>A*: *comiter dimiter dimisit P*: *cuncte dimissi D?* : *cum iter L (om. dimissi)*

coiere et interregem creauere. Contentio consulesne an tribuni militum crearentur in interregno rem dies complures tenuit. Interrex ac senatus, consulum comitia, tribuni plebis 8 et plebs, tribunorum militum ut habeantur, tendunt. Vicere patres, quia et plebs, patriciis seu hunc seu illum delatura honorem, frustra certare supersedit, et principes plebis ea 9 comitia malebant, quibus non haberetur ratio sua, quam quibus ut indigni praeterirentur. Tribuni quoque plebi certamen sine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. T. Quintius Barbatus interrex consules creat L. Papirium 10 Mugillanum, L. Sempronium Atratinum. *⟨Suffectis⟩* his consulibus cum Ardeatibus foedus renouatum est; idque monumenti est consules eos illo anno fuisse, qui neque in annalibus priscis neque in libris magistratum inueniuntur. Credo, quod tribuni militum initio anni fuerunt, eo perinde 11 ac totum annum in imperio fuerint, [suffectis iis consulibus]

7 coiere *P<sup>2</sup>F<sup>3</sup>UpOHA*: coire *Ver.* *FB*: coierere *MDL*: colere *P* an *Ver.* *PF<sup>3</sup>* in *ras.* *UpBOHDLA*: ante *M*; cum idem mendum 4. 12. 4 ante eandem uocem recurrat credo utrobique scribae comitem aliquem in dictando balbutientem in causa fuisse; cf. etiam cc. 10. 1; 13. 10; 24. 4 8 plebs *MPFU<sup>p</sup>BHA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>*: plebs *Ver.* : plebi *DLA*: plebes *O* Vicere *Ver.* *F*: uicerunt *MPF<sup>2</sup>UpBOHDLA* et plebs *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA*: om. et *Ver.* delatura *MPFU<sup>p</sup>B* *OHDLA*: delaturam *Ver.* 9 ratio sua *Ver.* *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA*: ratio sui dett. aliq. 9-10 reliquere. Titus *O*: reliquere Tit's *Ver.* : reliquere. *† PF<sup>3</sup>UpHDLA* : relinquere. *† B* dett. aliq.: reliqueretur *MF?* 10 Mugillanum dett. aliq. *Sigon.* (cf. c. 42. 2 ubi codd. mugilianus *praebent*) et sic inscc. e. g. *Fasti Capit.* anno 422 a. C. n. C. I. L. ii, p. 112 et *Dion. Hal.* 11. 62. 2 (*Μογιλλα-*): mugilanum *Ver.* *MPFU<sup>p</sup>B<sup>1</sup>OHDLA* cf. cc. 43. 9 et 47. 8; nec pro certo adfirmare ausim *Liuum* uelustiore huius nominis scriptura consonantis -l- signo non geminato nusquam usum esse; cf. e. g. 1. 24. 6 cum 3. 4. 1 *⟨Suffectis⟩ addidit Walters ex loco depravato qui in § 11 inf. sequitur ubi uide adn.*; et in *M* ubi linea 33 litterarum cum his cons. incipit, linea praecedens 26 tantum habet nec spatum suum explet; neque est ulla alia in tota columna quae minus 29 habet, contra plures sunt quae 34 uel 35 exhibent; probabile est igitur aliquid aliquando hic excidisse eos *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA*: eo *Ver.* 11 fuerunt, eo *M<sup>1</sup>PFU<sup>p</sup>BOHDLA*: fuerunta . . ? *Ver.*: fuit eo *M* perinde ac *Ver.* : perinde ac si *MF<sup>2</sup>* uel *F<sup>3</sup>OH* *DLA*: postinde ac si *PFU<sup>p</sup>B* suffectis iis consulibus praetermissa *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA* (sed in *Up* suffecti, in *O* his): s . . fec. i. s iis cons. praetermissa *Ver.*: *Creverium secutus delet Walters* (eo

12 praetermissa nomina consulum horum. Licinius Macer auctor est et in foedere Ardeatino et in linteis libris ad Monetae ea inuenta. Et foris, cum tot terrores a finitimiis ostentati essent, et domi otium fuit.

8 Hunc annum, seu tribunos modo seu tribunis suffectos consules quoque habuit, sequitur annus haud dubiis consilibus, M. Geganio Macerino iterum T. Quinctio Capitolino 2 quintum. Idem hic annus censurae initium fuit, rei a parua origine ortae, quae deinde tanto incremento aucta est, ut morum disciplinaeque Romanae penes eam regimen, senatui equitumque centuriis decoris dedecorisque discrimen, [sub dictione eius magistratus ius] publicorum ius priuatorumque locorum, uestigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio

*libentius quod in M littera p in praetermissa sic formata est, p, cuius ansa, ut ita dicam, paene certum indicium uidetur hic finiri glossema ex margine sumptum; et in O post suffectis interpunctum est. Scilicet in § 10 exciderat suffectis; tum postea corrector hoc uerbum in margine scripsit additis uocibus his cons. ut locum supplementi indicaret; tum totum glossema in § 11 perperam inrepsit. Cf. Praef. 1 adn. et Cl. Quarterly v (1911) p. 6: suffectos iis consules praetermissos. Nomina Madv.: suffectorum his consulum praetermissa nomina Momms., qui in sequentibus horum consulum delet.* 12 et in foedere MPFU<sup>p</sup> BOHDLA: etiam in foedere Ver. ad Monetae ea Momms.: ad monetae Ver.: ad monetae POHDLA: ad monete MFB: amonnet Up inuenta Ver. Up: inuenta MOHL: inuenta PFBDA

Et foris MPFU<sup>p</sup> BOHDLA: om. et Ver.

8 1 quintum Gron.: quintum consule MPFU<sup>p</sup> BHDLA: quintum consulem O: quinto consule F<sup>3</sup>: in Ver. ut nunc est post quintum uacat spatium 4 litterarum 2 senatui M. Mueller, optime: senatus Ver. MPFU<sup>p</sup> BOHDLA (sed in M -u- insolitam formam habet (u non u) credique potest in exemplari senatui in senatus correctum fuisse scribamque Mediceum ut saepissime (cf. 1. 7. 5 adn.) dubium signum fideliter referre conatum esse): in senatu Madv. centuriis Ver. MPFU<sup>p</sup> BOHDLA: centuriae dett. duo: in centuriis Weissenb.

sub dictione eius magistratus ius Ver.: sub ditione eius magistratus MHD<sup>x</sup>: sub dictione eius magistratus DLA (sed in A dicci-): sub conditione eius magistratus PFU<sup>p</sup> BO (sed -dici- P<sup>2</sup>F et -ionē B, -ione B<sup>1</sup>): totum seclusi: sub ditione magistratus eius Mommsen

publicorum ius Ver. PFU<sup>p</sup> BOHDLA: om. ius M arbitrio MPFU<sup>p</sup> BOHDLA: arbi. . . . Ver. in fine lineae ubi nunc 13 tantum litterae supersunt: eius addidit Luterbacher. Corruptelarum origo haec fuisse uidetur quod glossema sub ditione eius magistratus uocibus nutu atque arbitrio adscriptum perperam in lineam superiore in-

⟨eius⟩ essent. Ortum autem initium est rei, quod in 3 populo per multos annos incenso neque differri census poterat neque cōsulibus, cum tot populorum bella imminerent, operaे erat id negotium agere. Mentio inlata 4 apud senatum est rem operosam ac minime consulairem suo proprio magistratu egere, cui scribarum ministerium custodiaeque tabularum cura, cui arbitrium formulae censendi subiceretur. Et patres quamquam rem paruam, tamen quo 5 plures patricii magistratus in re publica essent, laeti accepere, id quod euenit futurum, credo, etiam rati, ut mox opes eorum qui praeessent ipsi honori ius maiestatemque adicerent, et tribuni, id quod tunc erat, magis necessarii quam 6 speciosi ministerii procreationem intuentes, ne in paruis quoque rebus incommode aduersarentur, haud sane tenebantur. Cum a primoribus ciuitatis spretus honor esset, 7 Papirium Semproniumque, quorum de consulatu dubitatur, ut eo magistratus parum solidum consulatum explerent, censi agendo populus suffragiis praefecit. Censores ab re appellati sunt.

Dum haec Romae geruntur, legati ab Ardea uenient, pro 9 ueterrima societate renouataque foedere recenti auxilium

*repsit. De toto loco uide sis Cl. Quarterly v (1911), p. 6 : in Ver., cum linea praecedens 21 litteras habet, uox eius post arbitrio perisse credi potest ; nec uox magistratus quam olim hic addidi nunc mihi adeo necessaria uidetur 3 est rei PFUpBOHDLA : fiunt rei M : sit rei M<sup>2</sup> : num ferunt scribendum ? an est dumtaxat delendum ? Nam fiunt ex perperam repetito -tium natum esse potest per multos an-] post haec deficit Ver. usque ad c. 9. 11 consulibus MOHDLA : in consulibus PFUpB 4 apud senatum Madv. : ab senatum MPB : ab senatu M<sup>2</sup>FUpOHDLA : ad senatum P<sup>2</sup>Alsch., fort. recte tabularum Crevier : et tabularum M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PFUpBOHDLA : et tabularis M? 6 necessarii Madv. : necessarium MPFUpBOHDLA (sed in F post n- aliquid erasum est) : necessarium Ald. in Praef. 7 dubitatur dett. unus (Lovel. 4) Edd. uet. : dubitur H : dubitabatur MPFUpBODLA, quod quidem retineri possit si quis interpretari uelit ‘nos ipsi proxime (c. 7. 10-12) dubitabamus’.*

9 1 renouataque scripsi : renouatoque MPFUpBOHDLA, sed in F -o- ante -q pleniore calamo scriptum est (1. 41. 4 adn.) : renouato dett. duo

2 prope euersae urbi implorantes. Frui namque pace optimo  
 consilio cum populo Romano seruata per intestina arma  
 non licuit ; quorum causa atque initium traditur ex certamine  
 3 factionum ortum, quae fuerunt eruntque pluribus populis  
 exitio quam bella externa, quam fames morbiue quaeque  
 alia in deum iras uelut ultima publicorum malorum uertunt.  
 4 Virginem plebeii generis maxime forma notam <duo> petiere  
 iuuenes, alter uirgini genere par, tutoribus fretus, qui et ipsi  
 eiusdem corporis erant, nobilis alter, nulla re praeterquam  
 5 forma captus. Adiuuabant eum optumatium studia, per  
 quae in domum quoque puellae certamen partium pene-  
 trauit. Nobilis superior iudicio matris esse, quae quam  
 splendidissimis nuptiis iungi puellam uolebat : tutores in ea  
 6 quoque re partium memores ad suum tendere. Cum res  
 peragi intra parietes nequisset, uentum in ius est. Postulatu  
 audito matris tutorumque, magistratus secundum parentis  
 7 arbitrium dant ius nuptiarum. Sed uis potentior fuit ;  
 namque tutores, inter suae partis homines de iniuria decreti  
 palam in foro contionati, manu facta uirginem ex domo  
 8 matris rapiunt ; aduersus quos infestior coorta optumatium  
 acies sequitur accensum iniuria iuuenem. Fit proelium  
 atrox. Pulsa plebs, nihil Romanae plebi similis, armata ex  
 urbe profecta, colle quodam capto, in agros optumatium cum

2 causa *PFUpBOHDLA* : causae *M*      3 fuerunt (fuerū) *M* :  
 fuere *PFUpBOHDLA*<sup>2</sup> : fuisse *A* ; cf. 26. 46. 6 et contra c. 7. 8 sup.  
*ubi consonans insequitur*      exitio *Wesenberg* : magis exitio *MPFUUpB*  
*OHDLA* : tuetur *Zingerle* pluribus in plerisque mutando      in deum  
*M*<sup>1</sup>*PFUpBOHDLA* : in deos *M*      4 notam duo *Kiehl* : notam  
*MPFUUpBOHDLA*, sed post m facile perit II      5 per quae *PFUpB*  
*OHD<sup>3</sup>A*<sup>2</sup> (sed in *B* perq; in *H* per qua<sup>3</sup>) : per quam *DLA* : per qua  
*M* : *malimus seclusum*      in domum *PFUp<sup>2</sup>BOHD<sup>4</sup>LA*<sup>2</sup> : in domo  
*MUp* : om. *DA*      6 intra *PFUpBOHDLA* : inter *M* dett. aliq.  
 dant ius *PFUpBO<sup>1</sup>HDLA* (sed in *D* supra -u- aliquid erasum) : dan-  
 tium *M* : dant ius ius *O*?      7 potentior . . . coorta om. *P*, add. *P<sup>2</sup>*  
 marg.      contionati *MP<sup>2</sup>FUpBOHD<sup>x</sup>(?D<sup>1</sup>)A* (sed in *F* conci-) :  
 contionanti *DL* : contionantes *L<sup>2</sup>* dett.      8 plebi *PFUpBOHD*  
*LA* : plebis *M*

ferro ignique excursiones facit ; urbem quoque, omni etiam 9 expertum ante certaminis multitudine opificum ad spem praedae euocata, obsidere parat ; nec ulla species cladesque 10 belli abest, uelut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum funestas nuptias ex occasu patriae potentium. Parum 11 parti utrius domi armorum bellique est uisum ; optumates Romanos ad auxilium urbis obsessae, plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos exciueret. Piores Volsci duce Aequo 12 Cluilio Ardeam uenere et moenibus hostium uallum obiecere. Quod ubi Romam est nuntiatum, extemplo M. Geganius 13 consul cum exercitu profectus tria milia passuum ab hoste locum castris cepit, praecipitique iam die curare corpora milites iubet. Quarta deinde uigilia signa profert ; coepitumque opus adeo adproperatum est, ut sole orto Volsci firmiore se munimento ab Romanis circumuallatos quam a se urbem uiderent ; et alia parte consul muro Ardeae 14 brachium iniunxerat, qua ex oppido sui commeare possent.

Volscus imperator, qui ad eam diem non commeatu praeparato sed ex populatione agrorum rapto in diem frumento aluisset militem, postquam saeptus uallo repente inops omnium rerum erat, ad conloquium consule euocato, si sol-

9 omni Morstadt : omnis MPFU<sub>p</sub>BOHDLA (*scilicet omni in omni corruptum est*) expertum Walters : expertem MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : experte Drak., quod pro experti (*Neue-Wagener, Lat.-Formenl. ii<sup>8</sup>. 72*) accipere nollemus etiam si per se placeret euocata M<sup>1</sup>P FU<sub>p</sub>BO : aeuocata H : aduocata DLA dett. : reuocata M 11 -tes Romanos] his litteris rursus inc. Ver. 12 Cluilio Ed. Frob. 1535 (cf. I. 22. 4 adn.) : ciuilio Ver. D<sup>4</sup>A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup> : ciuili MPFU<sub>p</sub>BOHDLA 13 tria milia passuum UpOHA<sup>3</sup> : III mi<sup>l</sup> passum MPFBDLA : . . . i passuum Ver. (i. e. om. mil.) corpora Ver. MPF<sup>1</sup>UpBOHD<sup>3</sup>A : corpore DL : corpora (sed post milites) F munimento Ver. PF UpBHDLA : monumento MO a se MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : ab se Ver.

14 iniunxerat MPFBOHDL<sup>2</sup>A (*sed in B -ncx-*) : iniunxerat Up : induixerat L? : iunxerat Ver. A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup> qua ex PFU<sub>p</sub>BOHD<sup>x</sup>A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup> : quae ex MDA : que ex L : qua . Ver.

10 i ad eam diem MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : ad eadem diem Ver. repente inops omnium PU<sub>p</sub>OHD<sup>1</sup>L : repente inobs omnium FBDA : rerepente in obsonium M : repente in . . . . . nium Ver. ; cf. c. 7. 7 sup. adn. consule PFU<sub>p</sub>BOHDLA : consulis M : defit Ver.

uendae obsidionis causa uenerit Romanus, abducturum se  
 2 inde Volscos ait. Aduersus ea consul uictis condiciones ac-  
 cipiendas esse, non ferendas respondit, neque ut uenerint ad  
 oppugnandos socios populi Romani suo arbitrio, ita abituros  
 3 Volscos esse. Dedi imperatorem, arma poni iubet, † fatentes  
 uictos se esse et imperio parere † ; aliter tam abeuntibus quam  
 manentibus se hostem infensum uictoriam potius ex Volscis  
 4 quam pacem infidam Romam relaturum. Volsci exiguam  
 spem in armis alia undique abscisa cum temptassent, praeter  
 cetera aduersa loco quoque iniquo ad pugnam congressi, ini-  
 quiore ad fugam, cum ab omni parte caederentur, ad preces  
 a certamine uersi, dedito imperatore traditisque armis sub  
 iugum missi, cum singulis uestimentis ignominiae cladisque  
 5 pleni dimittuntur ; et cum haud procul urbe Tusculo conse-  
 dissent, uetere Tuscanorum odio inermes oppressi dede-  
 6 runt poenas, uix nuntiis caedis relictis. Romanus Ardeae  
 turbatas seditione res principibus eius motus securi percussis  
 bonisque eorum in publicum Ardeatum redactis composuit ;  
 demptamque iniuriam iudicii tanto beneficio populi Romani  
 Ardeates credebant ; senatui superesse aliquid ad delendum  
 7 publicae auaritiae monumentum uidebatur. Consul triun-  
 phans in urbem reddit, Cluilio duce Volscorum ante currum

1 Volscos *Ver.* *PFUpOA* : uuolscos *B* : uulscos *DL* : uulscus *M*  
 2 uictis *MPFUpBOHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : uicti . *Ver.* : uictus *DLA* esse *PF*  
*UpBOHDLA* : om. *M*, fort. recte : *defit Ver.*, ubi spati<sup>i</sup> ratio esse nec  
*postulat neque excludit* 3 esse et imperio *MPFUpBOHDLA* :  
 esse, imperio *Bekker* : *defit Ver.* nec decernit spati<sup>i</sup> ratio : malim aut  
 esse imperio parerent aut, quod *Walters*, et transferre ut post iubet stet ;  
*hoc libenter accipiamus simul atque aliud exemplum reperianus Actiuae*  
*Vocis cum Passiua eidem verbo iubet coniunctae* infensum *MPF*  
*UpBOHDLA* (*cf. 2. 12. 12 adn.*) : infestum *Ver.* dett. unus (*Harl. 2*) :  
 infessum dett. *aliq.* 4 alia undique abscisa *MPFUpBOD<sup>x</sup>HA<sup>2</sup>*  
*uel A<sup>3</sup>* : . . . . . dique abscisa *Ver.* : alia undique abscissa dett. *aliq.* :  
 aliam undique abscisam *Vorm.* ? *DLA* dett. *aliq.* 6 Ardeae tur-  
 batas seditione res *UpOHD<sup>3</sup>A<sup>3</sup> uel A<sup>4</sup>* : Ardeae turbata seditione res  
*MPFBD?LA* dett. (*sed in B -daee*) : Ardea turbata seditione *Ver.*  
 7 *Cluilio Vascosanus* (*cf. c. 9. 12 sup. et 1. 22. 4 adn.*) : Ciuiilio *MOH*  
*DLA* : Ciuiili *Ver.*? *PFUpB* currum *PFUpBOHDLA* : curru.  
*Ver.* : circum *M*

ducto praelatisque spoliis quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat.

Aequauit, quod haud facile est, Quintius consul togatus <sup>8</sup> armati gloriam collegae, quia concordiae pacisque domesticam curam iura infimis summisque moderando ita tenuit ut eum et patres seuerum consulem et plebs satis comem crediderint. Et aduersus tribunos auctoritate plura quam certamine tenuit; quinque consulatus eodem tenore gesti uitaque omnis consulariter acta uerendum paene ipsum magis quam honorem faciebant. Eo tribunorum militarium nulla mentio his consulibus fuit; consules creant M. Fabium Vibulanum, <sup>II</sup> Postumum Aebutium Cornicinem. Fabius et Aebutius consules, quo maiori gloriae rerum domi forisque gestarum succedere se cernebant, maxime autem memorabilem annum apud finitimos socios hostesque esse quod Ardeatibus in re praecipi tanta foret cura subuentum, eo impensius ut 3 delerent prorsus ex animis hominum infamiam iudicii, senatus consultum fecerunt ut, quoniam ciuitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eo praesidii causa aduersus Volscos scriberentur. Hoc palam relatum <sup>4</sup> in tabulas, ut plebem tribunosque falleret iudicii rescindendi consilium initum; consenserant autem ut, multo maiore parte Rutulorum colonorum quam Romanorum scripta, nec ager ullus diuideretur nisi is, qui interceptus iudicio infami

<sup>8</sup> quia *UpHL Gron.*: qua *MPFBODA*: qui dett. aliq.: defit *Ver.* domesticam *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: defit *Ver.* : domesticae *Iac. Gron.*, *fort. recte, sed cf. I. 9. 13 adn.* <sup>9</sup> honorem *Ver.* *MPFBOHD LA<sup>1</sup>*: honores *A* : honorabilem *Up* dett. aliq. faciebant *MPF UpBHDLA* : faciebat *Ver.* *O Edd. uel. fort. recte* nulla mentio *Ver.* *MOHDLA* : nunc lamentatio *PFU<sub>p</sub>B*

<sup>II</sup> i creant *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* : creatur *Ver.* qui et *Nominatiuos pro Accusatiuis in seq. praebet* Vibulanum, Postumum *MPFBO HDL* : Vibulanum Postumium *UpA* dett. aliq. : Bibulanus Postumius *Ver.* Cornicinem *MPFU<sub>p</sub>BODLA* : cornicem *H* dett. unus: . ornicen *Ver.*? <sup>2</sup> foret *MPFU<sub>p</sub>BODLA* : fore *Ver.* : feret *H* <sup>3</sup> coloni eo *MPFU<sub>p</sub>ODLA* : colini eo *B*: coloni e. *Ver.* : colonie *H*: colono eo *Up* <sup>4</sup> ullus *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BHDA* : ullis *OD<sup>x</sup>*: nullus *L* nisi is *MPFU<sub>p</sub>BOHA* : nisi his *DL* : nisi hiis *Ver.*

erat, nec ulli prius Romano ibi quam omnibus Rutulis  
 5 diuisus esset, gleba ulla agri adsignaretur. Sic ager ad  
 Ardeates rediit. Triumuiri ad coloniam Ardeam deduc-  
 cendam creati Agrippa Menenius T. Cloelius Siculus  
 6 M. Aebutius Helua. Qui praeter minime populare ministerium  
 <cum> agro adsignando sociis quem populus Romanus  
 suum iudicasset [cum] plebem offendissent, ne primoribus  
 quidem patrum satis accepti, quod nihil gratiae cuiusquam  
 7 dederant, uexationes ad populum iam die dicta ab tribunis,  
 [coloni adscripti] remanendo in colonia quam testem in-  
 tegrity iustitiaeque habebant uitauere.

12 Pax domi forisque fuit et hoc et insequente anno, C. Furio  
 2 Paculo et M. Papirio Crasso consulibus. Ludi ab de-  
 cemuiris per secessionem plebis a patribus ex senatus con-  
 3 sulto uoti eo anno facti sunt. Causa seditionum nequ quam  
 a Poetilio quaesita, qui tribunus plebis iterum ea ipsa  
 4 denuntiando factus, neque ut de agris diuidendis plebi  
 referrent consules ad senatum peruincere potuit, et cum  
 magno certamine obtinuisse ut consulerentur patres, con-

5 Cloelius Ed. Frob. 1531 (cf. c. 7. 1) : ciuilius Ver. MPFB : ciuilius  
*OHD<sup>3</sup>LA* : ciuius D : duilius Up Helua PU<sub>p</sub>*OHDLA* : aelua  
 B : elua M<sup>2</sup>F : hel . . Ver. : erua M : helna A : helbia A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>

6 praeter (uel preter) MPFU<sub>p</sub>*OHDLA* et sic Ver. ubi . . . t . . su-  
 perest : propter BD<sup>4</sup> (ut secundam lectionem) dett. : per dett. duo  
 ministerium Ver. MPFU<sub>p</sub>*BOHDLA* (sed post hanc uocem defit Ver.) :  
 ministerium <cum> scripsi (et in Ver. sufficit spatium) [cum]  
 plebem MPFU<sub>p</sub>*BOHDLA* : defit Ver. sed sufficit spatium : cum hic  
 deleui, uide sis Cl. Quarterly v (1911), p. 7 adsignando MPFU<sub>p</sub>  
*BOHDLA* (sed in O ass-) : adsignandos Ver. 7 coloni adscripti  
*PUpBOHD<sup>3</sup>LA* (sed in O assc-, in A asc-) : coloni adscribiti M :  
 colonis adscripti D dett. unus Ed. Paris. 1573 : coloni adscripta F : om.  
 Ver. rectissime

12 1 et insequente MPFU<sub>p</sub>*BH* : et in . . . -nte Ver. : et in sequenti  
 O : insequente A : in sequente DL Paculo scripsi (cf. 26. 33. 8  
 et Osc. Paakul) : pacilio PFU<sub>p</sub>*BOHDLA* : . . . lio Ver. : p. M :  
 Pacilio Sigon. ex Fast. Cap. anni 251 a. C. n. (C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 136 ; cf.  
 Πάκελλος Chron. Pasch., ibid. p. 108) ; cf. cc. 22. 7 et 52. 1 et 3. 7. 6  
 3 nequ quam OHDLA : nequaquam MPFB A<sup>2</sup> : nequicquam Up : nec-  
 quicquam Ver. D<sup>4</sup> Poetilio Sigon. ex Fast. Cap. (uide sis adn. ad  
 3. 35. 11) : poetilio Ver. PU<sub>p</sub>*HDL* : poetirio M : potilio F : petilio BOA

sulum an tribunorum placeret comitia haberi, consules creari iussi sunt; ludibrioque erant minae tribuni denuntiantis se 5 dilectum impediturum, cum quietis finitimus neque bello neque belli apparatu opus esset

Sequitur hanc tranquillitatem rerum annus Proculo 6 Geganio Macerino L. Menenio Lanato consulibus multiplici clade ac periculo insignis, seditionibus, fame, regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto; unum 7 afuit bellum externum; quo si adgrauatae res essent, uix ope deorum omnium resisti potuisset. Coepere a fame mala, seu aduersus annus frugibus fuit, seu dulcedine conditionum et urbis deserto agrorum cultu; nam utrumque traditur. Et patres plebem desidem et tribuni plebis nunc fraudem, nunc neglegentiam consulum accusabant. Postremo 8 per pulere plebem, haud aduersante senatu, ut L. Minucius praefectus annonae crearetur, felicior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus quam ad curationem ministerii sui, quamquam postremo annonae quoque leuatae haud immeritam et gratiam et gloriam tulit. Qui cum multis 9 circa finitimos populos legationibus terra marique nequ quam missis, nisi quod ex Etruria haud ita multum fru-

4 an Ver. *PFUpBOHDLA* : ante *M*, cf. 4. 7. 7 adn. 5 bello  
neque *MP<sup>2</sup>FUpBOHDLA* : om. Ver. : bello q neque *P* 6 Pro-  
*MPFUpBOA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* (*Πρόκλος Diod. Sic.* 12. 36. 1) : om. *HDLA*  
dett. 7 *consulibus (uel coſſ)* *MPFUpHA* : coſſ *B* : coſſ *ODL* :  
coſſ *F<sup>2</sup>* : add. ubi Ver. 7 afuit Ver. *MPBHDL* : affuit *FUpA*  
dett. aliq. : ab fuit *F<sup>3</sup>* : fuit *O* 8 quo si Ver. *PFUp<sup>2</sup>BOHDA* : quod  
si *MUpL* omnium resisti Ver. *MPFUpBOHDLA* dett. : omnium  
sistī *Gron.*, *Madv. Ed.* 3 : hominumque sistī *Madv. Emend<sup>2</sup>.* p. 115  
seu aduersus Ver. *MPFUpBO* (*ubi seu in fine lineae*) *HDLA* : seu quod  
aduersus *malit Walters* 8 plebem Ver. *MPF<sup>2</sup>UpBOHDLA* :  
plebei *F?* dett. aliq. haud aduersante *MF<sup>3</sup> in ras.* *OA* : aut  
aduersante Ver. *D* : haut aduersante *D<sup>4</sup>* : ut aduersante *L* : haud  
auersante *Up* : haud uersante *P* : haut uersante *B* 9 curationem  
*MPFUpBOHDLA* : curatione Ver. annonae quoque *M<sup>1</sup>* uel  
*M<sup>2</sup>PFUpBOHDLA* : annoae quoq. Ver. : quoque annonae *M* et  
gratiam Ver. *Vorm.?* *MUp* : om. et *PFBOHDLA* 9 ex Etruria  
Ver. *PFUpOD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* (*fort. e etruria D<sup>8</sup>* : ex etruria *D<sup>4</sup>*) : extruria *MBH* :  
et exruria *D?L* : et etruria *A*

menti adiectum est, nullum momentum annonae fecisset,  
 10 et reuolutus ad dispensationem inopiae, profiteri cogendo  
 frumentum et uendere quod usui menstruo superesset, frau-  
 dandoque parte diurni cibi seruitia, criminando inde et obi-  
 ciendo irae populi frumentarios, acerba inquisitione aperiret  
 11 magis quam leuaret inopiam, multi ex plebe, spe amissa,  
 potius quam ut cruciarentur trahendo animam, capitibus  
 obuolutis se in Tiberim praecipitauerunt.

13 Tum Sp. Maelius ex equestri ordine, ut illis temporibus  
 praediuies, rem utilem pessimo exemplo, peiore consilio est  
 2 adgressus. Frumento namque ex Etruria priuata pecunia  
 per hospitum clientiumque ministeria coempto, quae, credo,  
 ipsa res ad leuandam publica cura annonam impedimento  
 3 fuerat, largitiones frumenti facere instituit; plebemque hoc  
 munere delenitam, quacumque incederet, conspectus elatus-  
 que supra modum hominis priuati, secum trahere, haud  
 4 dubium consulatum fauore ac spe despondentem. Ipse, ut  
 est humanus animus insatiabilis eo quod fortuna spondet,  
 ad altiora et non concessa tendere et, quoniam consulatus

9 nullum Ver., Drak. (*qui putasse uidetur hanc lectionem in H et L  
 praesto esse*): ut nullum MPFBOHDLA: ut ullum Up 10 profiteri  
 Vorm. ? MPFBOH: profi . ri Ver.: confiteri DLA: proficere Up  
 et uendere MPFBOHDLA: ut uenderet Ver.: uendere Up: ut  
 uenderent Mommsen usui Ver. MA<sup>2</sup> Ed. Ven. 1495: usu PFUpB  
 OHDLA (cf. 9. 41. 7) parte HD<sup>x</sup> A<sup>3</sup> Edd. uet.: partem Ver. MP  
 FU<sub>p</sub>BODLA seruitia MPFU<sub>p</sub>BOHA<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>: ser . . . . . Ver.:  
 seuitiae D?: saeuitia LA dett. aliq.: seu uitia D<sup>3</sup> (*an seruitia D<sup>5</sup>? cf.  
 c. 43. 10 adn.*)

13 1 ex equestri MP<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BODLA: ex sequestri Ver. P: exques-  
 tri H peiore Ver. M? FU<sub>p</sub>BOD<sup>x</sup>A: peiorem M<sup>1</sup>PDL: peior  
 est H 2 hospitum Ver. F<sup>3</sup> Edd. uet.: hostium MPUpBODLA:  
*quod in H cum praecedente per male scripto (p pro p) in postium conflatum est* publica cura annonam MPFU<sub>p</sub>BOHA<sup>2</sup> (*sed in M  
 annonam*): publicam curam annonam Ver.: publicam curam annonam  
 DLA 3 delenitam Ver. PFBHD<sup>2</sup>L: delinimat MF<sup>3</sup>UpODA  
 incederet Ver. UpOHD<sup>3</sup>LA<sup>2</sup>: incedere et PFBD: inceder A:  
 incideret M elatusque MPUpBHDLA<sup>2</sup>: datusque F: relatusque  
 O: elatumque A: inflatusque Ver. priuati M<sup>2</sup>PFUpBOHDLA:  
 priuatis Ver. M fauore ac spe despondentem MPFU<sub>p</sub>BOH:  
 ei fauore ac spe despondentem DLA dett. Edd. uet.: plebeio fauore  
 ac sipe despondente Ver.

quoque eripiendus inuitis patribus esset, de regno agitare: id unum dignum tanto apparatu consiliorum et certamine quod ingens exsudandum esset praemium fore. Iam comitia 5 consularia instabant; quae res eum necdum compositis maturisue satis consiliis oppressit. Consul sextum creatus 6 T. Quinctius Capitolinus, minime opportunus uir nouanti res; collega additur ei Agrippa Menenius cui Lanato erat cognomen; et L. Minucius praefectus annonae seu refectus 7 seu, quo ad res posceret, in incertum creatus; nihil enim constat, nisi in libros linteos utroque anno relatum inter magistratus praefecti nomen. Hic Minucius eandem publice 8 curationem agens quam Maelius priuatim agendam suscep- perat, cum in utraque domo genus idem hominum uersare- tur, rem compertam ad senatum defert: tela in domum 9 Maeli conferri, eumque contiones domi habere, ac non dubia regni consilia esse. tempus agendae rei nondum stare: cetera iam conuenisse: et tribunos mercede emptos ad pro- dendam libertatem et partita ducibus multitudinis minis- teria esse. serius se paene quam tutum fuerit, ne cuius incerti uanique auctor esset, ea deferre. Quae postquam 10

4 patribus *PFUpBOHDLA*: partibus *M*: pa . ib *Ver.*  
certamine *Ver.* dett. duo *Ed. Frob.* 1531: certaminum *MPFUpBOHD*  
*LA* 5 eum *MFUpBOHD<sup>3</sup>L*: eu *D*: om. *PA* dett. unus, uix  
recte: post compositis ponit *Ver.*, fort. recte: post necdum dett. unus

6 Agrippa *Ver.* *M<sup>2</sup>P**FUpBOHD<sup>2</sup>A*: Agrippam *MD*: Agrippae *L*  
*Menenius PFUpBOHDLA* (*cf. Diod.* 12. 37. 1): mallius *Ver.* (*cf.*  
*Cassiod. C. I. L.* i<sup>2</sup>, *p.* 109): iamaniliuseneni *M* 7 seu quoad  
*F<sup>3</sup>HA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* *Ald.* dett. aliq.: seu seu quod *Ver.* *M*: seu seu quoad  
*M<sup>1</sup>*: seu quod ad *PFBODLA*: seu quod id *D<sup>x</sup>Up* dett. *Edd.* uet.

8 eandem publice *Florebellus amicus Siganii* (*cf.* 2. 27. 6): eandem  
rei p. (uel rei p.) i.e. reipublicae *PFUpBOHDLA*: eandem rēp. (i.e.  
rempublicam) *M*: ead.. rei p. *Ver.*: fort. scribendum eandem rem  
publice, *deleta uoce curationem, quam tamen non quiuis scriba ad-*  
*suisset* agendam *Ver.* *MPFUpBOHDA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>*: agenda *LA*  
desert *Ver.*, *Ed. Curionis* (*cf.* §§ 9, 10 et c. 14. 3): refert *MPFUpBOHD*  
*LA* 9 *Maeli scribimus* (*cf. Praef. nostram* § 30): maelii (uel mel-)  
*MPFUpBOHDLA*: maeuii *Ver.*, *cf. c.* 14. 3 contiones *Ver.* *MPF<sup>3</sup>*  
*UpODA*: c̄tiones (i.e. contiones) *BHL*: coconciones *F?*: coitiones  
*Gron.* (*ut* 3. 35. 9 et 7. 32. 12), sed hic *cf.* 2. 28. 3 et tribunos *M*  
*PFUpBOHDLA*: om. et *Ver.* mercede *Ver.* *PFUpBOHDLA*:  
om. *M*, fort. recte

sunt audita, cum undique primores patrum et prioris anni consules increparent quod eas largitiones coetusque plebis in priuata domo passi essent fieri, et nouos consules quod exspectassent donec a praefecto annonae tanta res ad senatum deferretur, quae consulem non auctorem solum desidera-  
 11 ret sed etiam uindicem, tum Quintius consules immerito increpari ait, qui constricti legibus de prouocatione ad dissoluendum imperium latis, nequaquam tantum uirum in magistratu ad eam rem pro atrocitate uindicandam quantum animi haberent. opus esse non fortis solum uiro sed etiam  
 12 libero exsolutoque legum uincis. itaque se dictatorem L. Quintium dicturum; ibi animum parem tantae potestati esse. Adprobantibus cunctis, primo Quintius abnuere et quid sibi uellent rogitare qui se aetate exacta tantae dimi-  
 13 cationi obicerent. Dein cum undique plus in illo senili animo non consilii modo sed etiam uirtutis esse quam in omnibus aliis dicerent laudibusque haud immeritis onerarent,  
 14 et consul nihil remitteret, precatus tandem deos immortales Cincinnatus ne senectus sua in tam trepidis rebus damno dedecorue rei publicae esset, dictator a consule dicitur. Ipse deinde C. Seruilius Ahalam magistrum equitum dicit.

10 audita *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: audique *Ver.* cum undique *Alschr.* (*quem sequitur Madvig in Ed. tertia*): et undique *MPFU<sub>p</sub>BOH DLA* (*sed in M etund-sic scriptum est ut ex male scripto cūund-natum esse bene possit*): et undique *Ver.*: undique *Madv. in Ed. altera* primores *Ver.* *PFU<sub>p</sub>BOHDLA*: minores *M* (*cf. adn. ad an tribunorum c. 12. 4 sup.*) prioris *Ver.* *MUpD<sup>x</sup>A<sup>2</sup>*: priores *PFBOHDLA* dett. aliq. increparent *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: increpare *F<sup>2</sup>* dett. duo, *Madv. in Ed. altera* 11 tum *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>B*: tum ī (*i.e. Titus*) *HDLA* dett. *Ald.*: tunc *O* consules *Ver.* *PFU<sub>p</sub>BOHD*: consul *MA*: coñs *L* increpari *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: increparit *Ver.* nequaquam *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOHDLA*: nequamquam *Ver.* *M* uirum *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA<sup>2</sup>*: uirum *Ver.*: urium *A* 12 dicturum; ibi *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: uicturum *Ver.* primo Quintius *MPFU<sub>p</sub>B OHDLA*: Quintius primo *Ver.*: *malim primo seclusum* (*Praef. 5 adn.*) et quid *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA*: quid *Ver.* obicerent *PFU<sub>p</sub>BOH DLA*: obic . . . . *Ver.*: obiecerent *M* (*cf. 1. 41. 1 adn.*) 13 consilii *Ver.* *F<sup>3</sup>UpHD<sup>3</sup>A<sup>1</sup>*: consilia *MPF? ODL* dett. aliq.: csilio *B* 14 dedecorue *MF<sup>3</sup>ODL*: dedecorue *A*: rebus decorue *PF? UpB*: decorue *H*: defit *Ver.* sed spatii ratio ueram lectionem comprobat Ahalam *Ver.* *MUpHDLA*: halam *PFO* dett. aliq.: h'alam *F<sup>3</sup>* cum a suprascr.: alā *B*

Postero die, dispositis praesidiis cum in forum descendisset **14** conuersaque in eum plebs nouitate rei ac miraculo esset, et Maeliani atque ipse dux eorum in se intentam uim tanti imperii cernerent, expertes consiliorum regni qui tumultus, **2** quod bellum repens aut dictatoriam maiestatem aut Quinctium post octogesimum annum rectorem rei publicae quae-**3** sisset rogitarent, missus ab dictatore Seruilius magister equitum ad Maelium ‘Vocat te’ inquit, ‘dictator’. Cum pauidus ille quid uellet quaereret, Seruiliusque causam dicendam esse proponeret crimenque a Minucio delatum ad senatum diluendum, tunc Maelius recipere se in cateruam **4** suorum, et primum circumspectans tergiuersari, postremo cum apparitor iussu magistri equitum duceret, ereptus a circumstantibus fugiensque fidem plebis Romanae implorare, et opprimi se consensu patrum dicere, quod plebi benigne **5** fecisset; orare ut opem sibi ultimo in discrimine ferrent neue ante oculos suos trucidari sinerent. Haec eum uoci-**6** ferantem adsecutus Ahala Seruilius obtruncat; respersusque cruore [obtruncati], stipatus caterua patriciorum inuenum, dictatori renuntiat uocatum ad eum Maelium, repulso ap-**7** paritore concitatem multitudinem, poenam meritam habere. Tum dictator ‘Macte uirtute’ inquit, ‘C. Seruili, esto liberata re publica’.

**14** i ac miraculo *F<sup>2</sup>UpOD<sup>2</sup>A<sup>3</sup>* (*ut secundam lectionem*) dett.: defit Ver.: ad miraculo *MPFBDLA*: a miraculo *H*: adminiculo *A<sup>3</sup>* cernerent *M<sup>2</sup> uel M<sup>3</sup> PFUpBOHDLA*: . . . nerent Ver.: cerneret *M* dett. aliq., optime **3** Maelium Ver. *F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup>UpOHD<sup>2</sup>A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>* (*sed in Up et A mel-*): maeuium *MPFBDLA* (*sed hic meu-*) Seruiliusque Ver. *MP<sup>2</sup>FUpBOHDLA*: Seruilius *P* proponeret *MPFUpBOHDLA*: proponere Ver. **4** fugiensque *MPFUpBOHD* *LA*: *add.* et Ver. implorare et *PFUpBHDLA*: imploraret Ver. *MO* **5** dicere *PFUpBHDLA*: diceret Ver. *M* (*uel M<sup>1</sup>*) *O* ferrent *MPFUpBOHDLA*: ferret Ver. **6** neue Ver. *MPFUpBO* *DLA*: neque *H* obtruncati *MPFUpBOHDLA*: om. Ver., recte, *ut credo* meritam *MPFUpBOHDLA*: merita Ver. (*sed praecedit* poenam) **7** Macte *MP<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>FUpBOHDLA*: mactae *P*: o macte Ver.? esto liberata *MPFUpBOHDLA* (*sed in M esto in fine* lineae): estob liberata Ver., unde esto ob liberatam rempublicam *Frig.*

15 Tumultuantem deinde multitudinem incerta existimatione facti ad contionem uocari iussit, et Maelium iure caesum pronuntiauit etiamsi regni crimine insons fuerit, qui uocatus a magistro equitum ad dictatorem non uenisset.  
 2 se ad causam cognoscendam consedisse, qua cognita habiturum fuisse Maelium similem causae fortunam; uim parantem ne iudicio se committeret, ui coercitum esse.  
 3 nec cum eo tamquam cum ciue agendum fuisse, qui natus in libero populo inter iura legesque, ex qua urbe reges exactos sciret eodemque anno sororis filios regis et liberos consulis, liberatoris patriae, propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum a patre securi esse per-  
 4 cussos, ex qua Collatinum Tarquinium consulem nominis odio abdicare se magistratu atque exsulare iussum, in qua de Sp. Cassio post aliquot annos propter consilia inita de regno supplicium sumptum, in qua nuper decemuiros bonis, exilio, capite multatos ob superbiam regiam, in ea Sp.  
 5 Maelius spem regni conceperit. et quis homo? quamquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita cuiquam ad dominationem pandere uiam; sed tamen Cladios, Cassios consulatibus, decemuiratibus, suis maiorumque honoribus, splendore familiarum sustulisse animos quo nefas fuerit:  
 6 Sp. Maelium, cui tribunatus plebis magis optandus quam sperandus fuerit, frumentarium diuitem, † bilibris † farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse, ciboque obi-

15 1 multitudinem Ver. MOHDLA: add. meritam (ex *tertia ante linea repetitum*) PFB: add. motam Up 3 nec cum Ver. PFUp BHDLA: ne cum MO libero po-] post haec defit Ver. usque ad c. 16. 7 regis MPFU<sup>p</sup>BOHDLA: om. dett. aliq. indicatam PFUpBOHDLA: indictam M 5 quo nefas Vorm. ? MPF? Up BODLA: quos nefas H: quod nefas F<sup>3</sup> 6 bilibris Vorm. Fragm. Haverk.: bllibre libris M: bilibre libris M<sup>1</sup>: bilibre Fragm. Haverk.<sup>2</sup>: bilibre PFUpBHDLA dett.: bilbrae O: malim bilibri uel bilibribus, quoniam nomen ‘bilibris’ nusquam alibi, quod sciām, comparet neque formae talis ratio probabilis mihi uidetur; aliud enim selibra, aliud adiectiuum ‘bilibris’ ut trilibris, quadrilibris, quae nisi neutro genere pro substantiuis non solent ponī

ciendo ratum uictorem finitimorum omnium populum in seruitutem perlici posse, ut quem senatorem concoquere, ciuitas uix posset regem ferret, Romuli conditoris, ab dis orti, recepti ad deos, insignia atque imperium habentem. non pro scelere id magis quam pro monstro habendum, nec satis esse sanguine eius expiatum, nisi tecta parietesque intra quae tantum amentiae conceptum esset dissiparentur bonaque contacta pretiis regni mercandi publicarentur. iubere itaque quaestores uendere ea bona atque in publicum redigere.

Domum deinde, ut monumento area esset oppressae **16** nefariae spei, dirui extemplo iussit. Id Aequimaelium appellatum est. L. Minucius † boue aurato † extra portam **2** Trigeminam est donatus, ne plebe quidem inuita, quia frumentum Maelianum assibus in modios aestimatatum plebi diuisit. Hunc Minucium apud quosdam auctores transisse **3** a patribus ad plebem, undecimumque tribunum plebis cooptatum seditionem motam ex Maeliana caede sedasse inuenio; ceterum uix credibile est numerum tribunorum patres augeri **4** passos, idque potissimum exemplum a patricio homine introductum, nec deinde id plebem concessum semel obtinuisse aut certe temptasse. Sed ante omnia refellit falsum imaginis

**6** perlici *MPFBOLA* : pellici *UpHD<sup>1</sup>* (*in ras.*) **7** concoquere  
*PUpB<sup>1</sup>* : concoquere *MO* *dett.* : ē quoq uere *L* : cum quo uere *DA* : cū quo uiuere *A<sup>2</sup>* : conquere *BH* : cooptare *F<sup>3</sup> in rasura* ab dis orti  
(*sed diis ut codd. saepissime et fort. recte*; e.g. 4. 30. 11; 4. 46. 4; 6. 27. 5; *contra* dis 8. 32. 4) *P<sup>2</sup>UpOD<sup>3</sup>LA<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>* : abdiisorti *F* : ab dii sorti *DA* : ab diis sorti *MPH* : ad diis (*om. orti*) *B* ad deos *PFUpBOHDLA<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>* : ad eos *MA* **8** eius expiatum *MOHD LA* : eius piatum *PFUpB* : expiatum *dett. aliq.*

**16** **1** appellatum est *PFUpBODLA* : appellatum esse *M* : appellatum *H*, *fort. recte* **2** boue aurato *PFUpBOHDLA* (*cf. 7. 37. 2-3 et Perioch.* boue aurata) : boue aturato *M* : bene aurato *dett. aliq.* : boue aurato et statua *Crevier*, *fort. recte* : boue et statua aurata *olim ipse sed uetat* 40. 34. 5 (statuamque auratam quae prima omnium in Italia statua aurata est patri Glabroni posuit) ; *de re uide sis Mommsen, Röm. Forsch.* 2. p. 203 *adn.* 109 **3** Maeliana *H* : meliana *OD<sup>3</sup>A* : meuiiana *MFBDL* : maeuiiana *PUp* **4** plebem *Ed. Frob.* 1531 : pleibi *MPFUUpBOHDLA*

titulum paucis ante annis lege cautum ne tribunis collegam cooptare liceret.

5 Q. Caecilius Q. Iunius Sex. Titinius soli ex collegio tribunorum neque tulerant de honoribus Minuci legem et criminari nunc Minucium, nunc Seruiliū apud plebem 6 querique indignam necem Maeli non destiterant. Peruicerunt igitur ut tribunorum militum potius quam consulum comitia haberentur, haud dubii quin sex locis—tot enim iam creari licebat—et plebeii aliqui, profitendo se ultores fore 7 Maelianae caedis, crearentur. Plebs quamquam agitata multis eo anno et uariis motibus erat, nec plures quam tres tribunos consulari potestate creauit et in iis L. Quintium Cincinnati filium, ex cuius dictatura inuidia tumultus 8 quaerebatur. Praelatus suffragiis Quintio Mamercus Aemilius, uir summae dignitatis ; L. Iulium tertium creant.

17 In horum magistratu Fidenae, colonia Romana, ad Laritem 2 Tolumnium [Veientium regem] ac Veientes defecere. Maius additum defectioni scelus : C. Fulcinium, Cloelium Tullum, Sp. Antium, L. Roscium, legatos Romanos, causam noui 3 consilii quaerentes, iussu Tolumni interfecerunt. Leuant quidam regis facinus ; in tesserarum prospero iactu uocem eius ambiguam, ut occidi iussisse uideretur, a Fidenatibus 4 exceptam causam mortis legatis fuisse,—rem incredibilem, interuentu Fidenatum, nouorum sociorum, consulentium de

5 Caecilius *FUpHDLA* : cecilius *PBO* : celius catilius *M*  
6 Peruicerunt *H* : periuerant *MPFUUpBODLA* 7 et uariis  
motibus] his uocibus rursus inc. *Ver.* 8 Mamercus *P<sup>1</sup>UpHLA*  
(et sic *Diod. Sic.* 12. 38. 1) : mamercus *D* : mamercius *MO* : mamer-  
cui s *P* : mamercu *FB* : mamertus *F<sup>2</sup>* : *M* (i. e. Marcus) *Ver.*

17 1 Veientium regem *Ver.* *MPFUUpOHDLA* : uenientium regem *B* :  
seclusit *H. J. Mueller* ac Veientes *MPFUUpBHDLA* : ac ueientis  
*O* : om. *Ver.* 2 Fulcinium *Ver.* *PFUpBOHDLA* et *Plin.* 34. 6. 23 :  
fulginium *MA<sup>2</sup>* Cloelium *Ver.* *PFBOHDLA* *Plin. l. c.* : cloe-  
tium *M* : cloerium *Up* Sp. Antium *M<sup>2</sup>PFUUpBOHDLA* (et sic  
*Cic. Phil.* 9. 2. 5) : espantium *M* : spuantium *Ver.* : Sp. Nautium  
*Mommsen secutus Plin. l. c., fort. recte* consilii *PFUpBOHDLA* :  
concilii *M* (sed -c- litterae suprascriptum s; omnia a manu prima scribuae  
quem Veterem nominaui qui nusquam rasuram fecit) : defit *Ver.*  
3 quidam *MPFUUpBOHDLA* : om. *Ver.*

caede ruptura ius gentium, non auersum ab intentione lusus animum nec deinde in errorem uersum facinus. Propius 5 est fidem obstringi Fidenatum populum ne respicere spem ullam ab Romanis posset conscientia tanti sceleris uoluisse. Legatorum qui Fidenis caesi crant statuae publice in Rostris 6 positae sunt.

Cum Veientibus Fidenatibusque, praeterquam finitimis populis, ab causa etiam tam nefanda bellum exorsis atrox dimicatio instabat. Itaque ad curam summae rerum quieta 7 plebe tribunisque eius, nihil controuersiae fuit quin consules crearentur M. Geganius Macerinus tertium et L. Sergius Fidenas. A bello credo quod deinde gessit appellatum ; hic 8 enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo proelio conflixit, nec incruentam uictoriam rettulit. Maior itaque ex ciuibus amissis dolor quam laetitia fusis hostibus fuit ; et senatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mam. Aemilium iussit. Is magistrum equitum ex collegio prioris 9 anni, quo simul tribuni militum consulari potestate fuerant, L. Quinctium Cincinnatum, dignum parente iuuenem, dixit. Ad dilectum a consulibus habitum centuriones ueteres belli 10 periti adiecti et numerus amissorum proxima pugna expletus.

4 *ruptura PFUpBHD<sup>x</sup>* : *rupturam MODLA* : *ruptur.* Ver.  
*lusus Ver.* OHD<sup>x</sup> (? D<sup>1</sup>) : *elusus MDLA* : *clusus P<sup>2</sup>FUpB* : cl . . . sus  
*P spatio trium litterarum uacuo relicto* errorem Ver. MPFU<sub>p</sub>BO HDLA : horrorem D<sup>4</sup> dett. aliq. Si lectio codicum uera est, sic intelligenda est ; ‘nec credibile est Fidenates facinus secum sic excusare conatos esse ut pro errore interpretarentur’. Si quicquam mutandum est nec deinde errorem uersum in facinus scribere malim ; quod defendi liceat si modo in post uersum primo excidisse deinde in margine additum, postremo perperam ante errorem restitutum statuas. Haec si facta sunt, quarto nostrae aetatis saeculo iam facta erant 5 *populum Ver.* PFUp BOHDLA : *populorum M* posset MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : possent Ver. conscientia Ver. PFUpBOA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup> : conscientiam MHDLA  
6 nefanda M<sup>2</sup>PFUpBOHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup> : nefandas Ver. : nefandas M (conflatis duobus lectionibus) : nefandum DLA 8 appellatum Ver. Vorm. MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : appellatus F<sup>3</sup>D<sup>3</sup> Edd. uet. Mamercum MP FU<sub>p</sub>BHDLA : mamercium O : m. (i. e. Marcum) Ver. 9 fuerant MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : fuerunt Ver.

Legatos < T. > Quintum Capitolinum et M. Fabium Vibulanum sequi se dictator iussit. Cum potestas maior tum uir quoque potestati par hostes ex agro Romano trans Anienem submouere ; collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt referentes castra, nec ante in campos degressi sunt quam legiones Faliscorum auxilio uenerunt. Tum demum castra Etruscorum pro moenibus Fidenarum posita. Et dictator Romanus haud procul inde ad confluentes consedit in utriusque ripis amnis, qua sequi munimento poterat uallo interposito. Postero die in aciem eduxit.

18 Inter hostes uariae fuere sententiae. Faliscus procul ab domo militiam aegre patiens satisque fidens sibi, poscere pugnam : Veienti Fidenatique plus spei in trahendo bello esse. Tolumnius, quamquam suorum magis placebant consilia, ne longinquam militiam non paterentur Falisci, postero die se pugnaturum edicit. Dictatori ac Romanis, quod detractasset pugnam hostis, animi accessere ; posteroque die iam militibus castra urbemque se oppugnaturos frementibus

10 T. Quintum H. J. Mueller: quintum L: quintum Ver.: quintum MPFU<sub>p</sub>BOHDA      11 submouere . . . atque Anienem om. H collesque PFU<sub>p</sub>BODLA (sed in F post q' (= que) aliquid erasum) : collegesque M: colles quos Ver.: fort. submouere in colles quos . . . ceperant scribendum      ceperunt MPFU<sub>p</sub>OLA (sed in M littera -u- formae insolitae est uideturque descripta esse posse ex cc 'a aperto') : coeperunt HD et sic (ut uidetur) uoluit B (ubi cep-) : ceperant Ver. (uide adn. superiorem)      degressi Sigan. : digressi Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHDLA

Faliscorum auxilio Kiehl: Faliscorum auxiliorum Ver.: auxilio Faliscorum MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : auxilio post uenerunt ponere uoluerat Gul. Cuperus: malim ipse auxilio deletum      12 qua sequi munimento poterat Ver. MPFU<sub>p</sub>BOHDLA (i. e. castrorum suorum frontem fronti hostium oppositam atque quod uocant parallelam constituit, ab amnibus utrumque finitam) : qua assequi munimento poterat Madv. : quae saepiri munimento poterant Drechsler: qua exsequi munimenta poterat Karsten      uallo Ver. PFU<sub>p</sub>BOHDLA : nullo M interposito MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : interposito in Ver.

18 2 Tolumnius] post haec defit Ver. usque ad c. 21. 3      magis PFU<sub>p</sub>BOHDLA : agi M      placebant MOHDLA : om. PFB : post consilia ponit Up      non MPFU<sub>p</sub>BOHDLA : om. dett. 3 detractasset PFU<sub>p</sub>B dett. : detrect- MF<sup>3</sup>OHDLA, sed uide sis 2. 43. 3 adn.

ni copia pugnae fiat, utrimque acies inter bina castra in medium campi procedunt. Veiens multitudine abundans, 4 qui inter dimicationem castra Romana adgredenterur post montes circummisit. Trium populorum exercitus ita stetit instructus ut dextrum cornu Veientes, sinistrum Falisci tenerent, medii Fidenates essent. Dictator dextro cornu 5 aduersus Faliscos, sinistro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit signa; ante median aciem cum equitatu magister equitum processit. Parumper silentium et quies 6 fuit, nec Etruscis nisi cogerentur pugnam inituris et dictatore arcem Romanam respectante, ut ex *(ea ab)* auguribus, simul aues rite admisissent, ex composito tolleretur signum. Quod 7 simul [ubi] conspexit, primos equites clamore sublato in hostem emisit; secuta peditum acies ingenti ui conflixit. Nulla parte legiones Etruscae sustinuere impetum Roma- 8 norum; eques maxime resistebat, equitumque longe fortissimus ipse rex ab omni parte effuse sequentibus obequitans Romanis trahebat certamen.

Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius 19 Cossus, eximia pulchritudine corporis, animo ac uiribus par memorque generis, quod amplissimum acceptum maius auctiusque reliquit posteris. Is cum ad impetum Tolumni, 2 quacumque se intendisset, trepidantes Romanas uideret turmas insignemque eum regio habitu uolitatem tota acie cognosset, ‘Hicine est’ inquit, ‘ruptor foederis humani 3

6 ex ea ab auguribus *Alscheski*: ab auguribus *Ed. Frob.* 1531: ex auguribus *PFU<sup>p</sup>BOHDLA* (*uix recte*): ex auribus *M* admisissent *Ed. Frob.* 1531 (*cf. e.g.* 1. 36. 6): admissae essent *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA* (*sed in PB -sse*): admissi essent *dett. unus* (*Lovel.* 5) 7 simul ubi *Vorm.* *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA*: *om.* simul *dett. unus* (*Lovel.* 4): *om.* ubi *dett. unus* (*‘cod. Helmaestad.’*) *Iac. Gron.*, *recte* emisit *MPFU<sup>p</sup>BOHDLA*: mittit *dett. aliq.*

19 1 equites *MPF<sup>p</sup>BDLA*: eques *H*: milites *O* 2 uideret *F<sup>3</sup>D<sup>3</sup>A* *dett. aliq.*: uidet *MPU<sup>p</sup>BOHDL* (*sed in P fort. ex uudit a P<sup>1</sup> correctum*): *quid F habuerit discerni nequit* uolitatem *M<sup>2</sup>UpOH* *D<sup>3</sup>A*: uolitante *MPFBDL* cognosset *MPF<sup>3</sup>UpBOL*: cognoscet *F? H dett. unus*: cognouisset *DA*: cognosceret *dett. duo*

uiolatorque gentium iuris? Iam ego hanc mactatam uictimam, si modo sancti quicquam in terris esse di uolunt,  
 4 legatorum manibus dabo'. Calcaribus subditis infesta cuspide in unum fertur hostem; quem cum ictum equo deieciisset, confestim et ipse hasta innixus se in pedes ex-  
 5 cepit. Adsurgentem ibi regem umbone resupinat, repetitumque saepius cuspide ad terram adfixit. Tum exsangui detracta spolia caputque abscisum uictor spiculo gerens terrore caesi regis hostes fundit. Ita equitum quoque fusa  
 6 acies, quae una fecerat anceps certamen. Dictator legionibus fugatis instat et ad castra compulsos caedit. Fidenatum plurimi locorum notitia effugere in montes. Cossus Tiberim cum equitatu transuectus ex agro Veientano ingentem  
 7 detulit praedam ad urbem. Inter proelium et ad castra Romana pugnatum est aduersus partem copiarum ab Tolumnio, ut ante dictum est, ad castra missam. Fabius Vibulanus corona primum uallum defendit; intentos deinde hostes in uallum, egressus dextra principali cum triariis, repente inuadit. Quo pauore injecto caedes minor, quia pauciores erant, fuga non minus trepida quam in acie fuit.

**20** Omnibus locis re bene gesta, dictator senatus consulto ius-  
 2 suque populi triumphans in urbem rediit. Longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus, spolia opima regis interfici gerens; in eum milites carmina incondita aequantes  
 3 eum Romulo canere. Spolia in aede Iouis Feretri prope Romuli spolia quae, prima opima appellata, sola ea tempestate erant, cum sollemni dedicatione dono fixit; auerteratque in se a curru dictatoris ciuium ora et celebritatis eius

5 fundit *PFUpBOHD<sup>3</sup>L*: fudit *MDA* dett.: perfudit *Madv. Emend.<sup>2</sup>*  
 115 6 plurimi *M<sup>1</sup>PFUpBOHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>*: plurimo *M*: plurima *DLA*  
 7-8 missam. Fabius *Vorm. MPF<sup>3</sup>OHDLA*: misā fabius *B*: missam.  
*m. fabius Vorm.<sup>2</sup> Up fort. recte, cf. c. 17. 10* 8 principali *MPFUp*  
*BOHDLA* et (*ut secundam lectionem*) *Vorm.<sup>x</sup>*: principia *Vorm.<sup>x</sup>* (*in contextu*)

**20** 2 eum Romulo *MPFUpBOHDLA*: cum Romulo dett. *alig.*  
*(non M)* 3 in aede *PFUpBOHDLA*: inde *M* quae prima  
*Vorm. MPFU<sup>p</sup>BO (sed que) HD<sup>4</sup>A<sup>2</sup>*: prima *DLA* dett.  
 que *PFBOHDLA*: aduerteratque *M*: auertitque *Up* auerterat-  
 celebritatis

diei fructum prope solus tulerat. Dictator coronam auream, 4 libram pondo, ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Ioui donum posuit.

Omnes ante me auctores secutus, A. Cornelium Cossum 5 tribunum militum secunda spolia opima Louis Feretri templo intulisse exposui ; ceterum, praeterquam quod ea rite opima 6 spolia habentur, quae dux duci detraxit nec ducem nouimus nisi cuius auspicio bellum geritur, titulus ipse spoliis inscriptus illos meque arguit consulem ea Cossum cepisse. Hoc ego 7 cum Augustum Caesarem, templorum omnium conditorem aut restitutorem, ingressum aedem Feretri Louis quam ue- tustate dilapsam refecit, se ipsum in thorace linteo scriptum legisse audissem, prope sacrilegium ratus sum Cocco spolio- rum suorum Caesarem, ipsius templi auctorem, subtrahere testem. Qui si ea in re sit error quod tam ueteres annales 8 quodque magistratum libri, quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat identidem auctores, septimo post demum anno cum T. Quinctio Poeno A. Cornelium

*OHD<sup>3</sup> dett. aliq. : celebritati MDLA dett. : celebritate PFUpB*  
 4 libram Gron., UpO? : libra MPFBHDLA : librae A<sup>2</sup> dett. 5 ante  
*me MPFUpBOHDLA : ante H* 7 *Quod ad structuram Augus-*  
*tum . . . se . . . legisse audissem attinet cf. 1. 23. 7, Plin. Ep. 7. 24. 5*  
*et consule sis Madv. Emend.<sup>2</sup> p. 116 n.* aut restitutorem PFUp  
*BOHDLA : ac restitutorem M* dilapsam MPFUpBOHA<sup>2</sup> uel  
*A<sup>3</sup> : delapsam DLA dett.* Cocco dett. aliq. (Palat. tres) : Cossum  
*MPFUpBOHDLA, mira concordia et sic Edd. uet. et Ald. sed post*  
*Caesarem addunt -que (exc. Ed. Rom. 1470 qui Cossum . . . Caesarem*  
*praebet)* 8 Qui si MPFUpBOHDLA, rectissime (cf. e. g. 4. 61. 11 ;  
 9. 15. 10 ; 27. 47. 4 quibus in locis omnibus error significat 'dubium',  
 'discrepantia') : quis Gron. ; plura in Class. Quarterly, v (1911), p. 8  
*reperies* libri quos MP<sup>2</sup>FUpBOHDLA : libris quos P: libri  
*librique quos Mommsen : libri quosque Lachmann, ambo c. 7. 10-12*  
*respicientes* repositos MPFBHDLA : deposito O : deposito Up  
*Monetae Up : Monetaeam MPFBOHDLA* septimo MPFUpBO  
*HDLA : nono dett. duo Sigan. : decimo Glareanus : 'Liuius decimo*  
*scribere debuit' Madv. : si quid mutandum sit malimus undecimo (XI,*  
*quod una hasta propius quam X ad VII accedit) ; uide sis c. 30. 4 adn.*  
 Poeno MPFUpBOHDLA (et in c. 26. 2 Ver.), cf. 6. 42. 5 adn. et  
*inscc. citatas a Momms. Cod. Veron. Apogr. p. 197 et Ποῖνος in Fastis*  
*Hydat. et Chron. Paschal. (C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 110) : Penno Siganius, nullam*  
*diserte auctoritatem allegans*

Cossum consulem habeant, existimatio communis omnibus  
 9 est. Nam etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum  
 annum transferri posset, quod imbelli triennium ferme  
 pestilentia inopiaque frugum circa A. Cornelium consu-  
 lem fuit, adeo ut quidam annales uelut funesti nihil praeter  
 10 nomina consulum suggerant. Tertius ab consulatu Cossi  
 annus tribunum eum militum consulari potestate habet,  
 eodem anno magistrum equitum; quo in imperio alteram  
 11 insignem edidit pugnam equestrem. Ea libera coniectura est.  
 Sed, ut ego arbitror, uana uersare in omnes opiniones licet,  
 cum auctor pugnae, recentibus spoliis in sacra sede positis,  
 Iouem prope ipsum, cui uota erant, Romulumque intuens,  
 haud spernendos falsi tituli testes, se A. Cornelium Cossum  
 consulem scripserit.

21 M. Cornelio Maluginense L. Papirio Crasso consulibus  
 exercitus in agrum Veientem ac Faliscum ducti. Praedae  
 2 abactae hominum pecorumque; hostis in agris nusquam  
 inuentus neque pugnandi copia facta; urbes tamen non  
 3 oppugnatae quia pestilentia populum inuasit. Et seditiones  
 domi quaesitae sunt, nec motae tamen, ab Sp. Maelio tribuno  
 plebis, qui fauore nominis moturum se aliquid ratus et  
 Minucio diem dixerat et rogationem de publicandis bonis  
 4 Seruili Ahalae tulerat, falsis criminibus a Minucio circum-  
 uentum Maelium arguens, Seruilio caedem ciuis indemnati  
 obiciens; quae uaniora ad populum ipso auctore fuere.  
 5 Ceterum magis uis morbi ingrauescens curae erat terroresque

9 posset *PFUpBOHDLA*, recte (*nam non minus ex fuit pendet, quam accedit; cf. 3. 37. 2 adn.*) : posse *M*: possit *dett. unus* (*Lovel. 2*) circa A. *UpL Ed. Frob.* 1531 : circa m̄ (*i. e. Marcum*) *MPFUp<sup>1</sup>HDA*: circa m̄ *B*: circa marcium *O*: circa quo m̄ *Up<sup>2</sup>* Cornelium consulem *MPF<sup>2</sup>OHDLA*: corneliū coñs *B*: corneliu cons *F*: Cornelius consul *Up*  
 11 uana uersare in *MPUpOHDLA*: una uersare in *FB*: uana; auersari enim *Wagner et Madv.* testes se *MHDLA*: testes ese *O*: testes *PFUpB*

21 1 Maluginense *MPFUpBOHD<sup>2</sup>LA*: maluginem se *D*: maluginensi *dett. aliq.* 2 quia *PFUpBOHDLA*: qua *M* 3 motae *MUp et* (*ut secundam lectionem*) *H*: mota *PFBOH* (*in contextu*) *DLA* -gationem de publicandis] his uocibus rursus inc. *Ver.* 5 Ceterum *MPFUpBOHDLA*: cetera *Ver.*

ac prodigia, maxime quod crebris motibus terrae ruere in agris nuntiabantur tecta. Obsecratio itaque a populo duumuiris praeeuntibus est facta.

Pestilentior inde annus C. Iulio iterum et L. Verginio 6 consulibus tantum metus *(et)* uastitatis in urbe agrisque fecit, ut non modo praedandi causa quisquam ex agro Romano exiret bellue inferendi memoria patribus aut plebi 7 esset, sed ultiro Fidenates, qui se primo aut montibus aut muris tenuerant, populabundi descenderent in agrum Romanum. Deinde Veientium exercitu accito—nam Falisci 8 perPELLI ad instaurandum bellum neque clade Romanorum neque sociorum precibus potuere—duo populi transiere Anienem atque haud procul Collina porta signa habuere. Trepidatum itaque non in agris magis quam in urbe est. 9 Iulius consul in aggere murisque explicat copias, a Verginio senatus in aede Quirini consulitur. Dictatorem dici Q. Ser- 10 uilium placet, cui Prisco alii, alii Structo fuisse cognomen tradunt. Verginius dum collegam consuleret moratus, per-

5 duumuiris *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* (*ut saepe, e.g. 4. 25. 3; 5. 13. 5; 10. 8. 3*) : duouiris *Ver.* 6 metus et uastitatis *scripsimus* : metum uastitatis *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BODLA* : metum uastatis *H* : uastitatis *Tan. Faber* in urbe *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* : in urbem *Ver.* *ex agro] his uocibus desinit pag. 8 Quaternionis decimi codicis F.* *Proxima pagina* (fol. 77) *inc. uocibus ad uociferationem c. 50. 4 neque in hoc codice usquam suppletur haec lacuna.* In *B* eadem ad amissim lacuna, in media linea, nulla nota. *Hinc usque ad c. 50. 4 codex R in omnibus locis a Waltersio comparatus est; et citabitur ubicumque ab L differt* Romano exiret *Ver. A* : Romano non exiret *MPU<sub>p</sub>OHDLA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* : in *D* non substrinxit aliquis sed lineolam rursus aliquis deleuit *exiret] hac uoce desinit codicis M Quaternione undecimus a scriba antiquiore (quem Veterem appello) exceptis decem ultimis lineis scriptus; decima ante ultimam linea incipit rursus scriba Leo Diaconus de quo uide Praef. nostram § 9* 7 aut montibus *Ver.* : aut oppido aut montibus *MPU<sub>p</sub>OHA* : aut opido aut montibus *DL* : *scil. glossema ad aut muris adscriptum in textum Nicomacheum inrepsit* descenderent *Ver.* *M<sup>2</sup>PUpOHD<sup>3</sup>* : descendebant *M* : descenderant *DLA* 10 *Q. SeruiliuM Up Ed. Par.* 1510 *Sigon. ex c. 26. 7 et c. 46. 4 et Fast. Cap.* (*cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 17*) : a. seruiliuM *Ver.* *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>POHDLA* : a. seruilius *M* cui Prisco *Ver.* : cuique prisco *MPU<sub>p</sub>OHDLA* alii alii *PUpO* : alii aliis *Ver.* : alii a *M* : alii *HDLA* (*uix recte*) Structo *MPU<sub>p</sub>OHDL* : instructo *A* : instru... *Ver.*

mittente eo nocte dictatorem dixit; is sibi magistrum equitum Postumum Aebutium Heluam dicit.

**22** Dictator omnes luce prima extra portam Collinam adesse iubet. Quibuscumque uires suppetebant ad arma ferenda praesto fuere. Signa ex aerario prompta feruntur ad dictatorem. Quae cum agerentur, hostes in loca altiora conces-  
2 sere. Eo dictator agmine infesto subit; nec procul Nomento signis conlatis fudit Etruscas legiones. Compulit inde in  
3 urbem Fidenas ualloque circumdedit; sed neque scalis capi poterat urbs alta et munita neque in obsidione uis ulla erat,  
quia frumentum non necessitati modo satis, sed copiae quo-  
4 que abunde ex ante conuecto sufficiebat. Ita expugnandi pariter cogendique ad deditio[n]em spe amissa, dictator in locis propter propinquitatem notis ab auersa parte urbis, maxime neglecta quia suapte natura tutissima erat, agere in  
5 arcem cuniculum instituit. Ipse diuersissimis locis subeundo ad moenia quadrifariam diuiso exercitu qui alii aliis succe-  
derent ad pugnam, continent[us] die ac nocte proelio ab sensu  
6 operis hostes auertebat, donec per fosso [a castris] monte erecta in arcem uia est, intentisque Etruscis ad uanas a certo periculo minas clamor supra caput hostilis captam urbem ostendit.

10 dixit is *M<sup>3</sup>PUpOHDLA*: dixistis *Ver. M* Postumum *Sigonius* uide c. 11. 1 sup.: postumium *Ver. MPUpOHDLA* Heluam *A<sup>2</sup>* marg. *Ed. Frob. 1535*: heluam heluum *M*: heluum *Ver. PUpOHDLA*: mire uariant dett. (Helluum, Elutium, Helinum, Helium, Helium)

**22** 2 subit *MPUpOHDLA*: subiit *Ver.*, sed cf. 1. 27. 4-7 et 10, et 1. 3. 3 cum adn. Nomento *D* dett. aliq. *Ed. Ven. 1470*, *Ald.*: momento *Ver. MPUpOHLA*: munimento, monimento dett. aliq.  
3 non necessitati *MUp<sup>2</sup>OHDLA* et sic postulat spati<sup>i</sup> ratio in *Ver.*: necessitati *PUp* (scil. n̄ ante n- omissum) ex ante *Ver. OHA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* marg. (ut secundam lectionem): ex anie *M*: ex ane *P*: ex aniene *UpA<sup>2</sup>*: exacte *RDA*: exaete *L* auersa *Edd. uet.*: aduersa *Ver. MPUpOHDLA* parte *Ver. M<sup>2</sup>PUpOHDLA*: parte parte *M* urbis *MPUpOHDLA*: . . . . . er *Ver.*, quinque litterarum spatio ad initium lineae pessum dato; sed in quinto loco superesse uidetur lineola curua quae dextra pars superior P litterae fusse potest; fuit fort. insuper uel semper 6 a castris *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PUpOHRDA* et sic postulat spati<sup>i</sup> ratio in *Ver.* (a . . . . . mo . . . . .): a castris a *M*: om. *L*, optime, et seclusi supra *Ver. MPUpOH*: super *DLA*

Eo anno C. Furius Paculus et M. Geganius Macerinus <sup>7</sup>  
censores uillam publicam in campo Martio probauerunt,  
ibique primum census populi est actus.

Eosdem consules in sequenti anno refectos, Iulium tertium, <sup>23</sup>  
Verginium iterum, apud Macrum Licinium inuenio : Valerius  
Antias et Q. Tubero M. Manlium et Q. Sulpicium consules  
in eum annum edunt. Ceterum in tam discrepanti editione <sup>2</sup>  
et Tubero et Macer libros linteos auctores profitentur ;  
neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum a scriptori-  
bus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi <sup>3</sup>  
linteos placet : Tubero incertus ueri est. Sit inter cetera  
uetustate cooperta hoc quoque in incerto positum.

Trepidatum in Etruria est post Fidenas captas, non <sup>4</sup>  
Veientibus solum exterritis metu similis excidii, sed etiam  
Faliscis memoria initi primo cum iis bellii, quamquam rebel-  
lantibus non adfuerant. Igitur cum duae ciuitates legatis <sup>5</sup>  
circa duodecim populos missis impetrassent ut ad Voltumnæ  
fanum indiceretur omni Etruriae concilium, uelut magno  
inde tumultu imminente, senatus Mam. Aemilium dictatorem  
iterum dici iussit. Ab eo A. Postumius Tubertus magister <sup>6</sup>  
equitum est dictus ; bellumque tanto maiore quam proximo

<sup>7</sup> Paculus scripsi (*cf. 4. 12. 1 et 52. 1 adn.*) : Paculus *Sigon.* : p. acilius *MPUpOHD<sup>1</sup>* uel *DLA<sup>3</sup>* : pacilius *D?* *A?* : *defit Ver.*

**23** <sup>1</sup> Macrum Licinium *MPUpOHDLA* : Licinium Macrum *Ver.*  
Antias et *MUpRxD* : ancias et *POA* : anciasset *L* : antiasset *HR* : an-  
tiates *Ver.*, *linea litteris turgida, animo aequissimo* <sup>2</sup> Q. Tubero *Ver.*  
*UpOD<sup>3</sup>A* : q. itubero *H* : q. tuuero *PL* (*ubi q. tuuō*) et *M* (*ubi q. tuuō*) :  
q. tu uero *D?* <sup>3</sup> Manlium *Ver.* : mallium *Up* : manilium *MPOHL* :  
mamilium *A* : manniliū *D* <sup>2</sup> Ceterum . . . profitentur *om.* *O*  
*add.* *O<sup>1</sup> marg.* <sup>3</sup> discrepanti *PUpO<sup>1</sup>* : discrepantis *Ver.* (*ubi-s ex-tam*  
*dis-repetitum*) : discrepante *MHDLA* <sup>3</sup> placet *Muretus* : placet et  
*MPUpOHDLA* : placuit *Ver.* <sup>6</sup> Sit inter *Muretus* : . . . t inter *Ver.* :  
set inter *A* : sed inter *MPUpOHDL* (*sed in D littera -d pleniore calamo*  
*scribitur, haesitationis signum, cf. 1. 41. 4 adn.*) <sup>3</sup> cooperta *Momm-*  
*sen* : conporta *Ver.* *M* : inconporta *M<sup>1</sup>* : inconporta *PUpOHDLA*  
in *incerto PUpOHDLA* : *incerto M* : *defit Ver.* <sup>6</sup> A. Postumius  
*Ver.* (*ubi praen. Aul.* . . .) : Aurelius Postumius *MPUpOHDLA*  
Tubertus *Ver.*, *Ed. Frob.* 1531 : tubero *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PUpOD<sup>4</sup>A<sup>3</sup>* uel *A<sup>2</sup>* :  
tuberos *M* : tuber *HDLA* <sup>3</sup> proximo *Ver.* *MPUpOHDLA* (*sed in*  
*Ver. -umo*) : proxime *Gron.*, *sed cf. locum quem ipse citabat emendabat-*  
*que 35. 21. 5; mutuo sese hi et illi tutantur codices*

conatu apparatum est quanto plus erat ab omni Etruria periculi quam ab duobus populis fuerat.

**24** Ea res aliquanto exspectatione omnium tranquillior fuit.  
 2 Itaque cum renuntiatum a mercatoribus esset negata Veientibus auxilia, iussosque suo consilio bellum initum suis viribus exequi nec aduersarum rerum quaerere socios, cum  
 3 quibus spem integrum communicati non sint, tum dictator, ne nequiquam creatus esset, materia quaerendae bello gloriae adempta, in pace aliquid operis edere quod monumentum esset dictatura cupiens, censuram minuere parat, seu nimiam potestatem ratus seu non tam magnitudine honoris  
 4 quam diuturnitate offensus. Contione itaque aduocata, rem publicam foris gerendam ait tutaque omnia praestanda deos immortales suscepisse: se, quod intra muros agendum esset, libertati populi Romani consulturum. maximam autem eius custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent et temporis modus imponeretur, quibus iuris imponi non  
 5 posset. alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram; graue esse iisdem per tot annos magna parte uitae obnoxios uiuere. se legem laturum ne plus quam annua ac  
 6 semestris censura esset. Consensu ingenti populi legem postero die pertulit et 'Vt re ipsa' inquit, 'sciatis, Quirites,

6 ab duobus *MHD*: a duobus *LA*: da duobus *P?*: de duobus *P<sup>1</sup>* uel *P<sup>2</sup>UpO*: defit *Ver.*

**24** 2 iussosque *Ver.* *MPUpODLA*: iussoque *H* communicati non sint *Ver.* *MPUpOD<sup>3</sup>A* (*uide sis Neue-Wagener, Lat. Wortform.* iii, p. 32): communicanti non sint *DLH*: communicari non sirint *Iac. Gron.* 3 ne nequiquam *PUpOHA<sup>2</sup>*: ne quiquam *Ver.* *M*: ne quiquam *DL<sup>1</sup>A*: ne nequicquam *D<sup>4</sup>* diuturnitate *MPUpOA<sup>2</sup>*: diuturnitatis *HDLA*: in *Ver.* deest uocis finis 4 gerendam *PUpO HDLA*: . . . endam *Ver.*: generandam *M* (*cf. 4. 7. 7 adn.*) non posset *MOHRDL<sup>1</sup>A*: non . . . . . *Ver.*: non esset *PUp*: posset *L* 5 graue esse *D?* *dett.* *unus* (*Portug.*): grauem esse *MPUpOHD<sup>1</sup>* uel *DLA*: defit *Ver.* magna parte *Ver.* *MPUpOHDLA* (*scil. ob largam censurae potestatem*): magnam partem *Madv.*, *sed uide sis Class. Quarterly*, v (1911), p. 8 obnoxios *PUpOHDLA*: . . . . . xios *Ver.*: obnoxius *M* 6 ingenti populi *MPUpOHDLA* • populi ingenti *Ver.*

quam mihi diuturna non placeant imperia, dictatura me abdico'. Deposito suo magistratu, imposito fine alteri, cum 7 gratulatione ac fauore ingenti populi domum est reductus. Censores aegre passi Mamercum quod magistratum populi Romani minuisset tribu mouerunt octuplicatoque censu aerarium fecerunt. Quam rem ipsum ingenti animo tulisse 8 ferunt, causam potius ignominiae intuentem quam ignominiam ; primores patrum, quamquam deminutum censurae ius noluisserent, exemplo acerbitalis censoriae offensos, quippe cum se quisque diutius ac saepius subiectum censoribus fore cerneret quam censuram gesturum : populi certe tanta in- 9 dignatio coorta dicitur ut uis a censoribus nullius auctoritate praeterquam ipsius Mameri deterrerri quiuerit.

Tribuni plebi adsiduis contentionibus prohibendo con- 25 sularia comitia cum res prope ad interregnum perducta esset, euicere tandem ut tribuni militum consulari potestate crea- rentur. Victoriae praemium quod petebatur ut plebeius 2 crearetur nullum fuit : omnes patricii creati sunt, M. Fabius

6 quam mihi *MPUpOLA* : quam michi *HD* (*ut saepe*) : mihi *Ver.* placeant *PUpOHDLA* : placere *Ver.* : placeant re *M* (*ex duobus lectt. conflatum*) 7 magistratu, imposito *Ver.* (*sed inp-*) : *inter haec add.* modo aliorum magistratui *MPUpOHDLA* dett. (*sed in Up ubi positum sit glossema ex Häggströmii indicis iudicare non licet*) : tutatur *E. Harrison (per litteras)* fine alteri *Ver.* *MPUpOHDLA* : om. dett. *aliq. probante Harrison* : omittebat modo aliorum *Gron.* (*et mutatum ordinem fine imposito alteri praebet dett. unus Lov. 4*) : *in P* fine alteri *inter puncta stat, sed et ante modo similiter interpunctum est* 8 ignominiae *Ver.* *PUpOHD<sup>x</sup>A* : ignominicem *DL* : ignote *M* : *recte indagatus est Alsch.* alteram lectionem notae, et sane minime refert utrum notae pro uera lectione, ignominiae pro glossemate accipias an contrarie censurae ius *Ver.* *PUpOHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : censura eius *MHD<sup>A</sup>* (*neque quicquam uetat sic legi Ver.*) : censuram eius *L*

25 1 contentionibus *Ver.* : contentionibus *MPUpOHDLA*, cf. c. 6. 11

2 nullum *A<sup>2</sup>* vel *A<sup>3</sup>* (*ut secundam lectionem*) *Ed. Par.* 1510 : nullus *M* (*uide inf.*) *PUpOHDLA?* (*in A n̄ll's*) 'antiqua lectio' *Rhenan.* : nullus dett. unus (*Lovel. 1*) : nulli dett. alius (*Portug.*) : nullius *Drak.* ; *in M litterae -ullus, quamvis certe a pr. manu, omnia extra lineam ad- dundunt unde suspicor n̄ i.e. non legendum esse.* In *Ver.* lacuna inter crea- et fuit 11 litteras (-retur nullum) capere potest, si linea 20 litteras habuit ; sic tamen et haec linea et sequens (21 litterarum) solitum modum 18 litterarum ambae excedant

3 Vibulanus M. Folius L. Sergius Fidenas. Pestilentia eo  
anno aliarum rerum otium praebuit. Aedis Apollini pro  
ualetudine populi uota est. Multa duumuiri ex libris placan-  
dae deum irae auertendaeque a populo pestis causa fecere ;  
4 magna tamen clades in urbe agrisque promiscua hominum  
pecorumque pernicie accepta. Famem quoque ex pestilentia  
morbo implicitis cultoribus agrorum timentes in Etruriam  
Pomptinumque agrum et Cumas, postremo in Siciliam  
5 quoque frumenti causa misere. Consularium comitiorum  
nulla mentio habita est ; tribuni militum consulari potestate  
omnes patricii creati sunt, L. Pinarius Mamercus L. Furius  
6 Medullinus Sp. Postumius Albus. Eo anno uis morbi  
leuata neque a penuria frumenti, quia ante prouisum erat,  
7 periculum fuit. Consilia ad mouenda bella in Volscorum  
Aequorumque conciliis et in Etruria ad fanum Voltumnae  
8 agitata. Ibi prolatae in annum res decretoque cautum ne quod  
ante concilium fieret, nequ quam Veiente populo querente  
eandem qua Fideneae deletae sint imminere Veis fortunam.

2 Folius *Ver.* *MPUpOHDLA* : Foslius *Sigon.* ex *Fast.* Cap. 318 a  
*C. n.* (*C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 130, quo anno Folius *Liv.* 9. 20. 1 ubi cf. adn.).  
*Procul dubio hic homo ipse se Fosium appellabat*; sed non ubique anti-  
quiorem nominum formam usurpat *Liuius*; cf. adn. ad 1. 24. 6;  
3. 4. 1; 4. 7. 10 et formas (e.g.) *Valerius, Veturia* (2. 40) *quas con-*  
*stanter secundum sermonem aetatis suae scripsit* 3 *Aedis Ver.*  
*MPDLA* : aedes *UpOHD<sup>1</sup>A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* (cf. 2. 21. 2 adn.) *Apollini*  
*POHDL* : Appollini *A* : Apollinis *Ver.* : Apolloni *Up* : Appolloni *M*  
duumuiri *MUUpOHDLA* : dumuiri *Ver.* *P* a populo *Ver.* *PUp*  
*OHD<sup>1</sup>A<sup>2</sup>* : populo *M* : populi *L* pestis *Ver.* *PUpOHDLA* : pertis  
*M* (*non partis*) 4 promiscua *Gron.* : promiscuae *Ver.* *POHR* :  
promiscue *MP<sup>2</sup>UpDLA* pernicie *P<sup>2</sup>UpORA Edd. uet.* : perniciae  
*Ver.* *PHL* : pernitiae *D* : primitiae *M*; unde *apparet* permitie in  
*Medicei archetypo fuisse, num recte?* quoque ex pestilentia morbo  
implicitis (*sed implic-*) *Ver.* : om. *MPUpOHDLA* dett. *Edd. uet.*; — *scil.*  
*interciderant duas lineae archetypi Nicomachiani*—; senserat lacunam  
*unus Gron.* qui pro cultoribus coniecerat incultu (cf. c. 52. 4)  
5 Mamercus *Ver.* *MPUpOHDLA* : Mamercinus *Iac.* *Gron.* ex *Chronogr.*  
354 *A. D.* (uide *C. I. L.* i<sup>2</sup>, p. 110), *Pighium secutus* Medullinus  
*Ver.* *PUpOHDLA* (*et sic Chronogr. ut supra*) : Medullus *M* 7 ad  
mouenda bella *Ver.* *POHDLA* : ad bella mouenda *Up* : admonenda  
bella *M* : de mouendo bello *Madv.* *uix necessario* 8 deletae (uel  
-te) *Ver.* *MPUpOD<sup>x</sup>A* : delectae (uel -te) *HDL*

Interim Romae principes plebis, iam diu nequ quam im- 9  
 minentes spei maioris honoris, dum foris otium esset, coetus  
 indicere in domos tribunorum plebis ; ibi secreta consilia 10  
 agitare ; queri se a plebe adeo spretos, ut cum per tot annos  
 tribuni militum consulari potestate creentur, nulli unquam  
 plebeio ad eum honorem aditus fuerit. multum prouidisse 11  
 suos maiores qui cauerint ne cui patricio plebeii magistratus  
 paterent ; aut patricios habendos fuisse tribunos plebi ;  
 adeo se suis etiam sordere nec a plebe minus quam a  
 patribus contemni. Alii purgare plebem, culpam in patres 12  
 uertere : eorum ambitione artibusque fieri ut obsaeptum  
 plebi sit ad honorem iter ; si plebi respirare ab eorum mixtis  
 precibus minisque liceat, memorem eam suorum inituram  
 suffragia esse et parto auxilio imperium quoque adscituram.

Placet tollenda ambitionis causa tribunos legem promul- 13  
 gare ne cui album in uestimentum addere petitionis causa li-  
 ceret. Parua nunc res et uix serio agenda uideri possit, quae  
 tunc ingenti certamine patres ac plebem accedit. Vicere 14  
 tamen tribuni ut legem perferrent ; apparebatque inritatis  
 animis plebem ad suos studia inclinaturam. Quae ne libera  
 essent, senatus consultum factum est ut consularia comitia  
 haberentur.

Tumultus causa fuit, quem ab Aequis et Volscis Latini 26  
 atque Hernici nuntiarant. T. Quinctius L. f. Cincinnatus 2

9 nequ quam *MPUpOHDLA* : nec quicquam *Ver. D<sup>2</sup>* 11 ne cui  
*MPUpOA<sup>2</sup>* : ne sui *DLA* : nec suo *H* : *defit Ver.* quam a *MP*  
*UpOHDLA* : quam *Ver.* 12 liceat *Ver. PUUpOHDLA* : licet *M*  
 adscituram *Ver. MP<sup>1</sup>UpOHDLA* (*sed in O assc-*) : adscieturam *P* :  
 adsunturam *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>* 13 petitionis *MPUpOHLA* : peticio-  
 nis *D* : petitionis *R* : ptionis *Ver.* 14 causa liceret *Ver. O* : liceret  
 causa *Vorm. MPUpHDLA*, num recte ? *An fort. totum illud* petitionis  
 causa *delendum ut ex* ambitionis causa *supra petatum* ? ac plebem  
*Ver. MPUpOHDA* : om. *L* 14 ut legem *Ver. MPUpOHA<sup>2</sup>* :  
 legem *DLA* 15 inritatis animis *MPUpOHDLA* (*sed irr- in OD*) :  
 tiratis studiis *Ver.* 16 inclinaturam. Quae ne *MPUpOHDLA* : inclina-  
 cumque nec *Ver. ?* 17 senatus consultum (*i. e. s. c. m.*) *MH* : senatus  
 os . . m (*i. e. cōs tum*) *Ver.* : *s. c. O* : *sc A* : *smc PDL* : sic *Up*  
 26 1 causa fuit *MPUpOHDLA* : causae fuerunt *Ver.* 2 L. f.  
*MPUpOHDLA* : T. filius *Ver.*

—eidem et Poeno cognomen additur—et Cn. Iulius Mento  
 3 consules facti ; nec ultra terror belli est dilatus. Lege sa-  
 crata, quae maxima apud eos uis cogendae militiae erat, di-  
 lectu habito, utrimque ualidi exercitus profecti in Algidum  
 4 conuenere, ibique seorsum Aequi, seorsum Volsci castra  
 communiuere, intentiorque quam unquam ante muniendi  
 exercendique militem cura ducibus erat. Eo plus nuntii  
 5 terroris Romam attulere. Senatui dictatorem dici placuit,  
 quia etsi saepe uicti populi maiore tamen conatu quam alias  
 unquam rebellarant ; et aliquantum Romanae iuuentutis  
 6 morbo absumptum erat. Ante omnia prauitas consulum  
 discordiaque inter ipsos et certamina in consiliis omnibus  
 terrebant. Sunt qui male pugnatum ab his consulibus in  
 Alrido auctores sint eamque causam dictatoris creandi  
 7 fuisse. Illud satis constat ad alia discordes in uno aduer-  
 sus patrum uoluntatem consensisse ne dicerent dictatorem,  
 donec cum alia aliis terribilia adferrentur nec in auctor-  
 itate senatus consules essent, Q. Seruilius Priscus, summis  
 8 honoribus egregie usus, ‘Vos’ inquit, ‘tribuni plebis,  
 quoniam ad extrema uentum est, senatus appellat ut in  
 tanto discrimine rei publicae dictatorem dicere consules  
 9 pro potestate uestra cogatis.’ Qua uoce audita occasionem  
 oblatam rati tribuni augendae potestatis secedunt proque

<sup>2</sup> Poeno Ver. *MPUpOH* : paeno *DL* : peno *A* : Penno *Sigonijs sed*  
*uide adn. ad c. 20. 8* et Cn. *dett.* : et gneus *M<sup>2</sup>PUpO<sup>1</sup>HDLA* :  
*g. nus M* : et gneneus *O* : et genucius en *Ver.* (*qui in seq. om. Mento*) :  
 et C. *Sigon.* ex *Diodor.* 12. 38. 1, *negans alibi praen.* Cn. *in Iulia gente*  
*reperiri* (*cf. c. 29. 7*) <sup>4</sup> seorsum Volsci *MPUpOHDLA* : Volsci  
*Ver.* <sup>ante MPUpOHDLA</sup> : antea *Ver.*, *cf. 1. 21. 2*; *9. 39. 5*  
 5 rebellarant *Ver. dett. aliq.* : rebellarent *MPUpOHDLA* (*fort. recte*) :  
 rebellabant *O* <sup>6</sup> prauitas *Ver. MPUpOA<sup>2</sup>* : priuatas *HDLA* :  
 priuata *D<sup>x</sup> dett. aliq.* <sup>7</sup> discordiaque *MPUpOHDLA<sup>2</sup>* : discordiae-  
 quae *Ver.* : discordieque *A* <sup>7</sup> ne dicerent *Ver. PUpOHDLA*  
 (*sed in D ne cum magno N scribitur, fort. ex margine resumptum, cf. 1.*  
*49. 7 cum adn.*) : *om. ne M* <sup>8</sup> terribilia] *Schoellio uidebatur terri-*  
*biliosa in M scriptum esse, sed littera f non f est; scil. ‘r-altum’ quod*  
*uocant, a scriba non intellectum sed fideliter descriptum;* *cf. 1. 7. 5 adn.*  
 9 secedunt *Ver. MP<sup>2</sup>UpOHDLA* (*sed in D -d- pleniore calamo,*  
*uide sis 1. 41. 4 adn.*) : seducunt *P*

collegio pronuntiant placere consules senatui dicto audientes esse; si aduersus consensum amplissimi ordinis ultra tendant, in uincla se duci eos iussuros. Consules ab tribunis quam 10 ab senatu uinci maluerunt, proditum a patribus summi imperii ius datumque sub iugum tribuniciae potestati consulatum memorantes, si quidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules et—quo quid ulterius priuato timendum foret?—in uincla etiam duci possent. Sors ut dictatorem 11 diceret—nam ne id quidem inter collegas conuenerat—T. Quintcio euenit. Is A. Postumium Tubertum, sacerum suum, seuerissimi imperii uirum, dictatorem dixit; ab eo L. Iulius magister equitum est dictus. Dilectus simul edi- 12 citur et iustitium, neque aliud tota urbe agi quam bellum apparari. Cognitio uacantium militiae munere post bellum differtur; ita dubii quoque inclinant ad nomina danda. Et Hernicis Latinisque milites imperati; utrimque enixe oboeditum dictatori est.

Haec omnia celeritate ingenti acta; relictoque Cn. Iulio 27 consule ad praesidium urbis et L. Iulio magistro equitum ad subita belli ministeria, ne qua res qua eguisserint in castris moraretur, dictator, praeente A. Cornelio pontifice maximo, ludos magnos tumultus causa uouit, profectusque ab urbe, 2 diuiso cum Quintcio consule exercitu, ad hostes peruenit. Sicut bina castra hostium paruo inter se spatio distantia 3 uiderant, ipsi quoque mille ferme passus ab hoste dictator

9 uincla *MPUpOHDLA*: uincola *Ver.*, sed in § 10 *Ver.* cum ceteris uincla, antiquiorem scilicet formam quam maluisse Liuius, non tamen semper uidetur usurpasse; exempla si quis quaerit, adnn. nostras consulat 3. 13. 4-6; 3. 49. 2; 3. 56-59 *passim* 10 a patribus *Ver.* *PUpOHDLA*: patribus *M* summi *MPUpOHDLA*: summum *Ver.* uincla, uid. sup. 11 Iulius *PUpOHDLA*: illius *Ver.*: Iulius *M*: lullius *M<sup>1</sup>* 11-12 dictus. Dilectus *Ver.*: dictus *MPUp OHDLA* differtur *PUpOHDLA*: differtur *M*: differri *Ver.*

27 1 Cn. Iulio *Ver.* *MPUpOHDLA*: C. Iulio *Sigon.*; uide c. 26. 2 *adn.* et L. Iulio *Ver.* *PUpOHDLA*: et Iulio *M* ne qua res qua *PUpOHDLA*: ncquares qua *MD*: neque res quo *Ver.* 2 urbe *MPUpOHDLA*: urbe est *Ver.* 3 uiderant *MPUpOHDLA*: ui- deret *Ver.*: uiderunt dett. unus (*Lovel.* 4): uidere, ita *Madv.*, *fort. recte*

Tusculo, consul Lanuuio propiorem locum castris ceperunt.  
 4 Ita quattuor exercitus, totidem munimenta planitiem in medio  
     non paruis modo excursionibus ad proelia, sed uel ad expli-  
     5 candas utrimque acies satis patentem habebant. Nec ex quo  
     castris castra conlata sunt cessatum a leibus proeliis est,  
     facile paciente dictatore conferendo uires spem uniuersae  
     uictoriae temptato paulatim euentu certaminum suos praeci-  
 6 pere. Itaque hostes nulla in proelio iusto relicta spe, noctu  
     adorti castra consulis rem in casum ancipitis euentus com-  
     mittunt. Clamor subito ortus non consulis modo uigiles,  
     exercitum deinde omnem, sed dictatorem quoque ex somno  
 7 exciuit. Vbi praesenti ope res egebant, consul nec animo  
     defecit nec consilio : pars militum portarum stationes firmat,  
 8 pars corona uallum cingunt. In alteris apud dictatorem  
     castris quo minus tumultus est, eo plus animaduertitur quid  
     opus facto sit. Missum extemplo ad castra subsidium, cui  
     Sp. Postumius Albus legatus praeficitur : ipse parte copiarum  
     paruo circuitu locum maxime secretum ab tumultu petit,  
 9 unde ex necopinato auersum hostem inuadat. Q. Sulpicium  
     legatum praeficit castris ; M. Fabio legato adsignat equites,  
     nec ante lucem mouere iubet manum inter nocturnos  
     tumultus moderatu difficilem. Omnia quae uel alius  
     imperator prudens et impiger in tali re praeciperet ageret-  
 10 que, praecipit ordine atque agit : illud eximium consilii  
     animique specimen et neutiquam uolgatae laudis, quod ultro

4 utrimque acies] post haec defit Ver. usque ad c. 33. 9         6 non  
 consulis *PUpOHR* (sed -les) *DLA* : om. non *M*, cf. 2. 45. 4         7 ope  
*MPUpOHDLA* (sed in *A* post -e littera aliqua erasa est ; in *D* ex sic  
 scriptum fuisse uidetur) : opere *M<sup>2</sup>* dett. unus (*Lovel.* 5) : opera *Hertz*  
 egebant *MPUpOHDLA<sup>2</sup>* : agebant *A* : egebant *Karsten*         firmat  
*Vorm.* *MPUpOHDLA* *Edd.* uet. aliq. : firmant dett. aliq., sed firmat  
 portam una globus militum, cingunt uallum discreti         8 Missum *MP*  
*UpOHD?LA<sup>2</sup>* : missu *D?* : missu *D<sup>x</sup>A* dett. aliq.         subsidiū *MPUp*  
*OHDLA* : subsidio dett. aliq.         ex necopinato *MPUpOH* : nec ex  
 opinato *DLA* dett.         auersum *A<sup>2</sup>* dett. aliq. : aduersum *PUpOHD*  
*LA* : aduersus *M*         9 moderatu *PUpOHA<sup>3</sup>* : moderatum *MA<sup>2</sup>* :  
 moderato *DLA* dett. aliq.         praecipit *PUpHDLA* : praecepit *MO*  
 10 neutiquam *Vorm.* *MPUpOHA<sup>2</sup>* : neutique *D<sup>x</sup>LA* dett. : neutiq  
 (i. e. neutiqui) *D*

ad oppugnanda castra hostium, unde maiore agmine profectos exploratum fuerat, M. Geganium cum cohortibus delectis misit. Qui postquam intentos homines in euentum periculi 11 alieni, pro se incautos neglectis uigiliis stationibusque est adortus, prius paene cepit castra quam oppugnari hostes satis scirent. Inde fumo, ut conuenerat, datum signum ubi 12 conspectum ab dictatore est, exclamat capta hostium castra nuntiarique passim iubet.

Et iam lucescebat omniaque sub oculis erant. Et Fabius 28 cum equitatu impetum dederat et consul eruptionem e castris in trepidos iam hostes fecerat; dictator autem parte 2 altera subsidia et secundam aciem adortus, circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti undique obiecerat uictorem peditem equitemque. Circumuenti igitur 3 iam in medio ad unum omnes poenas rebellionis dedissent, ni Vettius Messius ex Volscis, nobilior uir factis quam genere, iam orbem uoluentes suos increpans clara uoce 'Hic praebituri' inquit, 'uos telis hostium estis indefensi, 4 inulti? Quid igitur arma habetis, aut quid ultiro bellum intulistis, in otio tumultuosi, in bello segnes? Quid hic stantibus spei est? An deum aliquem protecturum uos rapturumque hinc putatis? Ferro uia facienda est. Hac qua 5 me praegressum uideritis, agite, qui uisuri domos parentes coniuges liberos estis, ite mecum. Non murus nec uallum sed armati armatis obstant. Virtute pares, necessitate, quae

10 profectos dett. aliq. Ed. Mediol. 1478, Ald.: profectus *MPUpOH DLA* *Edd. uet.* delectis *PUpOHRD<sup>1</sup>A<sup>2</sup>*: dilectis *MDLA* dett. aliq. (*sed in RD* -lectissimisit, *et sic in L nisi quod erasum est aliquid ante sit*)

11 neglectis *UpODA*: nec legtis *L*: nec lectis *PH*: neglectos *M*  
 28 1 lucescebat *MP<sup>2</sup>UpODLA*: lucescebat *H*: luciscebant *P*  
 2 circumagenti se *Ed. Mog.* 1518: circumagenti *A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>*: circumagentes *PUpOHDLA*: agentes *M* 'antiqua lectio', *Rhenan.* qui tamen addunt circum *ante* tumultus 3 igitur *MPUpOHA<sup>2</sup>*: om. *DLA* dett. aliq.  
 4 praebituri *Vorm.*? *M<sup>3</sup>PUpODLA*: praebitur *MH*: perituri dett. aliq. intulisti *MPUpOHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>*: contulisti *DLA* dett. aliq.

5 me praegressum *Vorm.*? *MPUpODLA<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>*: praegressum *H*: progressum *A* dett. armati armatis *MPUpO<sup>1</sup>DLA*: armatis armatis *OH*

6 ultimum ac maximum telum est, superiores estis'. Haec locutum exsequentemque dicta redintegrato clamore secuti dant impressionem qua Postumius Albus cohortes obiecerat ; et mouerunt uictorem, donec dictator pedem iam referentibus  
 7 suis aduenit eoque omne proelium uersum est. Vni uiro Messio fortuna hostium innititur. Multa utrimque uolnera, multa passim caedes est ; iam ne duces quidem Romani  
 8 incruenti pugnant. Vnus Postumius ictus saxo, perfracto capite acie excessit ; non dictatorem umerus uolneratus, non Fabium prope adfixum equo femur, non brachium abscisum consulem ex tam ancipiti proelio submouit.

**29** Messium impetus per stratos caede hostes cum globo fortissimorum iuuenum extulit ad castra Volscorum, quae  
 2 nondum capta erant. Eodem omnis acies inclinatur. Consul effusos usque ad uallum persecutus ipsa castra uallumque adgreditur ; eodem et dictator alia parte copias admouet.  
 3 Non segnior oppugnatio est quam pugna fuerat. Consulem signum quoque intra uallum inieciisse ferunt, quo milites acrius subirent, repetendoque signo primam impressionem factam. Et dictator proruto uallo iam in castra proelium  
 4 intulerat. Tum abici passim arma ac dedi hostes coepti, castrisque et his captis, hostes praeter senatores omnes uenum dati sunt. Praedae pars sua cognoscentibus Latinis atque Hernicis reddita, partem sub hasta dictator uendidit ; praepositoque consule castris, ipse triumphans inuestitus  
 5 urbem dictatura se abdicauit. Egregiae dictatura tristem memoriam faciunt, qui filium ab A. Postumio, quod occasione bene pugnandi captus iniussu decesserit praesidio, uictorem

5 estis *MPUpOHA<sup>2</sup>* : om. *DLA* dett. *aliqua*. 6 exsequentemque  
*MPUpOHA<sup>2</sup>* : exsequentesque *DLA* 8 *Vnus MPUpOHDLA* :  
 ibi *Edd. uet.* : unus *Sp. Madv. Ed.<sup>3</sup>* ictus *Vorm.?* *M<sup>2</sup>UpR<sup>2</sup>?D<sup>3</sup>A* :  
 ictu *MPOH<sup>1</sup>R et R<sup>3</sup>DL* : icto *H* saxo *MPUpOHDLA* : saxy  
*M<sup>1</sup>* (*ut secundam lectionem*) *R<sup>3</sup>*

29 3 signo *UpOHA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* : signa *MPDLA* primam *PUp*  
*OHD<sup>3</sup>A* : prima *MDL* proruto *MOHLA<sup>2</sup>* : prorupto *PUpDA*,  
 cf. 9. 37. 9 5 ab A. *PUpODL* : ab Au. *M* : ab *HA* dett. *aliqua*.  
 decesserit *Gron.* : discesserit *MPUpOHDL* : disceserit *A*

securi percussum tradunt. Nec libet credere, et licet in 6 uariis opinionibus ; et argumento est quod imperia Manliana, non Postumiana appellata sunt, cum qui prior auctor tam saeui exempli foret, occupatus insignem titulum crudelitatis fuerit. Imperioso quoque Manlio cognomen inditum ; Postumius nulla tristi nota est insignitus.

Cn. Iulius consul aedem Apollinis absente collega sine sorte 7 dedicauit. Aegre id passus Quintius cum dimisso exercitu in urbem redisset, neququam in senatu est conquestus.

Insigni magnis rebus anno additur, nihil tum ad rem 8 Romanam pertinere uisum, quod Carthaginienses, tanti hostes futuri, tum primum per seditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum traiecere.

Agitatum in urbe ab tribunis plebis ut tribuni militum 30 consulari potestate crearentur nec obtineri potuit. Consules fiunt L. Papirius Crassus, L. Iulius. Aequorum legati foedus ab senatu cum petissent et pro foedere deditio ostentaretur, indutias annorum octo impetraverunt : Volsorum 2 res, super acceptam in Algido cladem, pertinaci certamine inter pacis bellique auctores in iurgia et seditiones uersa : undique otium fuit Romanis. Legem de multarum aestimatione pergratam populo cum ab tribunis parari consules unius ex collegio proditione exceperint, ipsi praecoccupauerunt ferre.

Consules L. Sergius Fidenas iterum Hostius Lucretius 4

6 Manliana *Vorm.* : Malliana *MPUpOHDLA* sunt dett. unus (*Lovel. 2*), *Ed. Parm.* 1480 : sint *Vorm.* *MPUpOHDLA* cum *Rhenan.* : quem *Vorm.* *MPUpOHDLA* 7 Cn. Iulius *MPUpO HA<sup>2</sup>* : cn. c. iulius *DLA* dett. aliq. : C. Iulius *Sigon.* ; uide c. 26. 2 *adn.* in urbem *PUpOHLA<sup>2</sup>* : om. in *MDA* dett. 8 Siculorum *D<sup>3</sup>A* dett. aliq. : singulorum *MPUpOHD*? *L* Siciliam *MP<sup>1</sup> Up<sup>2</sup>OD<sup>2</sup> uel D<sup>4</sup>A* : seculum *P* : sicilia *HDL* : sicilicium *Up*

30 1 cum petissent *MPUpOD<sup>3</sup>LA* : competissent *D* : concupissent *H* 2 pertinaci *MPUpOHA<sup>2</sup>* : pertinacie *A* : pertinatiae *DL* dett. aliq.

3 pergratam *MOHA<sup>2</sup>* : per gratiam *PUpDLA* dett. 4 Hostius *MPUpOHDLA* (*cf. 1. 12. 2*) : Hostus *Sigon.* *ex Cassiod.* (*uide C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 111*), male

Tricipitinus. [Nihil dignum dictu actum his consulibus. Secuti eos consules A. Cornelius Cossus T. Quinctius 5 Poenus iterum.] Veientes in agrum Romanum excursiones fecerunt. Fama fuit quosdam ex Fidenatium iuuentute participes eius populationis fuisse, cognitioque eius rei L. 6 Sergio et Q. Seruilio et Mam. Aemilio permissa. Quidam Ostiam relegati, quod cur per eos dies a Fidenis afuissent parum constabat; colonorum additus numerus, agerque iis 7 bello interemptorum adsignatus. Siccitate eo anno plurimum laboratum est, nec caelestes modo defuerunt aquae, sed terra quoque ingenito umore egens uix ad perennes suffecit amnes. 8 Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuosque stragem siti pecorum morientum dedit; scabie alia absumpta, uolgatique in homines morbi. Et primo in agrestes ingruerant 9 seruitiaque; urbs deinde impletur. Nec corpora modo affecta tabo, sed animos quoque multiplex religio et pleraque externa inuasit, nouos ritus sacrificandi uaticinando inferentibus in domos quibus quaestui sunt capti superstitione animi, 10 donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis peruenit, cernentes in omnibus uicis sacellisque peregrina atque 11 insolita piacula pacis deum exposcenda. Datum inde negotium aedilibus, ut animaduerterent ne qui nisi Romani di neu quo alio more quam patro colerentur.

12 Irae aduersus Veientes in insequentem annum, C. Serui-

4 [Nihil dignum . . . iterum] *transtulimus in § 12 ubi vide sis adn.*  
*In D inter consulib. et secuti siglum aliquod sat magnum (Σ) erasum est.*

*Poenus MPUpOH: paenus DL: penus A: Pennus Sigon., sed vide c. 26. 2 adn.* 8 *torridos MPUpOHA<sup>2</sup>: horridos DLA: at aridos D<sup>3</sup>*

*siti pecorum M<sup>3</sup>PUpOH (sed in O pecco-): sit ipecorum M: sit ipse quorum DLA morientum MPH: morientum UpODL: morientum A uolgatique in H, recte (cf. 5. 48. 3): uolgatique contactu in PUpODA: uolgatique conatu in L: uolgatique contactu quam M, unde elucet uoces . . . que in antiquitus iuxta stetisse uocemque contactu glossema esse ex margine inductum* 12 *Ante uocem Irae nota quaedam magna (Γrae) in D erasa est quae aliquam in Dominicanici codicis exemplari confusionem indicauerit. Probabile autem uidetur hoc siglum in illo exemplari respondisse siglo illi quod in § 4 supra obseruabilius* C. Seruiliū . . . consules MPLA: per c. seruiliū . . . con-

lium Ahalam L. Papirium Mugillanum consules, dilatae sunt. *(Nihil dignum dictu actum his consulibus. Secuti eos A. Cornelius Cossus T. Quinctius Poenus iterum consules.)* Tunc quoque ne confestim bellum indiceretur neue <sup>13</sup> exercitus mitterentur, religio obstitit ; fetiales prius mittendos ad res repetendas censuere. Cum Veientibus nuper acie <sup>14</sup> dimicatum ad Nomentum et Fidenas fuerat, indutiaeque inde, non pax facta, quarum et dies exierat, et ante diem rebellauerant ; missi tamen fetiales ; nec eorum, cum more

sules *UpD* : *ā. seruilio . . . consulibus (ablativa omnia) OHA<sup>3</sup> : delet Harant, sed sic restat difficultas summa in uocibus insequentem annum si cum § 4 sup., cum § 15 Quinctius consul, cum c. 31. i T. Quinctius Poenus ex consulatu conferuntur: hinc in edit. sua tercia ad § 15 'errorem Liui' damnat Madv., uir seuerissimus, quem sequitur Da Costa, Fasti consolari, i, p. 203 adn. 3. Si quis tamen codd. horum ipsorum, non alienarum tantum conlationum, uere familiaris factus est, diu ille renuit negotiabitque menda haec manifestissima a Liuio solo profecta esse posse.* Cautiorem sane uiam ineat lector si nobiscum statuat sententias ex § 4 Nihil dignum . . . Poenus iterum huc ante § 13, uocis consules tantum loco immutato, transferendas esse. Sic Liuius sibi saltem non bis intra decem uersus repugnasse putabitur, quamquam a quattuor Fastorum testibus (*vide sis C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 110*) discrepabit. Sed ne Diodorus quidem (*pace Da Costae dixerim qui quid de his quattuor annis uoluerit nondum intellexi*) ab illis hoc loco (12. 75, 77, 78) minus discrepat. Credi fortasse potest corruptelam a correctore aliquo inlatam esse cum uerba in marginem elapsa sic in textu referre conatus sit ut Fastorum normam sequeretur. Similis atque in marginem ea omnia quae Mugillanum consules sequebantur usque ad iterum consules exciderant, facile erat uoces dilatae sunt recte restituere ut cum Irae cohaerent; cetera labebantur. Similem sententiarum ordinem in 4. I. I, et plurima et certa translationum in codd. nostris exempla apud Class. Quarterly iv, p. 274 reperies. Valde deflenda est per haec capita defectio codicum *FBE* et *praincipue Veronensis* Mugillanum *Drak.*, *Glareani* et *Gronouii* monitiones coniungens (*cf. c. 7. 10 adn.*) : mugilanum *MP UpDLA* : mugillano *A<sup>2</sup> Edd.* uet. *omnes Ald.*

<sup>14</sup> Fidenas fuerat] post haec procedit *O*, nulla lacunae nota Itaque sicut priore (c. 57. II). Sed hoc ipso loco uocibus indutiaeque inde incipit rursus *Einsiedlensis* cuius quaternio (*qui nunc est*) secundus ultimas uoces habet ab suis cernerent, haecque lineam incompletam relinquunt, incipitque quaternio tertius uocibus Itaque sicut priore (c. 57. II). Manifestum est igitur *Oxonensem* ex exemplari descriptum esse unde quaternio hic abreptus erat, exemplarque illud artissime cum *Einsiedlensi* cognatum esse cum ambo tam religiose quaterniones indidem incipiunt, eodem deducunt et dies *MP<sup>2</sup>UpEHDLA* : non dies *P*

15 patrum iurati repeterent res, uerba sunt audita. Controuersia inde fuit utrum populi iussu indiceretur bellum an satis esset senatus consultum. Peruicere tribuni, denuntiando impedituros se dilectum, ut Quintius consul de bello  
 16 ad populum ferret. Omnes centuriae iussere. In eo quoque plebs superior fuit, quod tenuit ne consules in proximum annum crearentur.

31 Tribuni militum consulari potestate quattuor creati sunt, T. Quintius Poenus ex consulatu C. Furius M. Postumius 2 A. Cornelius Cossus. Ex his Cossus praefuit urbi, tres dilectu habito profecti sunt Veios, documentoque fuere quam plurium imperium bello inutile esset. Tendendo ad sua quisque consilia, cum aliud alii uideretur, aperuerunt 3 ad occasionem locum hosti ; incertam namque aciem, signum aliis dari, receptui aliis cani iubentibus, inuasere opportune Veientes. Castra propinqua turbatos ac terga dantes 4 accepere ; plus itaque ignominiae quam cladis est acceptum. Maesta ciuitas fuit uinci insueta ; odisse tribunos, poscere dictatorem : in eo uerti spes ciuitatis. Et cum ibi quoque religio obstaret ne non posset nisi ab consule dici dictator, 5 augures consulti eam religionem exemere. A. Cornelius dictatorem Mam. Aemilium dixit et ipse ab eo magister equitum est dictus ; adeo, simul fortuna ciuitatis uirtute

15 Peruicere *MP<sup>2</sup>UpED<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : peruicerunt *D?A?* : peruiceret *PL* : peruinceret *H* Quintius (*uel -nt-*) consul *MPUpEHDLA* : consules *Sigoniū* : ‘*Liuius errore superioris anni consulem in hunc transtulit*’ *Madv.*, *ratus scilicet Liuum tam cordi habuisse hunc errorem ut in c. 31. 1 iterum repeteret*. *Vide sis adn. ad § 12 supra* ferret *PUpEHDLA* : ferre *M* : ferrent *Sigoniū*

31 1 Poenus *MPUpEDL* : poenatus *H* : penus *A* : Pennus *Sigoni.*, sed uide c. 26. 2 adn. sup. ex consulatu *MP<sup>1</sup>UpEHA<sup>2</sup>* : ex consulatum *P* : et consulatu *DLA*? 2 plurium *PE<sup>1</sup>HA* : plurimum *Vorm.*? *MUpDL* dett. *alig. et in E aliquid supra -iu- erasum est* : complurium . . . esse pro quam plurimum esset coniecit *Rhenan*. 4 fuit uinci] *inter haec add.* *P ex sequentibus et cum ibi quoque . . . nisi ab consule, quae tamen statim hic deleuit refertque iterum suo loco*  
 5 Mam. Aemilium *Edd. uet. ex c. 23. 5* : *m(uel m)aemilium MPUpHD LA* : martium aemilium *E*

uerā eguit, nihil censoria animaduersio effecit, quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur.

Veientes re secunda elati, missis circum Etruriae populos 6 legatis, iactando tres duces Romanos ab se uno proelio fusos, cum tamen nullam publici consilii societatem mouissent, uoluntarios undique ad spem praedae adsciuierunt. Vni Fide- 7 natium populo rebellare placuit; et tamquam nisi ab scelere bellum ordiri nefas esset, sicut legatorum ante, ita tum nouorum colonorum caede imbutis armis, Veientibus sese coniungunt. Consultare inde principes duorum populorum, Veios 8 an Fidenas sedem belli caperent. Fidenae uisae opportunores; itaque triecto Tiberi Veientes Fidenas transtulerunt bellum. Romae terror ingens erat. Accito exercitu a Veis, 9 eoque ipso ab re male gesta perculso, castra locantur ante portam Collinam, et in muris armati dispositi, et iustitium in foro tabernaeque clausae, fiuntque omnia castris quam urbi similiora, cum trepidam ciuitatem paeconibus per uicos 32 dimissis dictator ad contionem aduocatam increpuit quod 2 animos ex tam leuibus momentis fortunae suspensos gererent ut parua iactura accepta, quae ipsa non uirtute hostium nec ignauia Romani exercitus sed discordia imperatorum accepta sit, Veientem hostem sexiens uictum pertimescant Fidenas-

5 effecit *MEHD<sup>r</sup>A<sup>2</sup>*: efficit *PUpDLA*: officit *Tan. Faber* 7 ante ita *MH*: antea ita *PUpED<sup>3</sup>L*: at *A* : ita *A<sup>2</sup>*, ante *ante legatorum inservens* 8-9 ingens erat. Accito exercitu *MPUpEDLA* : add. hosti- bus positis ad Fidenas (*glossema marginale quod P etiam sed in margine refert*) inter erat et accito *Vorm.* : erat ingens accito exercitu *H* a Veis *Vorm.* *PUpHR<sup>2</sup>* (*ut secundam lectionem*) *L* : a ueis *ED<sup>3</sup>* : ab eis *RDA* : ab eis romae terror hostibus positis ad fidena ab eis *M* 9 ab re male gesta *MPUpEHA<sup>2</sup>* : ab rem male gestam *RD* : ab rem male iesta *L* : ob rem male gestam *R<sup>3</sup>D<sup>3</sup>A* dett. perculso *UpA<sup>3</sup>* dett. aliq. : perculta *PEHDLA<sup>2</sup>* : perculti *A* : procul . . . *M* : procul sua *M<sup>3</sup>*

32 1 cum *Vorm.* *MPUpEHDLA* : tum dett. *Edd. uet.*, *quod et ille qui capita primus dinumeravit* (Jan Gruter—uide edit. eius *Francofurti* 1612 et *Praefat.* eius ad editionem *Francofurtensem* 1628) *ante oculos habuit* ciuitatem *MPUpEDLA* : urbem *H* 2 momentis fortunae *MPUpEHDLA* : fortunae momentis dett. aliq. (non *L*) *Edd. uet.* sexiens *PUpR*: sexies *EHD<sup>3</sup>*: exiens *MDLA*: totiens *A<sup>2</sup>* dett.: septiens *Edd. uet.*

3 que prope saepius captas quam oppugnatas. eosdem et Romanos et hostes esse qui per tot saecula fuerint ; eosdem animos, easdem corporis uires, eadem arma gerere. se quoque eundem dictatorem Mam. Aemilium esse qui antea Veientium Fidenatumque adiunctis Faliscis ad Nomentum  
 4 exercitus fuderit, et magistrum equitum A. Cornelium eundem in acie fore qui priore bello tribunus militum, Larte Tolumnio rege Veientium in conspectu duorum exercituum  
 5 occiso, spolia opima Iouis Feretrii templo intulerit. proinde memores secum triumphos, secum spolia, secum uictoriam esse, cum hostibus scelus legatorum contra ius gentium intersectorum, caedem in pace Fidenatum colonorum, indurias ruptas, septimam infelicem defectionem, arma  
 6 caperent. simul castra castris coniunxissent, satis confidere nec sceleratissimis hostibus diuturnum ex ignominia exercitus  
 7 Romani gaudium fore, et populum Romanum intellecturum quanto melius de re publica meriti sint qui se dictatorem tertium dixerint quam qui ob eruptum censurae regnum  
 8 labem secundae dictatura suae imposuerint. Votis deinde nuncupatis profectus mille et quingentos passus citra Fidenas castra locat, dextra montibus, laeva Tiberi amne  
 9 saeptus. T. Quinctium Poenum legatum occupare montes iubet occultumque id iugum capere, quod ab tergo hostibus foret.  
 10 Ipse postero die cum Etrisci pleni animorum ab pristini diei meliore occasione quam pugna in aciem processissent, cunctatus parumper dum speculatores referrent Quinctium euassisce in iugum propinquum arci Fidenarum,

3 et hostes *PUpEHDLA* : hostes *M* Mam. dett. aliq. (cf. c. 23. 5) : m. (uel m.) *MPUpHDLA* : marcium *E* (cf. c. 31. 5 adn.) ante *MPUpEH* : ante *DLA* 4 Larte Tolumnio *PUpEHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : laret (uel larcer) colūnio *M* : larte tolumnia *DLA* Feretrii *P<sup>2</sup>UpED<sup>3</sup>* : ferretrii *MPHDLA* 7 dixerint *MPUpEDLA* : dixerunt *H* quam qui *Tan. Faber* : quam eos qui *MPUpEHDLA* imposuerint *MEHLA<sup>1</sup>* : imposuerunt *PUpRDA* 10 ab pristini dett. aliq. : ac pristini *MPUpEHDLA*

signa profert peditumque aciem instructam pleno gradu in hostem inducit; magistro equitum praecipit ne iniussu 11 pugnam incipiat: se cum opus sit equestri auxilio signum daturum; tum ut memor regiae pugnae, memor opimi doni Romulique ac Iouis Feretri rem gereret. Legiones impetu ingenti configunt. Romanus odio accensus impium Fide- 12. natem, praedonem Veientem, ruptores indutiarum, cruentos legatorum infanda caede, respersos sanguine colonorum suorum, perfidos socios, imbelles hostes compellans, factis simul dictisque odium explet.

Concussaserat primo statim congressu hostem cum repente 33 patefactis Fidenarum portis noua erumpit acies, inaudita ante id tempus inuisitataque. Ignibus armata ingens multitudo facibusque ardentibus tota conlucens, uelut fanatico instincta cursu in hostem ruit, formaque insolitae pugnae Romanos parumper exterruit. Tum dictator, magistro 3 equitum equitibusque, tum ex montibus Quintio accito, proelium ciens ipse in sinistrum cornu, quod, incendio similius quam proelio, territum cesserat flammis; accurrit 4 claraque uoce ‘Fumone uicti’ inquit, ‘uelut examen apum, loco uestro exacti inermi cedetis hosti? Non ferro extinguitis ignes? Non faces has ipsas pro se quisque, si igni, non telis pugnandum est, ereptas ultiro infertis? Agite, nominis 5 Romani ac uirtutis patrum uestraeque memores uertite incendium hoc in hostium urbem, et suis flammis delete Fidenas, quas uestris beneficiis placare non potuistis. Legatorum

33 1 inuisitataque *MPEHDLA*: inuisitataque *P<sup>2</sup>Up* dett. alig.  
 2 facibusque *MPEHDLA*: facibus *Up* fanatico *MPUpEHDLA*:  
*add.* furore Cornelissen; sed si quid mutandum esset, fanatice melius scriberes, id quod monet Walters; uide ante omnia 39. 13. 12 ubi iterum currunt fanatici cum facibus 4 apum *EH* (*sic constanter, ut uideretur, Liuinus, uide Drak. adn.*): apum *PUpDLA*: appium *M* exstinguitis *MPUpHDLA* dett.: exstinguitis *EA*: exstinguetis dett. unus (*Palat. Gebhardii*). Non interrogationem clausula hac sed sententiam ponи censem Walters, ut sit: ‘contra ignes nihil ualet ferrum; ignes potius ipsos ui eripite,’ fort. recte; certe gladii breuiores erant quam faces si igni *P<sup>2</sup>UpE<sup>2</sup>HDLA*: signi *MPE*: igni *M<sup>2</sup>* infertis scripsi:  
 infertis uel inferctis *M*: inferctis *M<sup>2</sup>PUpEHDLA*

hoc uos uestrorum colonorumque sanguis uastatique fines  
 6 monent.' Ad imperium dictatoris mota cuncta acies. Faces  
 partim emissae excipiuntur, partim ui eripiuntur: utraque  
 7 acies armatur igni. Magister equitum et ipse nouat pug-  
 nam equestrem; frenos ut detrahant equis imperat, et ipse  
 princeps calcaribus subditis euectus effreno equo in medios  
 ignes infertur, et alii concitati equi libero cursu ferunt equi-  
 8 tem in hostem. Puluis elatus mixtusque fumo lucem ex  
 oculis uirorum equorumque aufert. Ea quae militem terrue-  
 rat species nihil terruit equos; ruinae igitur similem stragem  
 9 eques quacumque perueraserat dedit. Clamor deinde accidit  
 nouus; qui cum utramque mirabundam in se aciem uertisset,  
 dictator exclamat Quintum legatum et suos ab tergo hostem  
 10 adortos; ipse redintegrato clamore infert acrius signa. Cum  
 duae acies, duo diuersa proelia circumuentos Etruscos et a  
 fronte et ab tergo urgerent, neque in castra retro neque in  
 montes, unde se nouus hostis obiecerat, iter fugae esset, et  
 equitem passim liberi frenis distulissent equi, Veientium  
 maxima pars Tiberim effusi petunt, Fidenatium qui super-  
 11 sunt ad urbem Fidenas tendunt. Infert pauidos fuga in  
 medium caedem; obtruncantur in ripis; alios in aquam  
 compulsos gurgites ferunt; etiam peritos nandi lassitudo et  
 uolnera et pauor degrauant; pauci ex multis tranant.  
 12 Alterum agmen fertur per castra in urbem. Eadem et

5 monent *PUpEHDLA*: mouent *M* dett. duo      9 ab tergo] *his*  
*uocibus rursus inc.* *Ver.*      *hostem M PUpEHDLA*: *hostes Ver.*  
 10 duo diuersa *M PUpEHDR<sup>3</sup>* in ras. *LA*: duae diuersa *Ver.*  
 unde se *Ver.* *PUpED<sup>3</sup>LA*: Vnde se (*cum capitali*) *RD*: inde se *M*:  
 unde *H* esset et *M PUpER<sup>2</sup>D<sup>3</sup>A* (*quid D habuerit discernere nequii*):  
 esse et *HRL*: esset *Ver.*      passim liberi *D<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* *Edd. uet.*: passim  
 liberis *Ver.* *PUpEHDLA* 'uetus lectio' *Rhenan.*: passi liberis *M*  
 frenis *Ver.* *M PUpEHD<sup>3</sup>A*: fremis *L*: frenis se *D?*      distulissent  
*Gron.* iam a *Veronensi confirmatus* (*cf. 6. 42. 8 cum adn.*), et sic uoluit,  
*ut credo*, *D<sup>1</sup>* qui punctum posuit *infra arcum p-litterae*: dispulissent  
*M PUpEHDLA*      Tiberim *PUpEHDLA*: interim *M*: *defit Ver.*  
 11 pauci ex multis tranant *om. M*      tranant *Ver.* *PUpED<sup>3</sup>A<sup>3</sup>*: trahant  
*HDLA* (*sed in D ec uel ac pro ex, corr. D<sup>3</sup>*)      12 *Eadem. Ver.*  
*Vorm.* *MPEHDLA*: eodem *UpA<sup>3</sup>* dett. *alig.*

Romanos sequentes impetus rapit, Quintum maxime et cum eo degressos modo de montibus, recentissimum ad laborem militem, quia ultimo proelio aduenerat.

Hi postquam mixti hostibus portam intrauere, in muros 34 euadunt, suisque capti oppidi signum ex muro tollunt. Quod 2 ubi dictator conspexit—iam enim et ipse in deserta hostium castra penetrauerat—, cupientem militem discurrere ad praedam, spe iniecta maioris in urbe praedae, ad portam dicit, receptusque intra muros in arcem quo ruere fugientium turbam uidebat pergit; nec minor caedes in urbe quam in 3 proelio fuit donec abiectis armis nihil praeter uitam petentes dictatori deduntur. Vrbs castraque diripiuntur. Postero die 4 singulis captiuis ab equite ac centurione sorte ductis et, quorum eximia uirtus fuerat, binis, aliis sub corona uenundatis, exercitum uictorem opulentumque praeda triumphans dictator Romam reduxit; iussoque magistro equitum abdicare se magistratu, ipse deinde abdicat, die sexto decimo reddito in pace imperio quod in bello trepidisque rebus acceperat. Classi quoque ad Fidenas pugnatum cum 6 Veientibus quidam in annales rettulere, rem aequa difficilem atque incredibilem, nec nunc lato satis ad hoc amne et tum aliquanto, ut a ueteribus accepimus, artiore, nisi in traiectu 7 forte fluminis prohibendo aliquarum nauium concursum in

12 degressos *Vorm. MP<sup>1</sup>EL*: degressus *Ver. P*: degressum *H*: degressos *UpDA* aduenerat *MPUpEDLA*: peruenierat *H*: . . . . erat *Ver.*

34 1 euadunt *MPUpEHA<sup>2</sup>*: inuadunt *DLA*: defit *Ver.* 3 in urbe *M<sup>3</sup>PUpEHD<sup>x</sup>L*: in urbem *DA*: in uerbo (*uel usib<sup>o</sup> uel uórb<sup>o</sup>*) *M*: in u . . . *Ver.* quam in *MPUpL*: . . . . in *Ver.*: quā in *E*: quam *H*: om. *DA* dett. *aliqu. fort. recte*, *u. adn. prox.* proelio fuit *Ver. MPUpEHLA<sup>2</sup>*: om. *DA* dett. *aliqu. fort. recte*. *Codicum confusiones monent sed uix demonstrant aut* in urbe *aut* quam in proelio fuit delendum esse castraque *Ver. PU<sup>1</sup>EHD<sup>x</sup>LA*: castra *M* 4 equite ac dett. unus (*Lovel. 5*): equite ad (*uel aeq.*) *MP<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>UpEHD<sup>x</sup>LA*: equitum *P*: equi . . . . *Ver.*: aequitem ad *D* centurione *M?* *L Lovel. 5*: centurionem *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>PUpEHDA*: centurionis *Ver.*: centurionibus *Weissenb.* corona *Ver. PU<sup>1</sup>EHA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>*: coronam *MDLA* 5 abdicat *MPUpEHD<sup>x</sup>LA*: se abdicat *A<sup>2</sup>*: abdicauit *Ver.* 6 accepimus *Ver. MPUpEDLA*: accipimus *H*

maius, ut fit, celebrantes naualis uictoriae uanum titulum appetiuere.

35 Insequens annus tribunos militares consulari potestate habuit A. Sempronium Atratinum L. Quintium Cincinatum L. Furium Medullinum L. Horatium Barbatum.  
2 Veientibus annorum uiginti indutiae datae et Aequis triennii, cum plurium annorum petissent ; et a seditionibus urbanis otium fuit.

3 Annum insequentem neque bello foris neque domi seditione insignem ludi bello uoti celebrem et tribunorum militum 4 apparatu et finitimorum concursu fecere. Tribuni consulari potestate erant (Ap.) Claudius Crassus Sp. Nautius Rutulus, L. Sergius Fidenas Sex. Iulius Iulus. Spectaculum comitate etiam hospitum, ad quam publice consenserant, aduenis gratius fuit.

5 Post ludos contiones seditiosae tribunorum plebi fuerunt, obiurgantium multitudinem quod admiratione eorum quos 6 odisset, stupens in aeterno se ipsa teneret seruitio, et non modo ad spem consulatus in partem reuocandam adspirare

35 1 A. Sempronium *Ver. PUpEHDLA* : Sempronium *M*  
4 erant *Ver. M<sup>3</sup>PUpEHHLA* : eram *M* : erat *D* Ap. Claudius  
*Glareanus ex c. 36. 5* : Claudius *Ver. MPUpEHDLA* Nautius  
*Ed. Frob. 1531 (ex c. 44. 13 et inf. § 6—nam Naeuii plebeii erant—et*  
*Diod. 12. 82. 1)* : naeuius (*uel ne-*) *Ver. MPUpEHDLA* Rutulus  
*scripsi Sigon. secutus (cf. 3. 7. 6 adn. et C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 114)* : rutilius *Ver.*  
*MPUpE<sup>2</sup>HDLA (sed in R (c. 21. 6 adn.) et D -l- pleniore calamo, cf. 1.*  
41. 4 adn.) : ritilius *E* L. Sergius *Sigon. ex cc. 25. 2 ; 45. 5 (cf.*  
*Diod. 12. 82) : t sergius Ver. MPUpE<sup>2</sup>HDLA* : titus sergias *E*  
*Iulus Sigon. ex Fastis Capit. (e. g. 451 a. C. n. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 106)* : nullus  
*MPUpE* : nullius *HDLA* : om. *Ver.* hospitum *Vorm.*<sup>2</sup> (*ut secundam*  
*lectionem*) *UpHA<sup>1</sup>* dett. *aliq.* : hospitum *D* : hospitium *Ver. Vorm. MPE*  
*D<sup>3</sup>LA* publice consenserant *Gron.* : consenserant consilio publico  
consensu uenerant *M* : publico consensu uenerant *Ver. PUpEHDLA* :  
consensum erat publico consilio *Hertz* aduenis gratius *Vorm. ? MP*  
*UpEHDLA* : aduenis ad . . . . . *Ver.* fuit *Ver. (initio lineae)*  
*DLA* : affuit *UpEH* : adsuit *P* : afuit *M* ; mendum aliquod fortasse subest  
5 odisset *H. Gron.* : odissent *MPUpEDLA* : defit *Ver.* 6 reuocandam  
*Ver. MP<sup>1</sup> uel P<sup>2</sup>UpEHDLA* : reuocantemda *P* : reuocandi  
*Madv. 7. 22. 9 comparans, unde certe (in partem, scil. plebeiam) uocandi*  
*hic defendere facile poteris, non uero, quod uolt Madv.. reuocandi ; fort.*  
*melius in partem tolli possit ut glossema a lectore quodam profectum qui*  
*plebeios unum tantum locum consularem expugnasse recordabatur*

non auderet, sed ne in tribunis quidem militum creandis, quae communia essent comitia patrum ac plebis, aut sui aut suorum meminisset. desineret ergo mirari cur nemo de com- 7 modis plebis ageret ; eo impendi laborem ac periculum unde emolumentum atque honos speretur ; nihil non adgressuros homines si magna conatis magna praemia proponantur ; ut 8 quidem aliquis tribunus plebis ruat caecus in certamina peri- culo ingenti, fructu nullo, ex quibus pro certo habeat, patres, aduersus quos tenderet, bello inexpiabili se persecuturos, apud plebem, pro qua dimicauerit, nihilo se honoratiorem fore, neque sperandum neque postulandum esse. magnos 9 animos magnis honoribus fieri. neminem se plebeium contempturum ubi contemni desissent. experiundam rem denique in uno aut altero esse sitne aliqui plebeius ferendo magno honori an portento simile miraculoque sit fortem ac strenuum uirum aliquem exsistere ortum ex plebe. sum- 10 ma ui expugnatum esse ut tribuni militum consulari potes- tate et ex plebe crearentur. petisse uiros domi militiaeque spectatos ; primis annis suggillatos, repulsos, risui patribus fuisse ; desisse postremo praebere ad contumeliam os. nec 11 se uidere cur non lex quoque abrogetur, qua id liceat quod nunquam futurum sit ; minorem quippe ruborem fore in iuris iniquitate, quam si per indignitatem ipsorum praeter- eantur.

Huius generis orationes cum adsensu auditae incitauere 36 quosdam ad petendum tribunatum militum, alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu profitentem. Agri 2

8 ut quidem *PEHDLA* : ut quidam *M* : ut quid enim *UpD<sup>3</sup>* : defit Ver. caecus *PUpHA* : . . . cus Ver. : cecus *ED<sup>3</sup>* : coecus *R* : caecus *L* : coetus *MD?* caecus in ce-] post haec defit Ver. usque ad c. 36. 3 tenderet *MPUpEHLA* : tendere *D<sup>3</sup> in rasura* : teden- derit *Madv. fort. recte, sed uide sis Append. II Edit. meae Libri II (in Or. Recta hic stare poterat: aduersus quos tendam (Fut. Indic.) . . . pro qua dimicauero)* 9 aliqui plebeius *MPEHDL* : aliquis plebeius *UpD<sup>3</sup>A* uirum *Vorm.?* *MPUpEA<sup>2</sup>* : om. *HDLA* 10 potestate et *MPUpEDLA* : om. et *H* os *E<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>HDLA* c. s. *PUp* : cos *E* (sed cum grandi littera C) : om. *M*

publici diuidendi coloniarumque deducendarum ostentatae  
 spes et uectigali possessoribus agrorum imposito in stipen-  
 3 dium militum erogandi aeris. Captatum deinde tempus ab  
 tribunis militum, quo per discessum hominum ab urbe,  
 cum patres clandestina denuntiatione reuocati ad diem cer-  
 tam essent, senatus consultum fieret absentibus tribunis  
 4 plebi ut quoniam Volscos in Hernicorum agros praedatum  
 exisse fama esset, ad rem inspiciendam tribuni militum pro-  
 5 ficerentur consulariaque comitia haberentur. Profecti Ap.  
 Claudio, filium decemuiri, praefectum urbis relinquunt,  
 impigrum iuuenem et iam inde ab incunabulis imbutum  
 odio tribunorum plebisque. Tribuni plebi nec cum absenti-  
 bus iis qui senatus consultum fecerant, nec cum Appio,  
 37 transacta re, quod contenderent, fuit. Creati consules sunt  
 C. Sempronius Atratinus Q. Fabius Vibulanus.

Peregrina res, sed memoria digna traditur eo anno facta,  
 Voltturnum, Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab  
 Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye uel,  
 2 quod proprius uero est, a campestri agro appellatam. Cepere  
 autem, prius bello fatigatis Etruscis, in societatem urbis  
 agrorumque accepti, deinde festo die graues somno epulis-  
 que incolas ueteres noui coloni nocturna caede adorti.

3 His rebus actis, consules ii, quos diximus, idibus Decem-  
 bribus magistratum occipere. Iam non solum qui ad id

*36 3 ab urbe] his uocibus rursus inc. Ver. sed in hoc fragmento  
 uniuscuiusque lineae superest uix dimidia pars* *clandestina M<sup>3</sup>*  
*P<sup>2</sup>UpEHA* : clam destina *PDL* : cladesti *M* : clandestina *M<sup>1</sup>* : clam-  
 destina *D<sup>8</sup>*

*37 1 Atratinus PU<sub>p</sub>EHDLA* (*cf. etiam C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 112*) : aratinus  
*M* traditur eo anno] post haec defit *Ver. usque ad c. 54. 3*  
*2 Capye Vorm.* : capue *A<sup>2</sup>* *marg.* : capio *MPU<sub>p</sub>EHDLA* fatiga-  
 tis *MPU<sub>p</sub>EDLA* : fugatis *H* accepti *UpA<sup>2</sup>*? *Ed. Rom. 1469* :  
 acceptis *MPEHDLA* *Ald.* graues *E<sup>1</sup>* uel *E<sup>2</sup>H* : grauis *U<sup>2</sup>* :  
 graui *Vorm.* *MPU<sub>p</sub>EDLA* *3 Decembribus Vorm.?* *EHDLA*  
 (*sed in D DecembriB sic*) : Decembbris *M* : om. *PUp* magistra-  
 tum *MPU<sub>p</sub>ED<sup>3</sup>LA<sup>2</sup>* : magistratum *DA* : magistratus *H* occepere  
*Edd. uet., cf. 1. 7. 6* : accepere *MPU<sub>p</sub>EDLA* : ceperunt *H* qui ad  
*MP<sup>1</sup>* uel *P<sup>2</sup>UpE<sup>1</sup>* uel *E<sup>2</sup>D<sup>x</sup>HR<sup>3</sup>LA* : quia *E* : quia ad *PRD*

missi erant rettulerant imminere Volscum bellum, sed legati 4 quoque ab Latinis et Hernicis nuntiabant non ante unquam Volscos nec ducibus legendis nec exercitui scribendo inten- tiores fuisse ; uolgo fremere aut in perpetuum arma bellum- 5 que obliuioni danda iugumque accipiendum, aut iis cum quibus de imperio certetur, nec uirtute nec patientia nec disciplina rei militaris cedendum esse. Haud uana attulere ; sed 6 nec perinde patres moti sunt, et C. Sempronius cui ea prouincia sorti euenit tamquam constantissimae rei fortunae fretus, quod uictoris populi aduersus uictos dux esset omnia temere ac neglegenter egit, adeo ut disciplinae Romanae plus in 7 Volsco exercitu quam in Romano esset. Ergo fortuna, ut saepe alias, uirtutem est secuta. Primo proelio, quod ab 8 Sempronio incaute inconsulteque commissum est, non sub- sidiis firmata acie, non equite apte locato concursum est. Clamor indicium primum fuit qua res inclinatura esset, 9 excitatior crebriorque ab hoste sublatus : ab Romanis dis- sonus, impar, segnius saepe iteratus [incerto clamore] pro- didit pauorem animorum. Eo ferocior inlatus hostis urgere 10 scutis, micare gladiis. Altera ex parte nutant circumspectan- tibus galeae, et incerti trepidant applicantque se turbae ; signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter 11 suos manipulos recipiuntur. Nondum fuga certa, nondum uictoria erat ; tegi magis Romanus quam pugnare ; Volscus inferre signa, urgere aciem, plus caedis hostium uidere quam fugae

Iam omnibus locis ceditur, nequiquam Sempronio consule 38

3 rettulerant *Up Madv.* : retulerant *Vorm.* *MPELA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* : retu- lerunt *HRDA* *Fragm.* *Haverk.* dett. 6 dux esset *Up* dett. *unus* : duxisset *E* : duxisset *Vorm.* *MPHDLA* 8 incaute *M<sup>2</sup>PUpEH* *DLA* : incauto *M* inconsulteque *MPUpD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : insulteque *E* : inconsulto que *E<sup>2</sup>HDLA*, fort. recte 9 qua res *Vorm.*? *MUp<sup>2</sup>EHR* *D<sup>2</sup>A* *Fragm.* *Haverk.* (cf. c. 33. 12; et cum *M.* *Muellero* 25. 21. 4) : quam res *PUpDL* : quo res *Fragm.* *Haverk.*<sup>2</sup> *Ed.* *Rom.* 1469 *Ald.* incerto clamore *MPUpEHDLA* : recte *damnauit Gruter* : incerto clangore *frigide Lipsius* : incerto etiam ore *Iac.* *Gron.*

38 i omnibus *Vorm.*? *PUpEH* : in omnibus *MDLA* dett.

obiurgante atque hortante. Nihil nec imperium nec maiestas  
 2 ualebat, dataque mox terga hostibus forent, ni Sex. Tem-  
 panius, decurio equitum, labante iam re praesenti animo  
 subuenisset. Qui cum magna uoce exclamasset ut equites,  
 3 qui saluam rem publicam uellent esse, ex equis desilirent,  
 omnium turmarum equitibus uelut ad consulis imperium  
 motis, ‘Nisi haec’ inquit, ‘parmata cohors sistit impetum  
 hostium, actum de imperio est. Sequimini pro uexillo  
 cuspidem meam; ostendite Romanis Volscisque neque  
 equitibus uobis ullos equites nec peditibus esse pedites  
 4 pares’. Cum clamore comprobata adhortatio esset, uadit  
 alte cuspidem gerens. Quacumque incedunt, ui uiam  
 faciunt; eo se inferunt obiectis parmis, ubi suorum pluri-  
 5 mum laborem uident. Restituitur omnibus locis pugna, in  
 quae eos impetus tulit; nec dubium erat quin, si tam pauci  
 simul obire omnia possent, terga daturi hostes fuerint.

**39** Et cum iam parte nulla sustinerentur, dat signum Volscus  
 imperator, ut parmati, nouae cohorti hostium, locus detur  
 2 donec impetu inlati ab suis excludantur. Quod ubi est  
 factum, interclusi equites nec perrumpere eadem qua trans-  
 3 ierant posse, ibi maxime confertis hostibus qua uiam  
 fecerant, et consul legionesque Romanae cum quod tegu-  
 men modo omnis exercitus fuerat nusquam uiderent, ne tot  
 fortissimos uiros interclusos oppimeret hostis, tendunt in  
 4 quemcumque casum. Diuersi Volsci hinc consulem ac

2 labante *Gron.* (*cf. Praef. § 9 cum adn.*) : labente *MPUpEHDLA*

3 parmata *Scheelius* : armata *MPUpEHDLA* cohors sistit *PUp*  
*DLA* : cohors sistit *M* : cohors stit *M<sup>1</sup>* : cohors sistat *EH* im-  
 petum hostium, actum *P<sup>2</sup>UpEHDLA* (impetum *P*) : *om. M*  
 4 obiectis *PUpEHDLA* : subiectis *M* : subiecti *M<sup>2</sup>* 5 obire  
*MUpE<sup>2</sup> uel E<sup>3</sup>HD<sup>4</sup>* *marg.* (*ut secundam lectionem*) *L* : obicere *PEDA*

39 1 ut parmati . . . detur *om. E add. infra in marg. E<sup>2</sup>*  
 parmati *MPE<sup>2</sup>HDA* : par matis *L* : per armatos *Up* impetu  
 inlati *PUpH* (*cf. c. 37. 10*) : impetu illati *E* : impetum lati *M* : impetum  
 latis *D?* : impetu inlati *D?, L* : impetu inlati *A* : impetu illatis *D<sup>3</sup>* :  
 impetu inlato *M<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* (*sed in A -latato*) : impetu elati *Duker* 3 qua  
 uiam *PUpEHDLA* : quaqua uiam *M*

legiones sustinere, altera fronte instare Tempanio atque equitibus ; qui cum saepe conati nequissent per rumpere ad suos, tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur, nequaquam inulti ; nec pugnae finis ante noctem fuit. Consul 5 quoque nusquam remisso certamine dum quicquam superfuit lucis hostem tenuit. Nox incertos diremit ; tantusque 6 ab imprudentia euentus utraque castra tenuit pauor ut relictis sauciis et magna parte impedimentorum ambo pro uictis exercitus se in montes proximos reciperent. Tumulus 7 tamén circum sessus ultra mediam noctem est ; quo cum circumsedentibus nuntiatum esset castra deserta esse, uictos rati suos et ipsi, qua quemque in tenebris pauor tulit, fugerunt. Tempanius metu insidiarum suos ad lucem tenuit. 8 Digressus deinde ipse cum paucis speculatum, cum ab sauciis hostibus sciscitando comperisset castra Volscorum deserta esse, laetus ab tumulo suos deuocat et in castra Romana penetrat. Vbi cum uasta desertaque omnia atque 9 eandem quam apud hostes foeditatem inuenisset, priusquam Volscos cognitus error reduceret, quibus poterat sauciis ductis secum, ignarus quam regionem consul petisset, ad urbem proximis itineribus pergit.

Iam eo fama pugnae aduersae castrorumque desertorum 40 perlata erat, et ante omnia deplorati erant equites non priuato magis quam publico luctu, Fabiusque consul terrore urbi 2 quoque injecto stationem ante portas agebat, cum equites procul uisi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti tantam ex metu laetitiam fecere, ut clamor urbem peruaderet gratulantium saluos uictoresque redisse equites, et ex maestis paulo ante domibus quae conclamauerant suos, procurreretur in uias, pauidaeque matres ac coniuges, oblita

7 quo cum *ME<sup>2</sup>HD<sup>3</sup>* in ras. *LA* : quo *PUpE* (sed add. cum ante nuntiatum *Up*) 8 Digressus *MP<sup>2</sup>UpEHDLA* : digressos *P* degressus *Sigon.* laetus *MPUpEDLA* : laetos *H*

40 2 cogniti *M<sup>2</sup>UpE? A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>* : cognitis *MPE uel E<sup>2</sup>HDLA*

prae gaudio decoris, obuiam agmini occurrerent, in suos quae-  
 que simul corpore atque animo, uix prae gaudio compotes,  
 effusae. Tribunis plebi qui M. Postumio et T. Quintcio diem  
 dixerant, quod ad Veios eorum opera male pugnatum esset,  
 occasio uisa est per recens odium Semproni consulis reno-  
 uandae in eos inuidiae. Itaque aduocata contione cum  
 proditam Veiis rem publicam esse ab ducibus, proditum  
 deinde, quia illis impune fuerit, in Volscis ab consule exerci-  
 tum, traditos ad caedem fortissimos equites, deserta foede  
 6 castra uociferati essent, C. Iunius, unus ex tribunis, Tem-  
 panium equitem uocari iussit coramque ei ‘Sex. Tempani’  
 inquit, ‘quaero de te arbitrerisne C. Sempronium consulem  
 aut in tempore pugnam inisse aut firmasse subsidiis aciem  
 7 aut ullo boni consulis functum officio; et tune ipse, uictis  
 legionibus Romanis, tuo consilio equitem ad pedes deduxe-  
 ris restituerisque pugnam; excluso deinde ab acie nostra  
 tibi atque equitibus num aut consul ipse subuenerit aut  
 8 miserit praesidium; postero denique die ecquid praesidii  
 usquam habueris, an tu cohorsque in castra uestra uirtute  
 perruperitis; ecquem in castris consulem, ecquem exercitum  
 9 inueneritis an deserta castra, relictos saucios milites. Haec  
 pro uirtute tua fideque, qua una hoc bello res publica stetit,  
 dicenda tibi sunt hodie; denique ubi C. Sempronius, ubi  
 legiones nostrae sint; desertus sis an deserueris consulem  
 exercitumque; uicti denique simus an uicerimus.’

41 Aduersus haec Tempani oratio incompta fuisse dicitur,  
 ceterum militariter grauis, non suis uana laudibus, non cri-

3 compotes *UpA* dett. *aliq.* : compote *MPEH* ‘lectio uetus’ *Rhenan.* :  
 compotae *DL* 4 pugnatum esset *MPUpED<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : pugnatum est  
*HDLA* 5 Iunius *Edd. uet.* (*cf. Mommsen, Röm. Forsch.* 1. 115) :  
 iulius *MPUpEHDLA*, *uix recte* (*cf. 23. 32. 14 adn.*) 6 ei Sex.  
 (*uel -xte*) *HE<sup>3</sup>LA* : eis ex *ME* : eis sexte *RD* : ei sexte *RxD<sup>x</sup>* : eis ex  
 te *PUpL* 8 praesidii usquam *UpD<sup>3</sup>* : praesidi usquam *PE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>* :  
 praesidius quam *H* : praesidiisquam *MRD<sup>2</sup>A : praesidis usquam *E* :  
 praesidii quam *M<sup>2</sup>RxD<sup>x</sup>L* : praesidii quicquam *A<sup>2</sup>* 9 qua una *PUpE<sup>1</sup>*  
*uel E<sup>3</sup>HD<sup>x</sup>A<sup>3</sup>* : quam una *E* : quam unam *MDLA**

mine alieno laeta: quanta prudentia rei bellicae in C. 2  
 Sempronio esset, non militis de imperatore existimationem esse, sed populi Romani fuisse, cum eum comitiis consulem legeret. itaque ne ab se imperatoria consilia neu consu- 3  
 lares artes exquirerent, quae pensitanda quoque magnis ani-  
 mis atque ingeniis essent; sed quod uiderit referre posse.  
 uidisse autem se priusquam ab acie intercluderetur consulem 4  
 in primā acie pugnantem, adhortantem, inter signa Romana  
 telaque hostium uersantem. postea se a conspectu suorum 5  
 ablatum ex strepitu tamen et clamore sensisse usque ad noc-  
 tem extractum certamen; nec ad tumulum quem ipse tenuer-  
 rat prae multitudine hostium credere perrumpi potuisse.  
 exercitus ubi esset se nescire; arbitrari, uelut ipse in re 6  
 trepida loci praesidio se suosque sit tutatus, sic consulem  
 seruandi exercitus causa loca tutiora castris cepisse; nec 7  
 Volscorum meliores res esse credere quam populi Romani;  
 fortunam noctemque omnia erroris mutui implesse. Precan-  
 temque deinde ne se fessum labore ac uolneribus tenerent,  
 cum ingenti laude non uirtutis magis quam moderationis dimissum. Cum haec agerentur, iam consul uia Labicana 8  
 ad fanum Quietis erat. Eo missa plausta iumentaque alia  
 ab urbe exercitum adfectum proelio ac uia nocturna exce-  
 pere. Paulo post in urbem est ingressus consul, non ab 9  
 se magis enixe amouens culpam quam Tempanium meritis  
 laudibus ferens. Maestae ciuitati ab re male gesta et iratae 10

41 3 pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent *MPUpEHDLA*: quoque *post magnis ponit H. J. Mueller*: pensitare quoque magni animi atque ingenii esset *Gron.*: pensitanda quoque, magni animi atque ingenii essent *Madv. in Ed. 3* referre *MPUpEHA*: referri *DL* 4 adhortantem *Vorm. MD<sup>x</sup>LA*: ad hortantem *D*: atque horttantem *PUpE*: atque adhortantem *Vorm.<sup>2</sup>*: hortantem *H*

7 ne se fessum *MHDLA*: ne se infessum *PE<sup>3</sup>*: se ne se fessum *Up*: ne se confessum (infensum, nefessum?) *E?* dimissum *MPUpEHDLA Edd. uet.*: dimissum accipio *A<sup>3</sup>* dett. *aliq. Ald.*: dimittunt *Harant* 8 *Labicana scribendum est* (*uide 2. 39. 4 cum adn. et 26. 9. 11*): lauicana *MPUpEHDLA* 9 amouens *MPUpED<sup>3</sup>A<sup>1</sup>* *uel A<sup>2</sup>*: admouens *HDLA*

ducibus M. Postumius reus obiectus, qui tribunus militum pro consule ad Veios fuerat, decem milibus aeris grauis 11 damnatur. T. Quintium collegam eius, quia et in Volscis consul auspicio dictatoris Postumi Tuberti et ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mam. Aemili res prospere gesserat, 12 totam culpam eius temporis in praedamnatum collegam transferentem omnes tribus absoluerunt. Profuisse ei Cincinnati patris memoria dicitur, uenerabilis uiri, et exactae iam aetatis Capitolinus Quinctius, suppliciter orans ne se, breui reliquo uitae spatio, tam tristem nuntium ferre ad Cincinnatum paterentur.

42 Plebs tribunos plebi absentes Sex. Tempanium (M.) Asellum Ti. Antistium Ti. Spurillium fecit, quos et pro centurionibus sibi praefecerant Tempanio auctore equites. 2 Senatus cum odio Semproni consulare nomen offenderet, tribunos militum consulari potestate creari iussit. Creati sunt L. Manlius Capitolinus Q. Antonius Merenda L. Pa- 3 pirius Mugillanus. Principio statim anni L. Hortensius tribunus plebis C. Sempronio, consuli anni prioris, diem dixit. Quem cum quattuor collegae inspectante populo Romano orarent ne imperatorem suum innoxium, in quo nihil praeter fortunam reprehendi posset, uexaret, aegre Hortensius pati, 4 temptationem eam credens esse perseverantiae suaee, nec precibus tribunorum, quae in speciem modo iacentur, 5 sed auxilio confidere reum. Itaque modo ad eum conuersus, ubi illi patricii spiritus, ubi subnixus et fidens

11 et ad MEHDLA : ad PUP Mam. Up Ed. Rom. 1469 Ald., cf. c. 31. 5 : m. MPEHDLA

42 1 M. Asellum Mommsen : a. sellium MPUpEHDLA Ed. Rom. 1469 Ti. Antistium Ti. Spurillium Mommsen : et antistium et spurillium MPUpEDLA Ed. Rom. 1469 : et antistium et sparillium H

2 Manlius Ed. Mediol. 1478 (cf. e.g. 2. 54) : manilius MPUpEHD LA : mäilius (i. e. Mamilius Ed. Rom. 1469) Mugillanus E<sup>2</sup> uel E<sup>3</sup> Ed. Mediol. 1478, cf. c. 7. 10 adn. : mugilanus Up Edd. uel. plures : mugilianus MPEHDLA 4 iacentur MPUpEHDLA : iactarentur Luterb., sed uide sis Append. ii Editionis meae Lib. II 5 ubi subnixus MPHDLA : ubi sibi subnixus UpE<sup>2</sup> : ubi subnixe E

innocentiae animus esset quaerebat ; sub tribunicia umbra consularem uirum delituisse ; modo ad collegas : 6  
 ‘Vos autem, si reum perago, quid acturi estis ? An erupturi ius populo et euersuri tribuniciam potestatem ?’  
 Cum illi et de Sempronio et de omnibus summam populi 7  
 Romani potestatem esse dicerent, nec se iudicium populi tollere aut uelle aut posse, sed si preces suae pro imperatore, qui sibi parentis esset loco, non ualuisserent, se uestem cum eo 8  
 mutatueros, tum Hortensius ‘Non uidebit’ inquit, ‘plebs Romana sordidatos tribunos suos. C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio consecutus ut tam carus esset militibus’. Nec pietas quattuor tribunorum quam 9  
 Hortensi tam placabile ad iustas preces ingenium pariter plebi patribusque gratius fuit.

Non diutius fortuna Aequis indulxit, qui ambiguam uictoriā Volscorum pro sua amplexi fuerant. Proximo anno, 43 Num. Fabio Vibulano T. Quinctio Capitolini filio Capitolino consulibus, ductu Fabii, cui sorte ea prouincia euenerat, nihil dignum memoratu actum ; cum trepidam tantum ostendissent aciem Aequi, turpi fuga funduntur, haud magno consulis decore. Itaque triumphus negatus, ceterum ob Sempronianae cladis leuatam ignominiam ut ouans urbem intraret concessum est.

Quemadmodum bellum minore quam timuerant dimicazione erat perfectum, sic in urbe ex tranquillo necopinata moles discordiarum inter plebem ac patres exorta est, coepta

6 reum *P<sup>2</sup>UpE<sup>2</sup>HDLA* : rerum *MP* : rem *E* potestatem *EH DLA* (*sed in E et D interrogationis signum ex q (i. e. ‘quaere’) natum supra additum est*) : potestatem *pī M*, ‘*antiqua lectio*’ *Rhenan.* : postestatem *r P* : postestatem *pr P<sup>2</sup>* : potestatem *pī r. Up* 8 Sempronium *MP<sup>2</sup>UpEH* : Sempronius *PDLA* 9 ingenium *M<sup>2</sup>UpE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>HDLA* : in ingenium *MPE?* (*uel in E est ingenium*)

43 1 Num. *Sigon. ex Fast. Capitol.* (*cf. C. I. L. 1<sup>2</sup>, p. 112*), *ut in cc.*  
 49. 1 ; 57. 12 ; 58. 6 : *cñ m HDLA* : *cñ MPUpE* euenerat *MP EHRDA* : uenerat (*sed antea prouinciae*) *L* : euenit *Up* 2 negatus *MPUpEH<sup>2</sup>LA<sup>2</sup>* : negatur *HDA* dett.

4 ab duplicando quaestorum numero. Quam rem, praeter duos urbanos quaestores *ut crearentur alii quaestores* duo qui consulibus ad ministeria belli praesto essent, a consulibus relatam cum et patres summa ope adprobassent, tribuni plebi certamen intulerunt ut pars quaestorum—nam ad 5 id tempus patricii creati erant—ex plebe fieret. Aduersus quam actionem primo et consules et patres summa ope adnisi sunt concedendo deinde ut quemadmodum in tribunis consulari potestate creandis [usi sunt adaeque], *<sic>* in quaestoribus liberum esset arbitrium populi, cum parum proficerent, totam rem de augendo quaestorum numero 6 omittunt. Excipiunt omissam tribuni, aliaeque subinde, inter quas et agrariae legis, seditiosae actiones exsistunt ; propter quos motus cum senatus consules quam tribunos creari mallet, neque posset per intercessiones tribunicias senatus 7 consultum fieri, res publica a consulibus ad interregnum, neque id ipsum—nam coire patricios tribuni prohibebant 8 —sine certamine ingenti, reddit. Cum pars maior insequentis anni per nouos tribunos plebi et aliquot interreges certaminibus extracta esset, modo prohibentibus tribunis patricios

3 ab duplicando *EHL* : adduplicando *MPRDA* : a duplicando *M<sup>2</sup>Up D<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* 4 quaestores ut crearentur alii quaestores duo qui *scriptimus*, *Luterbacheri uestigiis innisi*, sed ita ut codicum qui statuatur error aliqua ratione intellegi possit : quaestores duo qui *MPUpEHDLA* (sed in *E* in hac columna superest multum spatii ; linea enim illa tamen intulerunt ut pars questorum in trium linearum spatio stat) : quaestores duo ut *Gron.* ; *fort. primum illud* quaestores tollere malet aliquis adprobassent *Weissenb.* : adprobassent a consulibus (*ex priore linea post -ssent repetitum*) *MPUpEHDLA* ad id tempus *A<sup>3</sup>* dett. : id tempus *MPUpEHDLA* (*scil. inter nā et id interciderat ad*) 5 usi sunt adaeque *Vorm.* ? *MPUpEHDLA* (sed in *A* ad eū i. e. ad equae) : *delebat* usi sunt *Gruter* : *totam phrasin sustulimus nos ut glossema Latinitatis posterioris redolens* (*uide Cl. Quarterly v (1911), p. 9*) : usi sunt id aeque *D<sup>x</sup>* dett. : ius esset adaequatum *Zingerle* : ius sissent adaequari *Seyffert* : ius adaequassent *Novák* *<sic> addidimus, quod inter creandis et in (1) facilius, ut credimus, excidere poterat quam ita quod addunt Madv.* *Novák* 6 *senatus consultum MEH* : smc *PDLA* (*ut saepe in L*) 7 *redit MPUpEHDL* : redēit *A* (*quid uoluerit non appetet* ; *fort. -i- in exemplari deletum erat, cf. I. 7. 5 adn.*) : *redit Wesenberg, sed cf. I. 27. 10 adn.*

coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus ne senatus consultum de comitiis consularibus faceret, postremo L. Papirius Mugillanus proditus interrex, 9 castigando nunc patres, nunc tribunos plebi, desertam omissamque ab hominibus rem publicam, deorum prouidentia curaque exceptam memorabat Veientibus indutiis et cunctatione Aequorum stare. unde si quid increpet terroris, 10 sine patricio magistratu placere rem publicam opprimi? non exercitum, non ducem scribendo exercitui esse? an bello intestino bellum externum propulsaturos? quae si in unum 11 conueniant, uix deorum opibus quin obruatur Romana res resisti posse. quin illi, remittendo de summa quisque iuris, mediis copularent concordiam, patres patiendo tribunos 12 militum pro consulibus fieri, tribuni plebi non intercedendo quo minus quattuor quaestores promisce de plebe ac patribus libero suffragio populi fierent?

Tribunicia primum comitia sunt habita. Creati tribuni 44 consulari potestate omnes patricii, L. Quinctius Cincinnatus tertium L. Furius Medullinus iterum M. Manlius A. Sempronius Atratinus. Hoc tribuno comitia quaestorum habente, 2 petentibusque inter aliquot plebeios filio (A.) Antisti tribuni

8 prodendum *PUpEHDLA*: prodeandum *M*: procreandum *M<sup>1</sup>*  
modo interregem *ME<sup>2</sup>HDLA*: *om.* *PUpE* 9 *Mugillanus Up*  
*Ed. Mediol.* 1478 *ut c. 42. 2* (*cf. c. 7. 10 adn.*) : *mugilianus H* : *mugili-*  
*lanus MPEDLA* 10 *si quid . . . opprimi non om.* *L* *increpet*  
*PUpEHR* : *increparet MA<sup>2</sup>*: *increpat A* : *instrepat D<sup>5</sup> ubi instr- in*  
*ratura* 11 *opibus quin MP<sup>2</sup>UpE<sup>3</sup>HDLA* : *opibus qui non P* :  
*opibus quin non E* 12 *mediis MPUpEHDLA* (*et in ED uiris non iuris*  
*praecedit*) : *mediis dett. aliq.* : *remediis dett. unus* (*Voss. 2*) : *mediis con-*  
*siliis malit* *Walters* (*cf. 8. 13. 3*), *optime si quid mutandum est*  
12 *tribuni Up dett. aliq.* : *tribunos (ex linea praecedente) MPEHDLA*  
*promisce MPEHDLA* : *promiscue UpD<sup>2</sup>A<sup>x</sup>*; *cf. 3. 47. 7 adn.*

44 1 *tertium Ed. Rom. 1469 Ald.* : *tertio (ut saepe) MPUpEHDLA* :  
*tercio RD*, *cf. c. 48. 1 inf.* L. Furius *dett. aliq.* (*cf. cc. 25. 5 et 35. 1*)  
*Sigon. ex his locis et Fast. Capitol.* (*cf. C. I. L. 1<sup>2</sup>, p. 112 quamquam hoc*  
*in loco praenomen in lapide perii*) : *sexturn (uel sex.) furius MPUpE*  
*HDLA* *Manlius Ed. Rom. 1469, cf. C. I. L. l. c.* : *mallius (ut saepe)*  
*MPUpEHDLA Ald.* : *maniliu dett. aliq.* Atratinus *PUpE uel*  
*E<sup>1</sup>HDLA* : *aratinus M (ut et c. 35. 1) E<sup>2</sup>* 2 *A. Antisti Luterb.* :  
*antisti (uel -ii) MPUpEHD<sup>2</sup>LA* : *anstituit D*

plebis et fratre alterius tribuni plebis Sex. Pompili, nec potes-  
 tas nec suffragatio horum ualuit quin quorum patres auosque  
 3 consules uiderant eos nobilitate praeferrent. Furere omnes  
 tribuni plebi, ante omnes Pompilius Antistiusque, repulsa  
 4 suorum accensi. quidnam id rei esset? non suis bene-  
 ficiis, non patrum iniuriis, non denique usurpandi libidine,  
 cum liceat quod ante non licuerit, si non tribunum milita-  
 rem, ne quaestorem quidem quemquam ex plebe factum!  
 5 non ualuisse patris pro filio, fratris pro fratre preces, tribu-  
 norum plebis, potestatis sacrosanctae, ad auxilium libertatis  
 creatae. fraudem profecto in re esse, et A. Sempronium  
 comitiis plus artis adhibuisse quam fidei. eius iniuria queri  
 6 suos honore deiectos. Itaque cum in ipsum, et innocentia  
 tutum et magistratu, in quo tunc erat, impetus fieri non  
 posset, flexere iras in C. Sempronium, patruellem Atratini,  
 eique ob ignominiam Volsci belli adiutore collega M. Canu-  
 7 leio diem dixere. Subinde ab iisdem tribunis mentio in  
 senatu de agris diuidendis inlata est, cui actioni semper acer-  
 rime C. Sempronius restiterat, ratis, id quod erat, aut depo-  
 sita causa leuiorem futurum apud patres reum aut perseue-  
 8 rantem sub iudicii tempus plebem offensurum. Aduersae  
 inuidiae obici maluit et suae nocere causae quam publicae  
 9 deesse, stetitque in eadem sententia ne qua largitio, cessura  
 in trium gratiam tribunorum, fieret; nec tum agrum plebi,  
 sed sibi inuidiam quaeri; se quoque subiturum eam tempe-  
 statem forti animo; nec senatui tanti se ciuem aut quem-

<sup>2</sup> Pompili *P*: *pompili* *UpE* : polii *H* : polli *MA<sup>2</sup>* : populi *DLA*

<sup>3</sup> Pompilius *Up* : polius *MPEHDLA* rei esset *Edd. uet.* : add.  
 quod *MPUpEHDLA* sed in *R* (4. 20. 4 adn.) sic · Quod (ubi punctum  
 erasit *R<sup>x</sup>*) — cf. 1. 49. 7 et 2. 32. 10 adn. —: rei esse *Madv. Ed.<sup>3</sup>* *Gronovium*  
*secutus* 4 suis *PUpEHR* (sed hic -s pleniore calamo, cf. 1. 41. 4  
 adn.) *DLA* : sui *M* usurpandi *MPUpEHDLA* : ius usurpandi  
*Karsten* quaestorem *MPEHDLA* : quaestorum *Up* 5 ualuisse  
*PUpEHDLA* et *A<sup>3</sup>* : ualuisserent *MA<sup>2</sup>* 6 cum in *MP<sup>2</sup>UpEDLA* :  
 cum *PH* Atratini *UpEHDLA* : aratini *M* (cf. § 1 sup. adn.) : atranii  
*P* 7 ratis *Ed. Frob.* 1535 : ratis *M* : ratus *PUpE?* *HDLA* (sed in *E*  
 -s in fine lineae fort. ab *E<sup>1</sup>* uel *E<sup>2</sup>*) perseuerantem sub *E<sup>2</sup>HDLA* :  
 perseuerantem per *PUpE* : perseuerante per sub *M* : perseuerante  
 sub *Vorm.* ?

quam alium debere esse, ut in parcendo uni malum publicum fiat. Nihilo demissiore animo, cum dies uenit causa ipse 10 pro se dicta, nequ quam omnia expertis patribus ut mitigarent plebem, quindecim milibus aeris damnatur.

Eodem anno Postumia uirgo Vestalis de incestu causam 11 dixit, criminе innoxia, ab suspicione propter cultum amoeniorem ingeniumque liberius quam uirginem decet parum abhorrens. Eam ampliatam, deinde absolutam pro collegii 12 sententia pontifex maximus abstinere iocis colique sancte potius quam scite iussit. Eodem anno a Campanis Cumae, quam Graeci tum urbem tenebant, capiuntur.

Insequens annus tribunos militum consulari potestate 13 habuit Agrippam Menenium Lanatum P. Lucretium Tricipitimum Sp. Nautium Rutulum, annus, felicitate populi 45 Romani, periculo potius ingenti quam clade insignis. Seruitia urbem ut incenderent distantibus locis coniurarunt, populoque ad opem passim ferendam tectis intento ut arcem Capitoliumque armati occuparent. Auertit nefanda consilia 2 Iuppiter, indicioque duorum comprehensi sontes poenas derunt. Indicibus dena milia grauis aeris, quae tum diuitiae habebantur, ex aerario numerata et libertas praemium fuit.

Bellum inde ab Aequis reparari coeptum ; et nouos hostes 3 Labicanos consilia cum ueteribus iungere, haud incertis auctoribus Romam est allatum. Aequorum iam uelut anni- 4 uersariis armis adsueuerat ciuitas ; Labicos legati missi cum

10 causa ipse *A<sup>2</sup>* uel *A<sup>1</sup>* *Aldus* : causa ipsa *Up* : causa ipsa ipse *PEHDLA* : causa ipse sa ipse *M* 11 criminе *PUpEHDLA* : crimines *M* : criminis *M<sup>3</sup>A<sup>3</sup>* ab suspicione *Gron.* : ob suspicitionem *MPUpEHLA* : ob suspicionem *RD* 12 Eam *M<sup>2</sup>* : eam am *M* (*scil. ex repetitione in exemplari suo*) : famam *P<sup>2</sup>UpEHDLA* : om. *P*

45 1 Rutulum *ut c. 35. 4* : rutilium *MA<sup>2</sup>* : om. *PUpEHDLA* : add. C. Seruillum *Sigon. ex Fast. Capitol.* (*cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 112*) 2 habebantur *PUpEHDLA* : habentur *M* praemium *PUpEHDLA* : et praemium *M* 3 Labicanos] *cf. 2. 39. 4 adn. et cc. 47, 49 inf.* : lauicanos *MPUpEHDLA* (*et sic infr. §§ 4-7 lauic- UpEHDA* : *in MPRL* Labicos *sed Lauicis, Lauicanos, Lauicanis*) est allatum *MPUpEH* : est adlatum *D<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* : esse allatum *DL* : esse adlatum *A* 4 Labicos, Labicis] *nide sup. § 3 adn.*

responsa inde rettulissent dubia, quibus nec tum bellum parari nec diuturnam pacem fore appareret, Tusculanis negotium datum, aduerterent animos ne quid noui tumultus Labicis oreretur.

- 5 Ad insequentis anni tribunos militum consulari potestate, inito magistratu, legati ab Tusculo uenerunt, L. Sergium Fidenatem M. Papirium Mugillanum C. Seruilius Prisci filium, quo dictatore Fidenae captae fuerant. Nuntiabant legati Labicanos arma cepisse et cum Aequorum exercitu depopulatos agrum Tusculanum castra in Algido posuisse.
- 6 Tum Labicanis bellum indictum ; factoque senatus consulto ut duo ex tribunis ad bellum proficerentur, unus res Romae curaret, certamen subito inter tribunos exortum ; se quisque belli ducem potiorem ferre, curam urbis ut ingratam
- 7 ignobilemque aspernari. Cum parum decorum inter collegas certamen mirabundi patres consiperent, Q. Seruilius ‘Quando nec ordinis huius ulla’ inquit, ‘nec rei publicae est uerecundia, patria maiestas altercationem istam dirimet. Filius meus extra sortem urbi praeerit. Bellum utinam, qui adpetunt, consideratius concordiusque quam cupiunt gerant’.
- 46 Dilectum haberi non ex toto passim populo placuit ; decem tribus sorte ductae sunt ; ex iis scriptos iuniores duo
- 2 tribuni ad bellum duxere. Coepta inter eos in urbe certamina cupiditate eadem imperii multo impensius in castris accendi ; nihil sentire idem, pro sententia pugnare ; sua consilia uelle, sua imperia sola rata esse ; contemnere in uicem et contemni, donec castigantibus legatis tandem ita comparatum est
- 3 ut alternis diebus summam imperii haberent. Quae cum allata Romam essent, dicitur Q. Seruilius, aetate et usu doc-

4 appareret *MU<sup>p</sup>EHD<sup>A</sup>* : appareret *PUp* : appareret *L* oreretur *MPE<sup>2</sup>* uel *E<sup>3</sup>HL* (*cf.* 2. 16. 2 *adn.*) : orioretur *UpEDA* *quod hic commendet clausula Ciceroniana* 5 *Mugillanum S<sup>ig</sup>on., cf. c. 7. 10 adn.* : *Mugilanum MPEHDLA* *dett. Edd. uet.* 6 *Labicanos et § 7 Labicanis*] *cf. § 3 sup. adn.* 7 *ignobilemque PUpEHRDA<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>* : *ignobilem MLA, fort. recte* 8 *consideratius PUpEDLA* : *consideratius H* : *confederatius M* : *confederatius M<sup>2</sup>*

tus, precatus ab dis immortalibus ne discordia tribunorum damnosior rei publicae esset quam ad Veios fuisset, et uelut haud dubia clade imminente, institisse filio ut milites scriberet et arma pararet. Nec falsus uates fuit. Nam ductu 5 L. Sergi, cuius dies imperii erat, loco iniquo sub hostium castris, cum quia simulato metu receperat se hostis ad uallum, spes uana expugnandi castra eo traxisset, repentina im- petu Aequorum per supinam uallem fusi sunt, multique in ruina maiore quam fuga oppressi obtruncatique; castraque 6 eo die aegre retenta, postero die circumfusis iam magna ex parte hostibus per auersam portam fuga turpi deseruntur. Duces legatique et quod circa signa roboris de exercitu fuit Tusculum petiere: palati alii per agros passim multis itineri- 7 bus maioris quam accepta erat cladis nuntii Romam con- tenderunt. Minus trepidationis fuit, quod euentus timori 8 hominum congruens fuerat, et quod subsidia quae respice- rent in re trepida praeparata erant ab tribuno militum. Ius- 9 suque eiusdem per minores magistratus sedato in urbe tumultu, speculatores propere missi nuntiauere Tusculi duces exercitumque esse, hostem castra loco non mouisse. Et quod plurimum animorum fecit, dictator ex senatus con- 10 sulto dictus Q. Seruilius Priscus, uir cuius prouidentiam in re publica cum multis aliis tempestatisbus ante experta ciuitas erat, tum euentu eius belli, quod uni certamen tribunorum suspectum ante rem male gestam fuerat. Magistro equitum 11 creato, a quo ipse tribuno militum dictator erat dictus, filio suo—ut tradidere quidam; nam alii Ahalam Seruilium 12 magistrum equitum eo anno fuisse scribunt—, nouo exercitu

**46 4** ab dis (*sed diis*) *MPEDLA*: sub diis *H*      5 *Sergi (uel -ii) MP UpEHA<sup>2</sup>*: *om. DLA* dett.      eo traxisset *MPEHA<sup>2</sup>*: eo retraxisset *DLA*: extraxisset *Up*      10 *quod plurimum MPUpEDLA*: quam plurimum *H*      *Seruilius A<sup>2</sup>* dett. *alig. Ed. Rom. 1469 Ald.*: *sulpicius MPUpEHA*: *sulpitius DL*: *seruilius sulpicius dett. alig.* fuerat *MPUpEDLA*: fecerat *H*      11 *a quo ipse Vorm.?* *UpE<sup>2</sup>* *HD?* *A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>*: *quo ipse M*: *a quo ipsi P*: *a quo ipso D<sup>1</sup> (uel D)* *LA*: *a quo ipst (cum tribuno arte coniunctum) ED?*

profectus ad bellum, accitis qui Tusculi erant, duo milia passuum ab hoste locum castris cepit.

**47** Transierat ex re bene gesta superbia neglegentiaque ad 2 Aequos, quae in Romanis ducibus fuerat. Itaque primo statim proelio cum dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri propere iussit 3 signiferumque ex suis unum cunctantem occidit. Tantus ardor ad dimicandum fuit ut impetum Aequi non tulerint ; uictique acie cum fuga effusa petissent castra, breuior tempore et certamine minor castrorum oppugnatio fuit quam 4 proelium fuerat. Captis direptisque castris cum praedam dictator militi concessisset, secutique fugientem ex castris hostem equites renuntiassent omnes Labicanos uictos, mag- 5 nam partem Aequorum Labicos confugisse, postero die ad Labicos ductus exercitus oppidumque corona circumdata 6 scalis captum ac direptum est. Dictator exercitu uictore Romam reducto, die octauo quam creatus erat, magistratu se abdicauit ; et opportune senatus priusquam ab tribunis plebi agrariae seditiones mentione inlata de agro Labicano diuidendo fierent, censuit frequens coloniam Labicos 7 deducendam. Coloni ab urbe mille et quingenti missi bina iugera acceperunt.

Captis Labicis, ac deinde tribunis militum consulari po-

**47** 2 inferri *PUpEDLA* : inferi *M* : inferre *H* signiferumque *MHDLA* : signiferum quoque *PUpE* 3 breuior tempore et certamine minor *E<sup>2</sup>D?* *Ed. Frob.* 1535 : breuior et tempore et certamine *H<sup>1</sup>* : breuiore tempore et certamine minor *MPUpH* (-e in breuiore *perstrictum ab H<sup>1</sup>*) *D<sup>1</sup>LA* 4-7 Labicanos, Labicos] *sexiens hic recurrit hoc nomen* ; *cum -b- in M bis, in P bis, in RDLA ter, in E semel* (Aequorum Labicos *MPERDLA*, ad Labicos *RDLA*, coloniam Labicos *MPRDLA*) : *cum -u- in MPA quater, in E quinquiens, in RDLA ter, in UpH sexiens* : *uide sis c. 45. 3 sup. cum adn.* 5 circumdata *M<sup>2</sup>P?D<sup>2</sup>LA* (*sed hic -nd-*) : circumdatam *M* : circumdatum *P<sup>1</sup>UpEH* : circumdatas *D* 7 acceperunt *A<sup>2</sup>* dett. unus (*cod. Carinth.*) *Edd. uet. aliq.* : acceperant *MPUpEHDL* : acceperant (*pro -pant*) *A* Labicis *HDLA* (*sed in his omnibus lau- ; cf. § 4 adn.*) : lauicanis *MPUpEA* *marg.* (*ut secundam lectionem*) ac *MPUpHDLA* : *delet H. J. Mueller, fort. recte* ; *fort. etiam duae noxes praecedentes simul amolienda*

testate Agrippa Menenio Lanato et C. Seruilio Structo et P. Lucretio Tricipitino, iterum omnibus his, et Sp. Rutilio Crasso, et insequente anno A. Sempronio Atratino tertium, 8 et duobus iterum, M. Papirio Mugillano et Sp. Nautio Rutulo, biennum tranquillae externae res, discordia domi ex agrariis legibus fuit. Turbatores uolgi erant Sp. Maecilius 48 quartum et ⟨M.⟩ Metilius tertium tribuni plebis, ambo absentes creati. Ei cum rogationem promulgassent ut ager 2 ex hostibus captus uiritim diuideretur, magnaue partis nobilium eo plebiscito publicarentur fortunae—nec enim ferme quicquam agri, ut in urbe alieno solo posita, non 3 armis partum erat, nec quod uenisset adsignatumue publice esset praeterquam plebs habebat—, atrox plebi patribusque 4 propositum uidebatur certamen. Nec tribuni militum, nunc in senatu, nunc [in] conciliis priuatis principum cogendis, uiam consilii inueniebant, cum Ap. Claudius, nepos eius 5 qui decemuir legibus scribendis fuerat, minimus natu ex patrum concilio, dicitur dixisse uetus se ac familiare con- 6 silium domo adferre ; proauum enim suum Ap. Claudium ostendisse patribus uiam unam dissoluenda tribuniciae potestatis per collegarum intercessionem. facile homines 7 nouos auctoritate principum de sententia deduci, si temporum interdum potius quam maiestatis memor adhibeat oratio. pro fortuna illis animos esse ; ubi uideant collegas 8 principes agendae rei gratiam omnem ad plebem praeoccu- passe nec locum in ea relictum sibi, haud grauate acclinatu- 9

<sup>7</sup> C. Seruilio *Glarean. ex 4. 45. 5 et Diod. 13. 7. 1* : l. seruilio *PUpH DLA* : seruilio *M* : om. *E* (*qui om. et Structo*) Sp. Rutilio *MP UpEHDLA* : Sp. Veturio *Sigon. ex Diod. 13. 7. 1* 8 Mugillano *Sigon. (uide sup. c. 7. 10 adn.)* : mugilano *MPUpEHDLA Edd. uet.*

Rutulo *P*, ut 3. 7. 6 (*ubi cf. adn.*), 4. 35. 4 etc. : rutilio *MP<sup>2</sup>UpEHDLA* : rutilio *P*, *quae ambo conjecturae Rutulo satis fauent.*

<sup>48</sup> 1 quartum et mox tertium dett. unus (*Leid. sec.*) : quarto, tertio (*uel -rcio*) *MPUpEHDLA*, ut saepe, e.g. c. 44. 1 M. Metilius *Alscheski* : metilius *MPUpERD* : meciilius *HLA* 2 ei cum *D?*, *Madv.* : et cum *MPUpEHD* uel *D<sup>1</sup>LA* 4 in conciliis *Ald.<sup>e</sup>* : *seclusit in Crevier, recte* : in consiliis *MPUpEHDLA* dett.

ros se ad causam senatus, per quam cum uniuerso ordini, tum  
 10 primoribus se patrum concilient. Adprobantibus cunctis  
 et ante omnes Q. Seruilio Prisco, quod non degenerasset  
 ab stirpe Claudia, conlaudante iuuensem, negotium datur ut  
 quos quisque posset ex collegio tribunorum ad intercessionem  
 11 perlicerent. Misso senatu, prensantur ab principibus tribuni.  
 Suadendo monendo pollicendoque, gratum id singulis pri-  
 uatim, gratum uniuerso senatui fore, sex ad intercessionem  
 12 comparauere. Posteroque die cum ex composito relatum ad  
 senatum esset de seditione quam Maecilius Metiliusque  
 13 largitione pessimi exempli concirent, eae orationes a pri-  
 moribus patrum habitae sunt ut pro se quisque iam nec  
 consilium sibi suppetere diceret, nec se ullam opem cernere  
 aliam usquam praeterquam in tribunicio auxilio ; in eius  
 potestatis fidem circumuentam rem publicam, tamquam  
 14 priuatum inopem, configere ; praeclarum ipsis potestatique  
 esse, non ad uexandum senatum discordiamque ordinum  
 mouendam plus in tribunatu uirium esse quam ad resisten-  
 15 dum improbis collegis. Fremitus deinde uniuersi senatus  
 ortus, cum ex omnibus partibus curiae tribuni appellarentur.  
 Tum silentio facto ii qui praeparati erant gratia principum,  
 quam rogationem a collegis promulgatam senatus censeat  
 dissoluenda rei publicae esse, ei se intercessuros ostendunt.  
 16 Gratiae intercessoribus ab senatu actae. Latores rogationis  
 contione aduocata proditores plebis commodorum ac seruos  
 consularium appellantes aliaque truci oratione in collegas  
 inuicti, actionem deposuere.

49 Duo bella insequens annus habuisset, quo P. Cornelius

9 cum uniuerso ordini tum *Tan. Faber quem confirmare uidetur D*  
*ubi cumiuerso probabile, . . miuerso certum est : uniuerso ordini cum*  
*MPUpEHD<sup>3</sup>LA* 11 monendo *MPUpEHA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>* : om. *DLA*

13 aliam usquam *MP<sup>2</sup>UpE<sup>1</sup>HDLA* : alia nusquam *PE* configere  
*PUpH* (*ubi ē fug-*) *EDLA* ‘*antiqua lectio*’ *Rhenan.* : effugere  
*M* (*ex ēfug- natum*)

49 1 Duo *M<sup>2</sup>E<sup>3</sup>HDLA* (*sed in D ante d- C erasum est*) : aduo *M* :  
 arduo *P* : ardua *P<sup>2</sup>UpE* : at duo *A<sup>3</sup>*

Cossus C. Valerius Potitus Q. Quintius Cincinnatus Num.  
 Fabius Vibulanus tribuni militum consulari potestate fuerunt,  
 ni Veiens bellum religio principum distulisset, quorum agros 2  
 Tiberis super ripas effusus maxime ruinis uillarum uastauit.  
 Simul Aequos triennio ante accepta clades prohibuit Bolanis, 3  
 suae gentis populo, praesidium ferre. Excursiones inde in 4  
 confinem agrum Labicanum factae erant nouisque colonis  
 bellum inlatum. Quam noxam cum se consensu omnium 5  
 Aequorum defensuros sperassent, deserti ab suis, ne memorabilis quidem bello, per obsidionem leuemque unam pugnam  
 et oppidum et fines amisere. Temptatum ab L. Decio 6  
 tribuno plebis ut rogationem ferret qua Bolas quoque, sicut  
 Labicos, coloni mitterentur, per intercessionem collegarum  
 qui nullum plebi scitum nisi ex auctoritate senatus passuros  
 se perferri ostenderunt, discussum est.

Bolis insequente anno receptis Aequi coloniaque eo de- 7  
 ducta nouis uiribus oppidum firmarunt, tribunis militum  
 Romae consulari potestate Cn. Cornelio Cocco L. Valerio  
 Potito Q. Fabio Vibulano iterum M. Postumio Regillensi.  
 Huic bellum aduersus Aequos permissum est, prauae mentis 8  
 homini, quam tamen uictoria magis quam bellum ostendit.  
 Nam exercitu impigre scripto ductoque ad Bolas cum leuibus 9

<sup>1</sup> Q. Quintius (*uel -nt-*) *MPE*: *om. praen. UpHDLA* Num.  
*Fabius Sigan.* *ut 4. 43.* <sup>1</sup> *ubi cf. adn.* : marcus (*uel m.*) *MPUpEHDLA*  
<sup>3</sup> *Bolanis Sigan. et Cluverius* (*cf. inter alia Plin.* 3, 5, 69 *ubi ordo elenchi nominum litteram B- confirmat*): uolanis *MPEHDLA*: uolentes *Up*  
<sup>4</sup> *Labicanum* (*cf. adn. ad c. 45. 3*): lauic- *MPUpEHDLA* 6 L. De-  
*cio dett. aliq. Edd. uet.* : 1. quintio decio *Up*: 1. sextio *A<sup>3</sup>*: 1. dextio *MH*  
*DLA*: 1. q. dextio *PE* Bolas] *ut supra* : uolas *MP<sup>2</sup>UpEHDLA* (*sed*  
*uolans P*) Labicos] *ut supra* § 4: lauic- *MPUpEHDLA*  
<sup>7</sup> *Bolis D* (*cf. supra*): uolis *MPUpEHDLA* deducta *MHDLA*:  
*ducta PUPE* M. Postumio *HDLA* : m. t. postumio *MPUp*: marcio  
*t. postumio E*: marco titio postumio *A<sup>2</sup>* *uel A<sup>3</sup>* (*cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 114*  
*ubi dat lapis P. Postumius*) Regillensi *Sigan. ex Fast. Capitol.* (*cf.*  
*C. I. L. i<sup>1</sup>, p. 444 adn.*): regiliensi *PUp<sup>2</sup>EDLA<sup>2</sup>*: re giliensi *M*:  
*rei giliensi M<sup>1</sup>*: religiens *UpHA*; *cf. 2. 16. 4; 6. 22. 5; 8. 15. 5 cum*  
*adn.* <sup>9</sup> *ductoque M<sup>2</sup>UpED<sup>3</sup>*: *ductaque M*: *ductuque PHDLA*  
*Bolas] ut supra* § 3: uolas *MPUpEHDLA*

proeliis Aequorum animos fregisset, postremo in oppidum  
 inrupit. Deinde ab hostibus in ciues certamen uertit et cum  
 inter oppugnationem praedam militis fore edixisset, capto  
 10 oppido fidem mutauit. Eam magis adducor ut credam irae  
 causam exercitui fuisse, quam quod in urbe nuper direpta  
 coloniaque noua minus praedicatione tribuni praedae fuerit.  
 11 Auxit eam iram, postquam ab collegis arcessitus propter  
 seditiones tribunicias in urbem reuertit, audita uox eius in  
 contione stolida ac prope uecors, qua M. Sextio tribuno  
 plebis legem agrariam ferenti, simul Bolas quoque ut  
 mitterentur coloni laturum se dicenti—dignum enim esse  
 qui armis cepissent, eorum urbem agrumque Bolanum esse  
 —‘Malum quidem militibus meis’ inquit, ‘nisi quieuerint.’  
 Quod auditum non contionem magis quam mox patres  
 12 offendit. Et tribunus plebis, uir acer nec infacundus, nactus  
 inter aduersarios superbum ingenium immodicamque lin-  
 guam, quam inritando agitandoque in eas impelleret uoces  
 quae inuidiae non ipsi tantum sed causae atque uniuerso or-  
 dini essent, neminem ex collegio tribunorum militum saepius  
 13 quam Postumium in disceptionem trahebat. Tum uero  
 secundum tam saeuum atque inhumanum dictum ‘Auditis’  
 inquit, ‘Quirites, sicut seruis malum minantem militibus?’  
 14 Tamen haec belua dignior uobis tanto honore uidebitur  
 quam qui uos urbe agrisque donatos in colonias mittunt, qui  
 sedem senectuti uestrae prospiciunt, qui pro uestris com-  
 modis aduersus tam crudeles superbosque aduersarios de-  
 15 pugnant? Incipite deinde mirari cur pauci iam uestram  
 suscipiant causam. Quid ut a uobis sperent? An honores,

9 inrupit *MHDLA* : inrumpit *PUpE*      edixisset *MPUpED<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* :  
 dixisset *H* : eduxisset *DLA*      10 irae (-re) *MEDLA<sup>2</sup>* : iram *PUp*  
*E<sup>2</sup>H*      11 qua M. Sextio *Up<sup>2</sup>* dett. *aliqu.* : quam sextio *MPUpED*  
*LA* : q) Sextio *H* (? = que Sextio) : q. Sextio *E<sup>3</sup>* (*i. e.* que uel quae  
 Sextio)      Bolas, Bolan-] ut *supra* § 3      dignum *Tan. Faber* : dignos  
*MPUpEHDLA*      nisi quieuerint *PUpEHA<sup>1</sup>* : nisi quieuerunt *A* :  
 si quieuerint *M* : si quieuerint *DL*      14 urbe *MUpEHDLA* : in  
 urbe *P*      15 quid ut *MPEHDLA* : quid autem *Up*

quos aduersariis uestris potius quam populi Romani pro-pugnatoribus datis? Ingemuistis modo uoce huius audita.<sup>16</sup> Quid id refert? Iam si suffragium detur, hunc qui malum uobis minatur, iis qui agros sedesque ac fortunas stabilire uolunt praefteretis'.

Perlata haec uox Postumi ad milites multo in castris maiorem indignationem mouit: praedaene interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus? Itaque cum fremitus aperte esset, et quaestor P. Sextius eadem uiolentia coerceri putaret seditionem posse qua mota erat, misso ad uociferantem quendam militem lictore cum inde clamor et iurgium oreretur, saxo ictus turba excedit, insuper increpante qui uolnerauerat habere quaestorem quod imperator esset militibus minatus. Ad hunc tumultum accitus Postumius asperiora omnia fecit acerbis quaestionibus, crudelibus suppliciis. Postremo cum modum irae nullum faceret, ad uociferationem eorum quos necari sub crate iusserat concursu facto, ipse ad interpellantes poenam uecors de tribunali decurrit. Ibi cum submouentes passim lictores centuriones que uexarent turbam, eo indignatio erupit ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. Quod tam atrox facinus postquam est Romam nuntiatum, tribunis militum de morte collegae per senatum quaestiones decernentibus tribuni plebis intercedebant. Sed ea contentio ex certamine alio pendebat quod cura incesserat patres ne metu quae-

<sup>50</sup> <sup>2</sup> Sextius *MPUpEDLA*: Sextius *H*: Sextius *Sigon.* (*cf. 3. 32. 4.*) ; *sed dubium est num necesse sit antiquiorem formam ubique expellere, etiam in patricia gente* <sup>3</sup> *oreretur MPE<sup>3</sup>D? L*: *oriretur UpHD uel D<sup>1</sup>A* (*cf. c. 45. 4 sup.*) <sup>4</sup> *Postumius asperiora omnia PUpeH DLA*: *om. M* <sup>5</sup> *cum modum MPUpE<sup>2</sup>A*: *com modum H*: *commodum E*: *cum motum DL* <sup>6</sup> *ad uociferationem] his uocibus rursus inc. F et B omnibus post c. 21. 6* (*ubi uide adn.*) *tacite omissis; hic in his adnn. desinit nostra codicis R cum L comparatio* <sup>7</sup> *crate P<sup>2</sup>FUp E<sup>2</sup>D<sup>3</sup>* (*ut secundam lectionem*) *A<sup>3</sup>*: *crato H*: *grate MPEDLA*: *erate B ad interpellantes Gron.*: *ad interpellandis M*: *ad interpellantis PFBEHDLA* <sup>6</sup> *postquam est PFUpBEHDLA*: *om. est M* <sup>7</sup> *incesserat MPFUpBE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>HA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>*: *incesserat D*: *intercesserat ED<sup>1</sup>LA*

tionum plebs iraque tribunos militum ex plebe crearet,  
8 tendebantque summa ope ut consules crearentur. Cum  
senatus consultum fieri tribuni plebis non paterentur, iidem  
intercederent consularibus comitiis, res ad interregnum rediit.

51 Victoria deinde penes patres fuit. Q. Fabio Vibulano  
interrege comitia habente consules creati sunt A. Cornelius  
Cossus L. Furius Medullinus.

2 His consulibus principio anni senatus consultum factum  
est, ut de quaestione Postumiana caedis tribuni primo quo-  
que tempore ad plebem ferrent, plebesque praeficeret quaes-  
3 tioni quem uellet. A plebe consensu populi consulibus  
negotium mandatur; qui, summa moderatione ac lenitate  
per paucorum supplicium, quos sibimet ipsos consicisse mor-  
tem satis creditum est, transacta re, nequiuere tamen conse-  
4 qui ut non aegerrime id plebs ferret: iacere tam diu inritas  
actiones quae de suis commodis ferrentur, cum interim de  
sanguine ac suppicio suo latam legem confestim exerceri et  
5 tantam uim habere. Aptissimum tempus erat, vindicatis  
seditionibus, delenimentum animis Bolani agri diuisionem  
obici, quo facto minuissent desiderium agrariae legis quae  
6 possesto per iniuriam agro publico patres pellebat; tunc  
haec ipsa indignitas angebat animos: non in retinendis modo  
publicis agris quos ui teneret pertinacem nobilitatem esse,

51 1 L. Furius *Edd. uet.*: Furius *MPFU<sub>p</sub>BEHDLA*, sed cf. 4. 57. 12  
et testes alios in C. I. L. 1<sup>2</sup>, p. 115 3 populi *MPFU<sub>p</sub>BEHDLA*:  
delet Crevier, uix recte ut non *PFU<sub>p</sub>BEHDLA*: om. *M<sup>1</sup>*, ubi  
nequiuere... diu inritas a *M<sup>1</sup>* sed in rasura scripta sunt 4 actiones  
*Vorm.?* *MPFU<sub>p</sub>BEA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* marg. (ut secundam lectionem): sanctiones  
*E<sup>2</sup>DL*: sancções *H*: factiones *A* ac suppicio *PFBEDL*: ac  
supliciō *M* (*scil. quod supra -p- ponit debuerat in -o translatum erat*  
*aut in exemplari aut, quod minus credo, ab M ipso*): et suppicio *HA*:  
ac sulpicium *Up* 5 tempus *MPFU<sub>p</sub>BEHDLA*: ad tempus *Madv.*  
*Ed. 3* erat *PFU<sub>p</sub>BEHDLA*: fuerat *Vorm. MA<sup>2</sup>*, fort. recte  
Bolani *E?* cf. 4. 49. 3 adn.: uolani *MPFU<sub>p</sub>BE<sup>1</sup>HDL*: uolam *A* pos-  
sesso *A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* *Ed. Rom. 1469 Ald.*: possessio *MPFU<sub>p</sub>BE<sup>1</sup>HDLA*:  
posset sio (uel possit sio) *E* pellebat *PFU<sub>p</sub>BEHDLA* (sed in *E*  
-ll- ab *E<sup>1</sup>* uel *E<sup>3</sup>* in rasura): psallebat *M*: expellebat *uoluit Alscheski*,  
non male 6 quos ui *Ed. Frob. 1531*: quos ut *MPFU<sub>p</sub>BEHDLA*:  
quos iam *Luterbacher*

sed ne uacuum quidem agrum, nuper ex hostibus captum,  
plebi diuidere, mox paucis, ut cetera, futurum praedae.

Eodem anno aduersus Volscos populantes Hernicorum 7  
fines legiones ductae a Furio consule cum hostem ibi non  
inuenissent, Ferentinum quo magna multitudo Volscorum se  
contulerat cepere. Minus praedae quam sperauerant fuit, 8  
quod Volsci postquam spes tuendi exigua erat sublatis rebus  
nocte oppidum reliquerunt; postero die prope desertum  
capitur. Hernicis ipsum agerque dono datus.

Annum modestia tribunorum quietum exceptit tribunus 52  
plebis L. Icilius, Q. Fabio Ambusto C. Furio Paculo con-  
sulibus. Is cum principio statim anni, uelut pensum nomi- 2  
nis familiaeque, seditiones agrariis legibus promulgandis  
cieret, pestilentia coorta, minacior tamen quam perniciosior, 3  
cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad  
domum curamque corporum nutriendorum auertit; minus-  
que eam damnosam fuisse quam seditio futura fuerit credunt.  
Defuncta ciuitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus, 4  
pestilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum,  
ut plerumque fit, exceptit, M. Papirio Atratino C. Nautio  
Rutulo consulibus. Iam fames quam pestilentia tristior erat, 5  
ni, dimissis circa omnes populos legatis qui Etruscum mare  
quique Tiberim accolunt ad frumentum mercandum, anno-  
nae foret subuentum. Superbe ab Samnitibus qui Capuam 6

<sup>7</sup> fines *MPFU<sub>p</sub>BEDLA*: sedens (*scil. pro sedes*) *H*      <sup>8</sup> reli-  
querunt *PFU<sub>p</sub>BEHD<sup>1</sup>* uel *D<sup>2</sup>LA<sup>2</sup>*: relinquunt (*sic*) *MA*: reliquere  
*D*      ipsum agerque *Weissenborn*, *optime* (*cf. c. 56. 6; et 2. 56. 12*  
*adn.*): ipse agerque *M*: ipse ager *PFU<sub>p</sub>BEHDLA*: urbs ipsa ager-  
que *Madv. Ed.<sup>3</sup> Praef.*

<sup>52</sup> <sup>1</sup> L. Icilius *Ed. Frob. 1531*: lucilius *MPFBHDLA* *dett.*: *icilius*  
*Up*: *lucius E*      *Paculo scripsi* (*cf. c. 12. 1*): *Pacilo Sigon.*: *pactilio*  
*PFBEHDL*: *pactilio MUp*: *patilio A*: *paculio A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>*  
<sup>2</sup> pensum *PFU<sub>p</sub>BEHDLA*: *pessum (suprascript. n)* *M* (*omnia a prima*  
*mani*)      <sup>3</sup> a foro *PFU<sub>p</sub>BEHDLA*: *om. a M*      domum *PF*  
*UpBEHDLA*: *domumque M, et huc fort. pertinet quod pro curamque*  
*habent cura UpB*      *fuerit MPFU<sub>p</sub>BEDLA*: *fuerat H*      <sup>4</sup> fit  
*MPFU<sub>p</sub>BED<sup>3</sup>A<sup>2</sup>*: *om. HDLA*      *Rutulo]* *cf. 3. 7. 6 et 4. 47. 8 adn.*:  
rutilio *MUpEHDL? A* (*cf. C. I. L. 1<sup>2</sup>, p. 114*): *rutilio PFB*

habebant Cumasque legati prohibiti commercio sunt, contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adiuti; maximos com-  
 7 meatus summo Etruriae studio Tiberis deuexit. Solitudinem in ciuitate aegra experti consules sunt, cum in legationes non plus singulis senatoribus inuenientes coacti sunt binos  
 8 equites adipere. Praeterquam ab morbo annonaque nihil eo biennio intestini externiue incommodi fuit. At ubi eae sollicitudines discessere, omnia, quibus turbari solita erat ciuitas, domi discordia, foris bellum exortum.

53 M. Aemilio C. Valerio Potito consulibus bellum Aequi parabant, Volscis, quamquam non publico consilio capes-  
 2 sentibus arma, uoluntariis mercede secutis militiam. Ad quorum famam hostium—iam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum—dilectum habentem Valerium consulem M. Menenius tribunus plebis legis agrariae lator cum impediret auxilioque tribuni nemo inuitus sacramento  
 3 diceret, repente nuntiatur arcem Caruentanam ab hostibus  
 4 occupatam esse. Ea ignominia accepta cum apud patres inuidiae Menenio fuit, tum ceteris tribunis, iam ante prae-  
 paratis intercessoribus legis agrariae, praebuit iustiorem cau-  
 5 sam resistendi collegae. Itaque cum res diu ducta per alter-  
 cationem esset, consulibus deos hominesque testantibus quidquid ab hostibus cladis ignominiaeque aut iam accep-  
 6 tum esset aut immineret culpam penes Menenium fore qui dilectum impediret, Menenio contra uociferante, si iniusti domini possessione agri publici cederent, se moram dilectui non facere, decreto interposito nouem tribuni sustulerunt

8 discessere *MPFU<sub>p</sub>B* (*sed hic -ore*) *EHDLA* : decessere *Gron.*, *fort. recte*

**53** 1 M. Aemilio (*uel Em-*) *MPU<sub>p</sub>BHDLA* : marcio aemilio *E* : Manio Aemilio *Sigon.* *ex Diod.* 13. 76. 1 (*ubi Γάιον Μάνιον Αἰμίλιον καὶ Γάιον Οὐαλέριον*), *eundem esse statuens atque illum qui* 4. 61. 1 *et* 5. 10. 1 *nominatur quique a codd. nostris Marcus, a Fastis uero et Diodoro Manius appellatur* 2 *Menenius UpA<sup>2</sup>* *Edd. uet.* : menius *MPFBEHDLA* : moenius *E<sup>1</sup>* : moemenius *E<sup>2</sup>* ; *in § 4 et 5 et 6 recte* menenio, menenium *omnes hi nisi quod moenenium dant MPE in § 5 ; in § 6 moenenio E, menio H : Maenius Sigon.* 4 *iustiorem PFU<sub>p</sub>BEHDLA* : *om. M, fort. recte* 5 *Itaque PFU<sub>p</sub>BEHDLA* : *om. M, fort. recte*

certamen pronuntiaueruntque ex collegii sententia: C Valerio 7 consuli se, damnum aliamque coercionem aduersus intercessionem collegae dilectus causa detractantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse. Hoc decreto consul armatus 8 cum paucis appellantibus tribunum collum torsisset, metu ceteri sacramento dixere. Ductus exercitus ad Caruentanam 9 arcem, quamquam inuisus infestusque consuli erat, impigre primo statim aduentu deiectis qui in praesidio erant arcem recipit; praedatores ex praesidio per neglegentiam dilapsi occasionem aperuere ad inuadendum. Praedae ex adsiduis 10 populationibus, quod omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliquantum. Venditum sub hasta consul in aerarium redigere quaestores iussit, tum praedicans participem praedae fore exercitum cum militiam non abnuiisset. Auctae inde 11 plebis ac militum in consulem irae. Itaque cum ex senatus consulto urbem ouans introiret, alternis inconditi uersus militari licentia iactati quibus consul increpitus, Meneni 12 celebre nomen laudibus fuit, cum ad omnem mentionem tribuni fauor circumstantis populi plausuque et adsensu cum uocibus militum certaret. Plusque ea res quam prope sol- 13 lemnis militum lasciuia in consulem curae patribus iniecit; et tamquam haud dubius inter tribunos militum honos Meneni si peteret consularibus comitiis est exclusus.

Creati consules sunt Cn. Cornelius Cossus L. Furius 54 Medullinus iterum. Non alias aegrius plebs tulit tribunicia 2 comitia sibi non commissa. Eum dolorem quaestoriis comitiis simul ostendit et ulta est tunc primum plebeiiis quaestoribus creatis, ita ut in quattuor creandis uni patricio,

7 C. Valerio HDLA : l ualerio B : lucio ualerio PFUpE : t. ualerio M coercionem P<sup>2</sup>FBEDL (sed in F -m ab F<sup>2</sup> additum): coercionem (uel -tion-) Vorm. MPUpHD<sup>x</sup> (fort. D<sup>5</sup>) A 9 recipit Vorm. PFBHDLA : recepit MU<sup>p</sup>EA<sup>2</sup>; cf. 1. 3. 3 adn. 10 hasta PFUpBE<sup>1</sup>HD<sup>x</sup>A : hastam MDL 11 in consulem PFUpBEH D<sup>3</sup>LA : in consule MD

54 2 in quattuor creandis uni ME<sup>1</sup>HDLA (nisi quod quatuor A): quattuor creandi sunt PFBE (in FB s scribitur prosunt) : cum quattuor creandi sint Up

3 K. Fabio Ambusto, relinquetur locus, tres plebeii, Q. Silius P. Aelius P. Papius, clarissimarum familiarum iuuenibus .  
 4 praeferrentur. Auctores fuisse tam liberi populo suffragii Icilios accipio, ex familia infestissima patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos, multarum magnarumque 5 rerum molem audissimo ad ea populo ostentantes, cum adfirmsent nihil se moturos si ne quaestoriis quidem comitiis, quae sola promiscua plebei patribusque reliquisset senatus, satis animi populo esset ad id quod tam diu uellent et per leges liceret.

6 Pro ingenti itaque uictoria id fuit plebi, quaesturamque eam non honoris ipsius fine aestimabant, sed patefactus ad consulatum ac triumphos locus nouis hominibus uidebatur. Patres contra non pro communicatis sed pro amissis honoribus fremere; negare, si ea ita sint, liberos tollendos esse, qui pulsi maiorum loco cernentesque alios in possessione dignitatis suae, salii flaminesque nusquam alio quam ad sacrificandum pro populo sine imperiis ac potestatis 7 tibus relinquuntur. Inritatis utriusque partis animis cum et spiritus plebs sumpsisset et tres ad popularem causam celeberrimi nominis haberet duces, patres omnia quaestoriis comitiis ubi utrumque plebi liceret similia fore cernentes,

3 K. Fabio Pighius (*cf. 4. 61. 4; 5. 10. 1; 5. 24. 1 adn.*) : c. fabio MPFU<sub>p</sub>BHDLA : claudio fabio E (*suo et codicis Oxon. more constanti in nota C. interpretanda*) Silius P. Aelius] his uocibus rursus inc. Ver. : P. Aelius Ver. MPFU<sub>p</sub>BEHA<sup>2</sup> : om. DLA P. Papius H : c. appius Ver. : p. pipius MPFBEDLA : p. pi pius Up : P. Pupius Pighius 4 creatos multarum Ver. : creatos hii (*uel hi*) multarum Vorm. ? MPFU<sub>p</sub>BEHD<sup>1</sup>LA (*in D hi ex ha uidetur esse mutatum ; in B potius hu- quam hii*) ad ea Graevius, D (*cf. 22. 21. 2* —audius in—et 5. 16. 7 *cum Drak.*) : adeo Ver. MPFU<sub>p</sub>EHD<sup>3</sup>LA : deo B 5 si ne MPFU<sub>p</sub>BEHDLA : si ne in Ver. uellent MPFU<sub>p</sub>BEHDLA : uellet Ver. 6 eam Ver. PFU<sub>p</sub>BEHDLA : om. M fine MPFU<sub>p</sub>BEHDLA : finem Vorm. ? M<sup>3</sup> : fi . . Ver. 7 fremere Ver. ME<sup>1</sup>HD uel D<sup>1</sup>LA : tremere PFU<sub>p</sub>BE : tremet D? negare MPFU<sub>p</sub>BEHDLA : negares F : om. Ver. pro populo MPFU<sub>p</sub>BEHDLA : populor Ver. qui in hac pagina erroribus scatet, memoratu non dignis 8 Inritatis MPFU<sub>p</sub>BE<sup>1</sup>HDLA : inritati sunt E : inflati Ver. animis MPFU<sub>p</sub>BE<sup>1</sup>HD<sup>1</sup>LA : animi Ver. ED?

tendere ad consulum comitia quae nondum promiscua essent: Icili contra tribunos militum creandos dicere et 9 tandem aliquando impertiendos plebi honores. Sed nulla 55 erat consularis actio quam impediendo id quod petebant exprimerent, cum mira opportunitate Volscos et Aequos praedatum extra fines exisse in agrum Latinum Hernicumque adfertur. Ad quod bellum ubi ex senatus consulto consules dilectum habere occipiunt, obstarre tunc enixe tribuni, sibi plebique eam fortunam oblatam memorantes. Tres 3 erant, et omnes acerrimi uiri generosique iam, ut inter plebeios. Duo singuli singulos sibi consules adseruandos adsidua opera desumunt; uni contionibus data nunc detinenda, nunc concienda plebs. Nec dilectum consules nec 4 comitia quae petebant tribuni expediebant. Inclinante deinde se fortuna ad causam plebis, nuntii uenient arcem Caruentanam, dilapsis ad praedam militibus qui in praesidio erant, Aequos interfectis paucis custodibus arcis inuasisse; alios recurrentes in arcem, alios palantes in agris caesos. Ea 5 aduersa ciuitati res uires tribuniciae actioni adiecit. Nequiam enim temptati ut tum denique desisterent impediendo bello, postquam non cessere nec publicae tempestati nec suae inuidiae, peruincent ut senatus consultum fiat de tribunis militum creandis, certo tamen pacto ne cuius ratio 6 haberetur qui eo anno tribunus plebis esset, neue quis refi-

<sup>9</sup> dicere Aldus: dicerent Ver. MPFU<sub>p</sub>BEHDLA

55 <sup>1</sup> Hernicunque MPFU<sub>p</sub>BEHDLA: hernicosque Ver.

3 generosique] post hoc defit A usque ad 5. 12. 5, sed suppleuit saeculi XIV manus quam a uocamus (*Agenensis correctorem*) de quo uide sis Praef. nostram. Duo Ver. ? DLa: duos MPFU<sub>p</sub>BEH singuli singulos ME<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>HDLa: singuli singulis PFU<sub>p</sub>: singulis singulis B: singulis singulos E: singulis Ver. detinenda MPF UpBEHDLA: deretinenda Ver.: retinenda Mommsen 4 qui in Ver. M<sup>3</sup>P<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BEHDLA: quin MP 5 ea aduersa vorm. ?PFU<sub>p</sub> BEHDLA: ea aduersu M: ex aduerso Ver. ciuitati D<sup>4</sup>Edd. uet. (et sic corrector in Voss. pr.): ciuitatis Ver. Vorm. ? MPFU<sub>p</sub>BEHLA: ciuitas D? ut tum . . . tempestati om. P add. P<sup>2</sup> (qui temptati pro tempestati praebet—ut et B) tum denique P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>EHD? La: cum denique Ver. MBD?

7 ceretur in annum tribunus plebis, haud dubie Icilios deno-  
tante senatu, quos mercedem seditiosi tribunatus petere  
consulatum insimulabant. Tum dilectus haberi bellumque  
8 omnium ordinum consensu apparari coeptum. Consules  
ambo profecti sint ad arcem Caruentanam, an alter ad comitia  
habenda substiterit, incertum diuersi auctores faciunt; illa  
pro certo habenda, in quibus non dissentiant, ab arce Car-  
uentana, cum diu nequ quam oppugnata esset, recessum,  
Verruginem in Volscis eodem exercitu receptam, populationes-  
que et praedas et in Aequis et in Volsco agro ingentes factas.

**56** Romae sicut plebis uictoria fuit in eo ut quae mallent  
2 comitia haberent, ita euentu comitiorum patres uicere; nam-  
que tribuni militum consulari potestate contra spem omnium  
tres patricii creati sunt, C. Iulius Iulus P. Cornelius Cossus  
3 C. Seruilius Ahala. Artem adhibitam ferunt a patriciis, cuius  
eos Icili tum quoque insimulabant, quod turbam indignorum  
candidatorum intermiscendo dignis taedio sordium in qui-  
4 busdam insignium populum a plebeis auertissent. Volscos  
deinde et Aequos, seu Caruentana arx retenta in spem seu  
Verragine amissum praesidium ad iram cum impulisset, fama  
5 adfertur summa ui ad bellum coortos; caput rerum Antiates  
esse; eorum legatos utriusque gentis populos circumisse,  
castigantes ignauiam quod abditi intra muros populabundos  
in agris uagari Romanos priore anno et opprimi Verruginis  
6 praesidium passi essent. iam non exercitus modo armatos  
sed colonias etiam in suos fines mitti; nec ipsos modo

7 Icilios *Ver. PU<sup>p</sup>BEa*: iciliicos *P<sup>2</sup>FDL*: iciliicos *M*: ciciliios *H*  
8 sint *Ver. Up* 'lectio uetus' *Rhenan.*: sunt *MPFB<sup>E</sup>HDL*<sup>a</sup>: § a (quid  
uoluit?) nequ quam *Ver. PBEH*: nec quiquam *ML*: ne quic-  
quam *UpDa*

56 1 uicere *Ver. PFU<sup>p</sup>BEHDL*: euicere *Ma* 2 Iulus *Sigon.*  
*ex Fast. Capit.* (*cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 114 et uide sis adn. ad c. 35. 4*): tullius  
*MHDL*: tullus *PFU<sup>p</sup>BEa*: om. *Ver.* (*cum insequentia praeonomine*)  
3 cuius eos Icili tum *Ver. Up<sup>2</sup>a*: cuius eo sicili scitum *M*: cuius eos  
si icili scitum *M<sup>1</sup>*: cuius eo icili scitum *PBD<sup>8</sup>L*: cuius eo icili scitum  
*UpE<sup>8</sup>D* (*in E? icili licitum*): cuius eo icili scitum *H*: cuius eo icibici  
tum *F*: cuiseo icili scitum *B* 5 castigantes *a Ed. Frob.* 1531:  
castigantis *Ver.*: castigantesque *MPFU<sup>p</sup>BEHDL*

Romanos sua diuisa habere, sed Ferentinum etiam de se captum Hernicis donasse. Ad haec cum inflammarentur animi, ut ad quosque uentum erat, numerus iuniorum conscribebatur. Ita omnium populorum iuuentus Antium contracta castris positis hostem opperiebantur. Quae ubi tu multu maiore etiam quam res erat nuntiantur Romam, senatus extemplo, quod in rebus trepidis ultimum consilium erat, dictatorem dici iussit. Quam rem aegre passos Iulium Corneliumque ferunt, magnoque certamine animorum rem actam, cum priores patrum, nequiquam conquesti non esse in auctoritate senatus tribunos militum, postremo etiam tribunos plebi appellarent et consulibus quoque ab ea potestate uim super tali re inhibitam referrent, tribuni plebi, laeti discordia patrum, nihil esse in *(se)* iis auxilii dicerent, quibus non ciuium, non denique hominum numero essent: si quando promiscui honores, communicata res publica esset, tum se animaduersuros ne qua superbia magistratum inrita senatus consulta essent: interim patricii soluti legum magistratumque uiu*(erent)* uerecundia, perse quoque tribuni*[ciam potestatem]* agerent.

6 diuisa *MPFU<sub>p</sub>BEHDL*<sub>a</sub>: diuis *Ver.* : diuisui *Gron.* 7 castris *H*: ibi castris *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BEDL*<sub>a</sub>: ubi castris *P*: in *Ver.* defit tota linea sed spatii ratio lectionem Harleianam ualde confirmat quoniam linea praecedens 16 litteras tantum, linea sequens 19 tantum praebet, haec 23 si ibi retinetur, 20 si excluditur, continuisse debet 11 in *(se)* iis *Gron.*: in iis *MPFHDL*: in hiis *Ver. a*: in his *UpE*: unus *B* quibus *Ver. MPFU<sub>p</sub>BEHDL*<sub>a</sub>: qui *Alscheski* in iis retinens, non male 12 promiscui *Ver. UpED<sup>3</sup>a*: promiscii *P*: promisci *MP<sup>2</sup>FBE<sup>1</sup>* uel *E<sup>3</sup>HDL* (3. 47. 7 adn.) tum se *M<sup>3</sup>? PFU<sub>p</sub>BEHDL*: tum ad se *M*: tum id se *a*: tum *Ver.* 13 magistratumque *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BEHD<sup>3</sup>a*: magistratumque *Ver. PDL*: magistratuque *M* uiu*(erent)* scripsimus (cf. 2. 3. 2): uia... *Ver.* : om. *MPFU<sub>p</sub>BEHDL*<sub>a</sub>: ui atque *Mommesen* per se quoque *MPFU<sub>p</sub>BEDL*<sub>a</sub>: pro se quoque *H* (*fort. recte*): defit *Ver.*, spatio 5 litterarum: per se *Madv.* (*Ed. 3*): in *E* duae lineae quae uerecundia... agerent continent, spatium uix complent sed uoces per interualla solito maiora separatae sunt tribuni scripsimus: tribuni tum potestatem *H*: tribuniciam potestatem *MPFU<sub>p</sub>EL*: tribunitiam potestatem *BDa*: tribunitiam potestatemque *Fragm. Haverk.*: potestatemque tribuniciam *Ver.* : potestatemque tribuniciam *Madv.* (*Ed. 3*), sed turbatus ordo nobis manufestum glossematis indicium uidetur (cf. *Praef. 5 adn.*); glossematis autem inepti, nam per potestatem tribuniciam non idem ualeat ac per se. Si uiuerent nobis concessum erit, locum iam

**57** Haec contentio minime idoneo tempore, cum tantum belli  
 2 in manibus esset, occupauerat cogitationes hominum, donec  
 ubi diu alternis Iulius Corneliusque cum ad id bellum ipsi  
 satis idonei duces essent, non esse aequum mandatum sibi  
 3 a populo eripi honorem disseruere, tum Ahala Seruilius,  
 tribunus militum, tacuisse se tam diu ait, non quia incertus  
 sententiae fuerit—quem enim bonum ciuem secernere sua a  
 publicis consilia?—, sed quia maluerit collegas sua sponte  
 cedere auctoritati senatus quam tribuniciam potestatem  
 4 aduersus se implorari paterentur. tum quoque si res sineret,  
 libenter se daturum tempus iis fuisse ad receptum nimis per-  
 tinacis sententiae; sed cum belli necessitates non exspec-  
 tent humana consilia, potiorem sibi collegarum gratia rem  
 5 publicam fore, et si maneat in sententia senatus, dictatorem  
 nocte proxima dicturum; ac si quis intercedat senatus con-  
 6 sulto, auctoritate se fore contentum. Quo facto cum haud  
 immeritam laudem gratiamque apud omnes tulisset, dictatore  
 P. Cornelio dicto ipse ab eo magister equitum creatus  
 exemplo fuit collegas eumque intuentibus, quam gratia atque  
 7 honos opportuniora interdum non cupientibus essent. Bel-  
 lum haud memorabile fuit. Vno atque eo facili proelio caesi  
 ad Antium hostes; uictor exercitus depopulatus Volscum  
 agrum. Castellum ad lacum Fucinum ui expugnatum, atque  
 in eo tria milia hominum capta, ceteris Volscis intra moenia  
 8 compulsis nec defendantibus agros. Dictator bello ita gesto

*pro sano defendere possumus; tamen cum uel ante uel post patricii addi-  
 tum concinniorem sententiam reddat, sed fort. uix necessarium*

**57** 3 se tam *PFUpBEa<sup>2</sup>*: se iam *Ver. a?*: tam *MHDL* colle-  
 gas *Ver. M<sup>3</sup>HE<sup>2</sup>a*: collega *MPFBEDL*: collegae *Up* (*praecedente*  
*maluerint pro maluerit*) auctoritati *MEDLa*: auctoritate *PF*  
*UpBH*: *defit Ver.* 4 rem publicam (*uel rem p̄*) *PFUpBEDLa*:  
*rem p̄ bi H*: *reip. M*: *rep Ver.* 5 dicturum *Ver. MU<sup>3</sup>EHD*  
*La*: dictaturum *PBE*: dictitaturam *F* 6 dictatore *P. Cornelio*]  
*post haec defit Ver. usque ad § 10* creatus *D<sup>x</sup> dett.*: creatus est  
*MPFBEHDL*: creatus et *Up*: est creatus *a* collegas *M* (*et M<sup>3</sup>*)  
*DL Ald. Frob. Drak. probantibus*: collegis *M<sup>2</sup>PFUpBEHD<sup>3</sup>a*: collegis  
*se Alscheski, sed uide sis Cl. Quarterly v (1911), p. 10* eumque  
*MPFUpBEHDL*: eum *a* 7 ui expugnatum *PFUpBEHDLa*:  
*uix expugnatum M*

ut tantum non defuisse fortunae uideretur, felicitate quam gloria maior in urbem redit magistratique se abdicauit. Tribuni militum, mentione nulla comitiorum consularium 9 habita, credo, ob iram dictatoris creati, tribunorum militum comitia edixerunt. Tum uero grauior cura patribus incessit, 10 quippe cum prodi causam ab suis cernerent. Itaque sicut 11 priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos omnium, etiam dignorum, taedium fecerant, sic tum primoribus patrum splendore gratiaque ad petendum praeparatis omnia loca obtinuere, ne cui plebeio aditus esset. Quattuor creati sunt, 12 omnes iam functi eo honore, L. Furius Medullinus C. Valerius Potitus Num. Fabius Vibulanus C. Seruilius Ahala, hic reiectus continuato honore cum ob alias uirtutes, tum ob recentem fauorem unica moderatione partum.

Eo anno quia tempus indutiarum cum Veiente populo 58 exierat, per legatos fetialesque res repeti coepit. Quibus uenientibus ad finem legatio Veientium obuia fuit. Petiere 2 ne priusquam ipsi senatum Romanum adissent, Veios iretur. Ab senatu impetratum, quia discordia intestina laborarent Veientes, ne res ab iis repeterentur; tantum afuit ut ex incommmodo alieno sua occasio peteretur. Et in Volscis accepta 3 clades amisso Verragine praesidio; ubi tantum in tempore fuit momenti ut cum precantibus opem militibus, qui ibi a Volscis obsidebantur, succurri si maturatum esset potuisset,

8 redit *MPFU<sup>p</sup>BEHDLa* (i. 3. 3 *adn.*): rediit *dett.* 10 -ero  
grauior cura] sic rursus inc. *Ver.* cernerent *Ver.* *UpE<sup>3</sup>HD<sup>3</sup>*: cer-  
*neret MPFBEDLa* 11 Itaque sicut] his uocibus incipit codicis  
*Einsiedlensis quaternio qui nunc est tertius*; *iisdem uocibus rursus inc.* *O.*  
*omnibus post c. 30.* 14 (*ubi u. adn.*) tacite omissis 12 *Num. Sigon.*,  
*cf. Diod. 14. 3. 1 et Fast. Cap. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 114* (N. Fabius): *cn* (uel *cñ*  
*uel c n) MPFU<sup>p</sup>BOEHDLa*: *defit Ver. sed spatium duas tantum litteras*  
*capit; cf. cc. 43. 1; 49. 1; 58. 6 cum adnn.* partum *MPFBEH*  
*DLa*: partium *Up*: patrum *Ver.* *Oa<sup>2</sup>* (*ut secundam lectionem*)

58 1 quia *Ver.* *MPFU<sup>p</sup>BOEHa*: qui ante *DL* exierat *Ver.*  
*MPFU<sup>p</sup>BOEHD<sup>x</sup>(? D<sup>4</sup>)a*: exierant *DL* finem *Ver.* *MPFU<sup>p</sup>B*  
*OEDLa*: fidem *H* obuia a *dett.* obuiam *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLa<sup>3</sup>*:  
obuia. (*uniuers litterae spatio obscurato*) *Ver.*; cf. *Madv. Emend.<sup>2</sup> p. 131 n.*  
3 tantum *Ver.* *PFU<sup>p</sup>BOEHDLa*: *om. M* esset *MPFU<sup>p</sup>BO*  
*EHDLa<sup>3</sup>*: esse *Ver. a*

ad id uenerit exercitus subsidio missus ut ab recenti caede  
 4 palati ad praedandum hostes opprimerentur. Tarditatis causa  
 <non> in senatu magis fuit quam tribunis qui, quia summa  
 ui restari nuntiabatur, parum cogitauerunt nulla uirtute  
 5 superari humanarum uirium modum. Fortissimi milites non  
 tamen nec uiui nec post mortem inulti fuere.

6 Insequenti anno, P. et Cn. Cornelii Cossis Num. Fabio  
 Ambusto L. Valerio Potito tribunis militum consulari potes-  
 tate, Veiens bellum motum ob superbum responsum Veientis  
 7 senatus, qui legatis repetentibus res, ni facesserent propere  
 urbe finibusque, datus quod Lars Tolumnius dedisset re-  
 8 sponderi iussit. Id patres aegre passi decreuere ut tribuni  
 militum de bello indicendo Veientibus primo quoque die ad  
 9 populum ferrent. Quod ubi primo promulgatum est, fremere  
 iuuentus nondum debellatum cum Volscis esse ; modo duo  
 praesidia occidione occisa, <cetera> cum periculo retineri ;  
 10 nullum annum esse quo non acie dimicetur ; et tamquam  
 paeniteat laboris, nouum bellum cum finitimo populo et  
 potentissimo parari qui omnem Etruriam sit concitaturus.

11 Haec sua sponte agitata insuper tribuni plebis accidunt ;  
 12 maximum bellum patribus cum plebe esse dictitant ; eam de

4 non in senatu *Weissenb.* : in senatu *Ver. Vorm.*? *MPFU<sub>p</sub>BOEHa* (*sed in E spatiū solito longius post causa relictū est*) : in senatum *DL*  
 restari nuntiabatur *Mommsen* : restari nuntiabantur *Ver.* : restare nuntia-  
 bantur (*uel nunc-*) *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOEHDL* : res stare nunciabantur  
*D<sup>3</sup>* : resistere nuntiabantur *a* 6 *Cornelii F? HL* : *cornelius MP*  
*UpBOEDA* : *cornelio Ver.* : *cornelii F<sup>3</sup>* *Cossis Ver. L* : *cōss is*  
*MOE* : *conſ̄ is PB* : *coñs his Up* : *cossus is a* : *cossus D* : *consulari*  
*F? H* : *creati sunt F<sup>3</sup>* *Num. Sigon.*, cf. c. 43. 1 *adn.* : *cn Ver.*  
*MPU<sub>p</sub>BOEHDL* : *Gneo a* : *cum F<sup>3</sup> in ras.* 7 *urbe Ver. MPF*  
*UpBOEHDLA* (*recte, credo, in satis familiari uerborum figura*) : ex  
*urbe Wesenberg* *finibusque Ver. M<sup>1</sup>P<sup>2</sup>U<sub>p</sub>BOEHDLA* : *finibus*  
*M* (*et in E ante q. interpunctum est*) *quod Ver. F<sup>3</sup>* : *quos Vorm.*  
*MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : *quas D<sup>2</sup>* 9 *cetera cum Schenkl* : *et cum Ver.*  
*Vorm.*? *Ma* : . *cum OED* : *cum PFU<sub>p</sub>BHL* : *alia cum Madv.*  
 10 *nouum MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : *nullum Ver.* 11-12 *cum plebe*  
*esse dictitant* ; *eam om. M in fine columnae (in E plebem pro plebe)*  
 12 *eam de OED?* *a* : *ea . . . Ver.* : *ea de PFBD<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>L* : *eadem*  
*UpHD<sup>3</sup>* : *de M*

industria uexandam militia trucidandamque hostibus obici ; eam procul urbe haberit atque ablegari, ne domi per otium memor libertatis coloniarum aut agri publici aut suffragii libere ferendi consilia agit. Prensantesque ueteranos stipendia cuiusque et uolnera ac cicatrices numerabant ; quid iam integri esse in corpore loci ad noua uolnera accipienda, quid super sanguinis, quod dari pro re publica posset [rogitantes] ? Haec cum in sermonibus contionibusque interdum agitantes auertissent plebem ab suscipiendo bello, profertur tempus ferundae legis quam si subiecta inuidiae esset anti-quari apparebat.

Interim tribunos militum in Volscum agrum ducere exercitum placuit ; Cn. Cornelius unus Romae relicitus. Tres tribuni, postquam nullo loco castra Volscorum esse nec commissuros se proelio apparuit, tripertito ad deuastandos fines discessere. Valerius Antium petit, Cornelius Ecetras ; quacumque incessere, late populati sunt tecta agrosque, ut distinerent

<sup>12</sup> obici ; eam] *inter has uoces in Ver. trium litterarum spatium obscuratum est ; et in F spatium solito maius, et fort. idem de spatio in P post eam relicto dici potest, sed obicieam sic : in B obici etā coloniarum Edd. uet. : coloniarumque Ver. MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sub>la</sub> agit PFUp BOEHD<sub>la</sub> : agit et M (non L) : agitent Ver.* <sup>13</sup> Prensantesque PF<sup>2</sup>UpOED<sub>la</sub> (*sed in L praen-*) : praesantesque MB : praesatisqu. Ver. : pensantesque H cicatrices . . . uolnera ac- om. M esse PFUpBOEHD<sub>la</sub> : esset dett. (*recte si rogitantes retinetur*) : defit Ver. quid super Ver. Vorm. MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>2</sup> marg. a : qui super DL quod dari Ver. : dari M (*inde quia ante p (=pro) omisit scriba p = quod*) : quid dari OEH<sup>a</sup> : qui dari Vorm.? PFUp BD<sub>la</sub> rogitantes Ver. MPFU<sub>p</sub>OEHDL<sub>a</sub> : rigantes B : seclusum malimus, cf. 10. 33. 3 adn. ; 10. 28. 12; 21. 25. 5 <sup>14</sup> ferundae (uel -de) Ver. MPFU<sub>p</sub>BOEL : serundae H : ferende Da esset antiquari Ver. PU<sub>p</sub>BOEHD<sup>3</sup>a : esset antiquaria DL (*cum pparebat pro appar-*) : essent tantiquari (*scil. ex dittographia essent antiquari natum ; sed postea t- erasit M<sup>1</sup>*) MF

<sup>59</sup> <sup>2</sup> deuastandos Ver. PFUpBOED<sup>4</sup>a : leuastandos H : deuasto DL : deuastandas M <sup>3</sup> Ecetras dett. unus (*Portug.*) : ecetram a<sup>2</sup> : egitras PFUpBD<sup>3</sup> (*sed in D<sup>3</sup> egi- in rasura*) : egitrans Ma : et girus H : et giras OEL : alteras et Ver. (*scil. ex et alteras natum*) distinerent Vorm. marg. a<sup>2</sup> uel a<sup>3</sup> : destinerent MP<sup>2</sup>Up : destirnerent P : desternerent Vorm. HE<sup>3</sup>DL<sub>a</sub> : destinarent FB : disternerent OE? (*uel in E discernerent uel dispernerent*) : defit Ver.

Volscos ; Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxur oppugnandum sine ulla populatione accessit. Anxur fuit, quae nunc Tarracinae sunt, urbs prona in paludes. Ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit ; circummissae quattuor cohortes cum C. Seruilio Ahala cum imminentem urbi collem cepissent, ex loco altiore, qua nullum erat praesidium, ingenti clamore ac tumultu moenia inuasere. Ad quem tumultum obstupefacti qui aduersus Fabium urbem infimam tuebantur locum dedere scalas admouendi, plenaque hostium cuncta erant, et immitis diu caedes pariter fugientium ac resistentium, armatorum atque inermium fuit. Cogebantur itaque uicti, quia cedentibus spei nihil erat, pugnam inire, cum pronuntiatum repente ne quis praeter armatos uiolaretur, reliquam omnem multitudinem uoluntariam exuit armis, quorum ad duo milia et quingenti uiui capiuntur. A cetera praeda Fabius militem abstinuit, donec collegae uenirent, ab illis quoque exercitibus captum Anxur dictitans esse, qui ceteros Volscos a praesidio eius loci auertissent. Qui ubi uenerunt, oppidum uetere fortuna opulentum tres exercitus diripuere ; eaque primum benignitas imperatorum plebem patribus conciliauit. Additum deinde omnium maxime tempestiuo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumue decerneret senatus, ut stipendum miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.

3 ad Anxur *Edd. uet.* : ad ancxyr *HDL* : ad ancxir *OE* : ad anxyr *D<sup>2</sup>* : ad anxir *P<sup>2</sup>FUpa* : ad ancxyr *M* : ad anxi *P* : ad anxie *B* : *defit Ver.* 4 Anxur *Edd. uet.* : anxyr *MD<sup>2</sup>* : ancxyr *HD* : ancxir *OELa* : anxir *B* : anxi *PFUp* : anxis *Ver.* paludes *Ver. MPF UpBOED<sup>4</sup>a* : palude *HDL* 5 circummissae *MPFU<sub>p</sub>BOEHD La* : *praefigit* hac *Ver. ?* (-ac certum, h- dubium) imminentem (uel inm-) *M<sup>3</sup>PF<sup>3</sup>UpBOEHDLa* (sed in *F* im- ab *F<sup>3</sup>* ; et aliquid ante hoc erasum) : inminente *Ver. M* 6 infimam *PFUpBOEHDLa* : intimam *Ver.* : infirmum *M* 7 repente ne quis] post haec defit *Ver. usque ad 5. 2. 8* armatos a *Edd. uet.* : armatus *MPFU<sub>p</sub>BO EHDL* 11 in multitudinem *D<sup>4</sup>a<sup>3</sup>, Rhenan.* : in multitudine *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa* tribunorumue *PFUpBOEHD?* *L* (in *D* tribunorumuel ubi -el a *D<sup>x</sup>* addita in ras.) : tribunorumque *Vorm. Ma*

Nihil acceptum unquam a plebe tanto gaudio traditur. 60  
 Concursum itaque ad curiam esse prensatasque exeuntium manus et patres uere appellatos, effectum esse fatentibus ut nemo pro tam munifica patria, donec quicquam uirium superesset, corpori aut sanguini suo parceret. Cum commoditas iuuaret rem familiarem saltem adquiescere eo tempore quo corpus addictum atque operatum rei publicae esset, tum quod ultro sibi oblatum esset, non a tribunis plebis unquam agitatum, non suis sermonibus efflagitatum, id efficiebat multiplex gaudium cumulatioremque gratiam rei. Tribuni plebis, communis ordinum laetitiae concordia que soli expertes, negare, tam id laetum patribus nec prosperum ⟨ciuibus⟩ uniuersis fore quam ipsi crederent; consilium specie prima melius fuisse quam usu appariturum. unde enim eam pecuniam confici posse nisi tributo populo 4 indicto? ex alieno igitur aliis largitos; neque id etiamsi ceteri ferant passuros eos, quibus iam emerita stipendia essent, meliore condicione alios militare quam ipsi militassent, et eosdem in sua stipendia impensas fecisse et in aliorum facere. His uocibus mouerunt partem plebis; 5 postremo, indicto iam tributo, edixerunt etiam tribuni auxilio se futuros si quis in militare stipendum tributum non contulisset. Patres bene coeptam rem perseveranter tueri; 6 conferre ipsi primi; et quia nondum argentum signatum erat, aes graue plaustris quidam ad aerarium conuehentes speciosam etiam conlationem faciebant. Cum senatus 7 summa fide ex censu contulisset, primores plebis, nobilium amici, ex composito conferre incipiunt. Quos cum et a pa- 8 tribus conlaudari et a militari aetate tamquam bonos ciues

60 2 Cum commoditas *M<sup>1</sup>O E<sup>2</sup>HDL*a: om. cum *MPFU<sub>p</sub>BE*  
 iuuaret *PFU<sub>p</sub>BOEHDL* (*cf.* 1. 21. 2, *Cic. Fam.* 10. 16. 1; *De Amic.* 7. 23): iuuabat *a*: iuuarebat *M* rei *MHDLa*: om. *PFU<sub>p</sub>BOE*  
 3 patribus nec prosperum ⟨ciuibus⟩ uniuersis *scripsi*: patribus  
 uniuersis nec prosperum *Vorm. MPFBOEHDLa*: partibus uniuersis  
 nec prosperum *Up Edd. uel.*: patribus *secl. Madv.*: patribus nec  
 uniuersis prosperum *Crevier, sed cf. Class. Quarterly* v (1911), p. 11

conspici uolcus hominum uidit, repente, spreto tribunicio  
auxilio, certamen conferendi est ortum. Et lege perlata de  
indicendo Veientibus bello, exercitum magna ex parte uolun-  
tarium noui tribuni militum consulari potestate Veios duxere.

**61** Fuere autem tribuni T. Quintius Capitolinus Q. Quinc-  
tius Cincinnatus C. Iulus Iulus iterum A. Manlius L.  
2 Furius Medullinus tertium M'. Aemilius Mamercus. Ab  
iis primum circumcessi Veii sunt; sub cuius initium obsi-  
dionis cum Etruscorum concilium ad fanum Voltumnae  
frequenter habitum esset, parum constitut bellone publico  
3 gentis uniuersae tuendi Veientes essent. Ea oppugnatio  
segnior insequenti anno fuit, parte tribunorum exercitusque  
4 ad Volscum auocata bellum. Tribunos militum consulari  
potestate is annus habuit C. Valerium Potitum tertium M'.  
Sergium Fidenatem P. Cornelium Maluginensem Cn. Cor-  
nelium Cossum C. Fabium Ambustum Sp. Nautium Rutu-  
5 lum iterum. Cum Volscis inter Ferentinum atque Ecetram  
signis conlatis dimicatum; Romanis secunda fortuna pugnae  
6 fuit. Artena inde, Volskorum oppidum, ab tribunis obsideri  
copta. Inde inter eruptionem temptatam compulso in ur-  
bem hoste, occasio data est Romanis intrupendi, praeter-  
que arcem cetera capta; in arcem munitam natura globus

8 uidit *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLa*: uideret Bauer, *perperam*; cf. 45. 12. 10  
(bis); Cic. Arch. 5. 10; De Or. 2. 59. 242 et *praecipue Hale and Buck,*  
*Lat. Grammar* § 550 a Note 3

**61** 1 Iulus Iulus *Sigon.* (cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 114), *uide sis* c. 35. 4 adn.:  
iulus tullus *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLa* Manlius *OHDL* (cf. C. I. L. i<sup>2</sup>,  
p. 114): mallius *Up*: mamilius *P*: malius *E*: manilius *MFa*: mamilius *B*  
M'. (i. e. Manius) *Up a dett. unus, Sigon. ex Fast. Cap. (u. C. I. L. l. c.):*  
m (i. e. Marcus) *MPFBOEHL*: c (i. e. Gaius) *D dett.* Mamercus  
*MPFU<sup>p</sup>OEHDLa*: mamertus *B*: Mamercinus *Sigon. ex Fast. Cap.*  
(C. I. L. l. c.) 4 tertium *B*, *Bekker*: tertio *MPFU<sup>p</sup>B<sup>1</sup>OEHDA*:  
ter *L* M'. Sergium *Up Sigon. ut supra*: manlium sergium *ED*:  
m. sergium *MPFBOHLa* C. Fabium *MPF<sup>3</sup>BEHDLa<sup>2</sup>*: c fabia-  
num *a*: claudium fabium *O* (*qui fere semper Claudius pro C scribit*):  
K. Fabium *Sigon.* (cf. 5. 24. 1 adn.); *in indice C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 348 et Gaios*  
*et Kaesones inter Ambustos reperies* Rutulum] *ut c. 35. 4* (cf. 3. 7.  
6 adn.): rutulum *L*: rutilium *MPFU<sup>p</sup>BOEHDA* 5 Ecetram *a<sup>2</sup>*:  
eceteram *MPFU<sup>p</sup>OEHDA*: et ceteram *B*: e cetere *L* 6 praeter-  
que *Ed. Frob.* 1531: praeterquam *MPF? UpOEHDLa<sup>1</sup> in ras.*:  
propterquam *B*


armatorum concessit ; infra arcem caesi captique multi mortales. Arx deinde obsidebatur ; nec aut ui capi poterat, quia pro spatio loci satis praesidii habebat, aut spem dabat deditiois, omni publico frumento priusquam urbs caperetur in arcem conuecto ; taedioque recessum inde foret ni seruus 8 arcem Romanis prodidisset. Ab eo milites per locum arduum accepti cepere ; a quibus cum custodes trucidarentur, cetera multitudo repentina pauore oppressa in deditiois uenit. Diruta et arce et urbe Artena, reductae legiones ex Volscis, 9 omnisque uis Romana Veios conuersa est. Proditori praeter 10 libertatem duarum familiarum bona in praemium data ; Seruius Romanus uocatus. Sunt qui Artenam Veientium, non Volscorum fuisse credant. Praebet errorem quod eiusdem 11 nominis urbs inter Caere atque Veios fuit ; sed eam reges Romani deleuere, Caeretumque, non Veientium fuerat ; altera haec nomine eodem in Volscio agro fuit, cuius excidium est dictum.

<sup>7</sup> aut spem dabat *PFU<sup>p</sup>BOEHDLa* : om. *M*      <sup>11</sup> Caeretumque  
(uel cer-) *UpOEHL* : caeratumque *PFU<sup>p</sup>BD* (*sed in B eaer-*) :  
ceterumque *Ma*

*Subscriptio Nicomachi Dexteri et Victoriani in solitam formam* (cf. *Librorum V et VI finem*) *praebent MEHDL* : Titi Liui Nichomachus (Niko- *E*, Nico- *H*) *Dexter VC* emendaui ab urbe cond. (condita *E*, conditorum *HD*). *Victorianus* *V* emendabam dominis Symmachis (Simm- *D*). Lib. IV explīc. (explicit liber IIII *D*) incip. Lib. V felicit (uel feliciter)

*Deest subscriptio in FUpBOa, e.g. F praebet haec tantum* : Explicit liber IIII feliciter. Incipit liber V

*In P librorum titulus sic datur* : Titi Liui ab urbe condita liber IIII exp̄ incip̄ lib. V ; his addit *P<sup>1</sup>* Nicomachus dext ūc emendaui uictorianus emendabam dominis symmachis



T. LIVI  
AB VRBE CONDITA  
LIBER V

PACE alibi parta Romani Veiique in armis erant tanta ira 1  
odioque ut uictis finem adesse appareret. Comitia utriusque  
populi longe diuersa ratione facta sunt. Romani auxere 2  
tribunorum militum consulari potestate numerum; octo,  
quot nunquam antea, creati, M'. Aemilius Mamercus iterum  
L. Valerius Potitus tertium Ap. Claudius Crassus M. Quinc-  
tilius Varus L. Iulius Iulus M. Postumius M. Furius Camil-  
lus M. Postumius Albinus. Veientes contra taedio annuae 3  
ambitionis quae interdum discordiarum causa erat, regem  
creauere. Offendit ea res populorum Etruriae animos, non  
maiore odio regni quam ipsius regis. Grauis iam is antea 4  
genti fuerat opibus superbiaque, quia sollemnia ludorum  
quos intermitti nefas est uolenter diremisset, cum ob iram 5  
repulsae, quod suffragio duodecim populorum aliis sacerdos  
ei praelatus esset, artifices, quorum magna pars ipsius serui  
erant, ex medio ludicro repente abduxit. Gens itaque ante 6  
omnes alias eo magis dedita religionibus quod excelleret arte

I i parta *UpD<sup>x</sup>L*: parata *MPFBOEHDa* 2 M'. (i.e.  
Manius) *Sigon.* (ut 4. 61. 1):  $\bar{m}$  uel m. (i.e. Marcus) *MPFU<sub>p</sub>BOEHD*  
*La* Mamercus *MPU<sub>p</sub>OEHDLa*: mamertus *FB*: Mamercinus  
*Sigon.* (ut 4. 61. 1 ubi uide adn.) L. Iulius Iulus *dett. ahq.* (cf.  
4. 35. 4 *adv.* et cum *Sigonio Fast. Cap.*, C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 116):  $\bar{m}$ . iulius  
rullus *MPFU<sub>p</sub>BOEH*:  $\bar{m}$ . iulius tullus *a*: m iulius publius *L* (*et sic  
fort. uoluit marginator in a qui p adscripsit ante tullus*):  $\bar{m}$  uilius  
publius *D* 4 quia sollemnia *MUpOEHDLa* (*sed in OD -mpnia  
(corr. D<sup>2</sup>), in a -nnia*): qua sollemnia *PFB* B: qua sollemne *F<sup>2</sup>*  
quos *MUpOEHDLa*: quod *PFB* 6 Gens *MP<sup>2</sup>F<sup>2</sup>UpOE<sup>1</sup>HDLa*:  
genis *B* (*ubi -q: pro itaque*): genus *PFE*

colendi eas, auxilium Veientibus negandum donec sub rege  
 7 essent decreuit; cuius decreti suppressa fama est Veiis  
 propter metum regis qui a quo tale quid dictum referretur,  
 pro seditionis eum principe, non uani sermonis auctore habe-  
 8 bat. Romanis etsi quietae res ex Etruria nuntiabantur, tamen  
 9 quia omnibus conciliis eam rem agitari adferebatur, ita munie-  
 bant ut ancipitia munita essent: alia in urbem et contra  
 oppidanorum eruptiones uersa, aliis frons in Etruriam spec-  
 tans, auxiliis si qua forte inde uenirent obstruebatur.

2 Cum spes maior imperatoribus Romanis in obsidione  
 quam in oppugnatione esset, hibernacula etiam, res noua  
 militi Romano, aedificari coepit, consiliumque erat hiemando  
 2 continuare bellum. Quod postquam tribunis plebis, iam diu  
 nullam nouandi res causam inuenientibus, Romam est alla-  
 3 tum, in contionem prosiliunt, sollicitant plebis animos, hoc  
 illud esse dictantes quod aera militibus sint constituta; nec  
 4 se fefellisse id donum inimicorum ueneno inlitem fore. ue-  
 nisse libertatem plebis; remotam in perpetuum et ablegatam  
 ab urbe et ab re publica iuuentutem iam ne hiemi quidem  
 aut tempori anni cedere ac domos ac res inuisere suas.  
 5 quam putarent continuatae militiae causam esse? nullam  
 profecto aliam inuenturos quam ne quid per frequentiam  
 iuuenum eorum in quibus uires omnes plebis essent agi de  
 6 commodis eorum posset. uexari praeterea et subigi multo  
 acrius quam Veientes; quippe illos hiemem sub tectis suis  
 7 agere, egregiis muris situque naturali urbem tutantes, militem  
 Romanum in opere ac labore, niuibus pruinisque obrutum,

7 principe *MP<sup>1</sup>FUpBOEHD?* uel *D<sup>4</sup>La*: principem *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>PD?*  
 (ubi -m erasum esse uideri potest) auctorem *MP<sup>1</sup>FUpBD<sup>4</sup>*: auctorem  
*Vorm.*? *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>POEHDLa* (*num recte?*) 8 Romanis *MPFB*  
*OEHDLa*: romanos *P<sup>2</sup>Up*: romani *F<sup>2</sup>* dett. *aliqu.* agitari *MOEH*  
*DLa<sup>2</sup> in ras.*: agitare *PFUpB* 9 ancipitia *PF<sup>2</sup>UpBOEHDLa*:  
 ancipiti *MF?* aliis *PUpBOEHDL*: alios (*uel alias?*) *F*: aliorum  
*F<sup>2</sup>*: alii *M*: alia *a* auxiliis *MF<sup>2</sup>OE<sup>3</sup>HDL*: in auxiliis *PF?* *Up*  
*BE*: auxilia *M<sup>2</sup>a* obstruebatur *M<sup>2</sup>PFUpBO<sup>1</sup>E*: obstruebantur  
*OHDL*: obseruabat *a*: obseruabantur *M*

sub pellibus durare, ne hiemis quidem spatio quae omnium bellorum terra marique sit quies arma deponentem. hoc 8 neque reges neque ante tribuniciam potestatem creatam superbos illos consules neque triste dictatoris imperium neque importunos decemuiros iniunxisse seruitutis, ut perennem militiam facerent [quod tribuni militum in plebe Romana regnum exercent]. quidnam illi consules dictatoresue facturi essent, qui proconsularem imaginem tam saeuam ac trucem fecerint? sed id accidere haud immerito. non fuisse ne in octo quidem tribunis militum locum ulli plebeio. antea tria loca cum contentione summa patricios 10 explere solitos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire, et ne in turba quidem haerere plebeium quemquam qui, 11 si nihil aliud, admoneat collegas, liberos et ciues eorum, non seruos militare, quos hieme saltem in domos ac tecta reduci oporteat et aliquo tempore anni parentes liberosque ac 12 coniuges inuisere et usurpare libertatem et creare magistratus.

Haec taliaque uociferantes aduersarium haud imparem 13 nacti sunt Ap. Claudium, relictum a collegis ad tribunicias seditiones comprimendas, uirum imbutum iam ab iuuenta certaminibus plebeiis, quem auctorem aliquot annis ante 14

**2 8** reges neque *PFUpBOEHDLa*: om. *M* dictatoris imperium] his uocibus rursus inc. *Ver.* ut perennem militiam facerent *Ver.* *MPFUpBOEHD<sup>2</sup>La* (miliam *D*): *secludere uolt Luterb.*, et in *D* fuit signum aliquod interpunctionis (–) ante et super ut, nunc erasum quod tribuni . . . exercent *Ver.* *MPFUpBOEHD La*: *seclusimus* (*Class. Quarterly*, v (1911), p. 10); in *E* ante quod signum simile (–); et in *D* post exercent simile aliquid erasum est. Multa glossemata incipiunt quod; e.g. in *Med. margine* ad 4. 28. 5 scriptum est quod necessitas sit ultimum et maximum telum; cf. *adn. ad 5. 21. 5: tutatur Madv.* ut interrogationem 9 proconsularem *Ver.* *MPFUpBOEHDLa*: malimus consularem (in 6. 1. 8, ut monet *Walters*, proconsulari *Ver.* *HTDLA*: consulari recte *MP<sup>2</sup>FUpBOE*) ne in octo *Ver.* *POEHDLa*: non in octo *M*: nec in octo *Up*: ne in hoc *FB*: in octo *a* 11 haerere (uel he-) *Ver.* *MOEHDLa*: habere *PFUpB* qui si *P<sup>2</sup>FUpBOEHD*: .ui se *Ver.*: quod si *a*: si *MP* collegas *MPFUpBOEHDLa*: nisi collegas *Ver.* liberos et *Ver.* *MF<sup>3</sup>UpOEHDLa* (sed in *H* et delendum puncto notatur): liberas et *PF?B*

fuisse memoratum est per collegarum intercessionem tribu-  
 3 niae potestatis dissoluendae. Is tum iam non promptus  
 ingenio tantum, sed usu etiam exercitatus, talem orationem  
 2 habuit: ‘Si unquam dubitatum est, Quirites, utrum tribuni  
 plebis uestra an sua causa seditionum semper auctores  
 3 fuerint, id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo; et  
 cum laetor tandem longi erroris uobis finem factum esse,  
 tum, quod secundis potissimum uestris rebus hic error est  
 4 sublatus, et uobis et propter uos rei publicae gratulor. An  
 est quisquam qui dubitet nullis iniuriis uestris, si quae forte  
 aliquando fuerunt, unquam aequa quam munere patrum in  
 plebem, cum aera militantibus constituta sunt, tribunos  
 5 plebis offensos ac concitatos esse? Quid illos aliud aut tum  
 timuisse creditis aut hodie turbare uelle nisi concordiam  
 ordinum, quam dissoluendae maxime tribuniciae potestatis  
 6 rentur esse? Sic hercule, tamquam artifices improbi, opus  
 quaerunt qui [et] semper aegri aliquid esse in re publica  
 uolunt, ut sit ad cuius curationem a uobis adhibeantur.  
 7 Vtrum enim defenditis an impugnatis plebem? Vtrum  
 militantium aduersarii estis an causam agitis? Nisi forte  
 hoc dicitis: ‘Quidquid patres faciunt displicet, siue illud

3 1 Is tum *Ver.* *P<sup>2</sup>F?* *UpBOEHa<sup>2</sup>*: eis tum *L* (*et P*, *sed praecedit*  
*dissoluenda*): isti *Ma?*: Istum *uel* *Tstum D*: s tum *D<sup>x</sup>* *sed quid*  
*uoluerit erasor non liquet* exercitatus *Ver.* *PFUpBOEHDL<sup>a</sup>*:  
 exercitus *Ma* 2 Quirites *D<sup>4</sup>a* *Edd.* *uet.*: qui<sup>r</sup> *OE<sup>1</sup>D?*: *qur H*:  
 qui in *PD?*: quin *P<sup>2</sup>F?* *UpBE*: quis *L*: qui *Ver.*: *om. M* (*cf. 3. 17. 3*  
*adn.*) 4 uestris *Ver.* *Vorm.* *MPFU<sub>b</sub>BOEHDA*: is uestris *L*: nostris  
*Madv.*, male fuerunt *Ver.* *PFUpBOEHDL*: inciderunt fuerunt  
*Vorm.*? *M*: inciderunt *a* unquam aequa] his uocibus subiungit  
*statim* tribunos . . . concitatos esse *F<sup>3</sup>* *in ras.*, tum *pergit* quantum  
(*pro quam*) munere . . . constituta sunt, *sed cum* quo stipendia *pro*  
*cum aera*: *in MPFU<sub>b</sub>BOEHDL<sup>a</sup>* recte se *habet clausula* 5 potes-  
*tatis Ver.* *MPOE<sup>1</sup>Ha*: potestati *Vorm.*? *P<sup>2</sup>FUpBEDL* rentur  
*MPFU<sub>b</sub>BOEDL<sup>a</sup>*: entur *H*: uiderentur *Ver.* 6 qui et *MPF*  
*UpBOEHDL<sup>a</sup>*: defit *Ver.*: et *seclusi* (*ut correctionem ab aliquo pro-*  
*jectiam qui qui ad artifices retulerit; sed postea ex margine ut fit*  
*uerae lectioni additam, non substitutam*): quippe Büttner: et Muretus,  
*qui delens* 7 Nisi forte hoc dicitis *MPFU<sub>b</sub>BOEHDL<sup>a</sup>* (*sed in*  
*P ho pro hoc*): *om. Ver.*

pro plebe siue contra plebem est,' et quemadmodum seruis 8  
 suis uetant domini quicquam rei cum alienis hominibus esse  
 pariterque in iis beneficio ac maleficio abstineri aequum  
 censem, sic uos interdicitis patribus commercio plebis, ne  
 nos comitate ac munificentia nostra prouocemus plebem, nec  
 plebs nobis dicto audiens atque oboediens sit. Quanto 9  
 tandem, si quicquam in uobis, non dico ciuilis, sed humani  
 esset, fauere uos magis et quantum in uobis esset indulgere  
 potius comitati patrum atque obsequio plebis oportuit?  
 Quae si perpetua concordia sit, quis non spondere ausit 10  
 maximum hoc imperium inter finitimos breui futurum esse?

Atqui ego, quam hoc consilium collegarum meorum, quo 4  
 abducere infecta re a Veii exercitum noluerunt, non utile  
 solum sed etiam necessarium fuerit, postea disseram: nunc  
 de ipsa condicione dicere militantium libet; quam ora-  
 tionem non apud uos solum sed etiam in castris si habeatur,  
 ipso exercitu disceptante, aequam arbitror uideri posse. In  
 qua si mihi ipsi nihil quod dicerem in mentem uenire posset,  
 aduersariorum certe orationibus contentus essem. Negabant 3  
 nuper danda esse aera militibus, quia nunquam data essent.  
 Quonam modo igitur nunc indignari possunt, quibus aliquid  
 noui adiectum commodi sit, eis laborem etiam nouum pro  
 portione iniungi? Nusquam nec opera sine emolumento 4  
 nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Labor

8 seruis *Ald. rectissime*: cum seruis *Ver. Vorm.*? *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa*: tum seruis *L* cum alienis *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa*: alienis *Madv.*, sed cum *superuacaneum post-modum facilius quam post rei nasci poterat*; et *sententia longe melior* interdicitis *Ver. PFUpB OEHDLa*: interdicto *Vorm. a*: interdicito *M* commercio *MP FU<sub>p</sub>BOEDLa* (*sed -tio PBDA*): commercia *EH* (*hic -tia*): *defit Ver.*

9 humani esset *PFU<sub>p</sub>OEDLa*: humana esset *M*: humanie et (*scil. ex humani ēēt*) *BH*: *defit Ver.*: humani animi esset *Woelflin*  
 10 imperium *Ver. PFUpBOEHDLa*: imperio *M*

4. 1 Atqui *OEH* (*cf. e.g. Cic. Nat. D. 1. 7. 16*): atque *Ver. MPFU<sub>p</sub>BDLa* quo *MPFU<sub>p</sub>OEHDLa*: quod *Ver. B Muretus* ipsi *Ver. UpOE<sup>1a</sup> marg. (ut secundam lectionem)*: ipse *MPFBEDL<sup>a</sup>*  
 4 nec opera *F<sup>2</sup>UpD<sup>2a</sup>*: nec operam *Ver. MPF? BOEHDL* (*sed in O opera'm*): nec opere *a<sup>2</sup>*

uoluptasque, dissimillima natura, societate quadam inter se  
 5 naturali sunt iuncta. Moleste antea ferebat miles se suo  
 sumptu operam rei publicae praebere ; gaudebat idem par-  
 tem anni se agrum suum colere, quaerere unde domi mili-  
 6 tiaeque se ac suos tueri posset : gaudet nunc fructui sibi rem  
 publicam esse, et laetus stipendium accipit ; aequo igitur  
 animo patiatur se [ab domo] ab re familiari, cui grauis im-  
 7 pensa non est, paulo diutius abesse. An si ad calculos eum  
 res publica uocet, non merito dicat : ‘Annua aera habes,  
 annuam operam ede : an tu aequum censes militia semestri  
 8 solidum te stipendium accipere?’ Inuitus in hac parte  
 orationis, Quirites, moror ; sic enim agere debent qui mer-  
 cennario milite utuntur ; nos tamquam cum ciuibus agere  
 uolumus, agique tamquam cum patria nobiscum aequum  
 9 censemus. Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro  
 dignitate populi Romani et perfici quam primum oportet.  
 10 Perficietur autem si urgemos obsessos, si non ante absce-  
 dimus quam spei nostrae finem captis Veiiis imposuerimus.  
 Si hercules nulla alia causa, ipsa indignitas perseuerantiam  
 11 imponere debuit. Decem quondam annos urbs oppugnata  
 est ob unam mulierem ab uniuersa Graecia, quam procul ab  
 12 domo? quot terras, quot maria distans? nos intra uicesi-

4 quadam Ver. *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>FUpBOEHL* : quidam *MD* (*ubi qui- clarum  
 est, sed pro-dam?* *substitutum* -dem a *D<sup>4</sup>* qui et quadam *ut secundam  
 lectionem supra adfert*) : qdam a : quamquam *P* 5 idem *MPFUp  
 BOEHD<sup>4</sup>a* : id est *DL* : inde *Ver.* anni se *Ver.* *MOE<sup>2</sup>HD<sup>4</sup>a* :  
 annis *PE* : anni *P<sup>2</sup>FUpB* : anise *DL* 6 ab domo ab *MPFUpBOE  
 HD<sup>1</sup>La* : ab domo ac *Ver.* *D* : ab domo *seclusi ut promptum glossema* ;  
*orationi autem prorsus repugnat in hac uoce commoratio* 7 aera  
 habes *PFUpOEHDLa* : ura habes *B* (*cum uoce praec. sic coniunctum* :  
*annuuura*) : uera habes *Ver.* : aera dicas habes (*scil. ex dicat praec.  
 repetitum*) *M* : an tu *PFUpBOEHa* : an tum *M* : anitu *Ver.* : ante  
*DL* : an id tu *Jung* solidum *Ver.* *MOEHDLa* : solitum *PFUpB*

8 cum ciuibus *MF<sup>3</sup>OEHDLa* : ciuibus *PUpB* : om. *Ver.* usque ad cum  
 patria, post quae addit agi 9 aut geri *PFUpBOEHDLa* : utageri  
*M* : ut agere *M<sup>3</sup>* : aut agere *M<sup>4</sup>* : augeri *Ver.* populi Romani  
 et perfici *Ver.* *PFUpBOEDLa<sup>1</sup>* : populorum et perfici *H* : populi  
 romani et perficiisci a : nobilir (?) et profici *M* : nobiliter pfici *M<sup>2</sup>(?)*  
 10 captis *Ver.* *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>PFUpBOED<sup>3</sup>a* : capitis *MHDL* 12 nos  
*Ver.* *OE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>D<sup>4</sup> ut secundam lectionem* : nobis *MFHDLa* : nosbis  
*PUpBE*

mum lapidem, in conspectu prope urbis nostrae, annuam oppugnationem perferre piget. Scilicet quia leuis causa belli est nec satis quicquam iusti doloris est quod nos ad perseverandum stimulet. Septiens rebellarunt; in pace 13 nunquam fida fuerunt; agros nostros miliens depopulati sunt; Fidenates deficere a nobis coegerunt; colonos nostros ibi interfecerunt; auctores fuere contra ius caedis impiae 14 legatorum nostrorum; Etruriam omnem aduersus nos concitare uoluerunt, hodieque id moliuntur; res repetentes legatos nostros haud procul afuit quin uiolarent.

Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet? 5  
Si nos tam iustum odium nihil mouet, ne illa quidem, oro uos, mouent? Operibus ingentibus saepa urbs est quibus 2 intra muros coeretur hostis; agrum non coluit, et culta euastata sunt bello; si reducimus exercitum, quis est qui 3 dubitet illos non a cupiditate solum ulciscendi sed etiam necessitate imposita ex alieno praedandi cum sua amiserint agrum nostrum inuasuros? Non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus. Quid? 4 illud, quod proprie ad milites pertinet, quibus boni tribuni plebis tum stipendium extorquere uoluerunt, nunc consultum repente uolunt, quale est? Vallum fossamque, ingentis 5 utrumque operis, per tantum spatii duxerunt; castella primo

12 perferre *Ver. OEHDLa*: perferri *PFUpB*: proferre *M*  
quicquam *PFUpBOEHD<sup>4</sup>a*: quisquam *Ver. MDL*: cuiquam *D<sup>4</sup>* ut secundam lectionem        quod nos *Ver. MOEHDLa*: quod *PFB* (*num recte?*): qui nos *Up*        13 fida *Ver. MPFUpBD<sup>2</sup>a*: fide *L*: fidi *OEH*: fid *D* (*loco unius litterae uacuo relicto, cf. adn. ad 1. 41. 4*)

14 res repetentes *M<sup>1</sup> uel M<sup>2</sup>OUpE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>La* (*sed in E post -tes aliquid erasum*): res repetentis *PFBD*: repetentis *Ver. H*: res repesientes (*uel repescentes?*) *M*        afuit *Ver. OE<sup>2</sup>HDL*: affuit *M*: fuit *PFUpBE*: aufuit *D<sup>4</sup>a*: absuit *a<sup>1</sup>*

5 1 mouet, ne illa quidem, oro uos *om. M*        mouet *Ver. PFUp*  
*BOEHD<sup>2</sup> uel D<sup>4</sup>a<sup>2</sup>*: mouent *DL*: moueat *a*        4 tum stipendium dett. unus (*Lovel. 1*): cum stipendium *MPFUpBOEHDLa* (*uix recte?*): stipendium *Ver. (fort. recte)*        5 utrumque *scripsi suadentibus Drakenborchio et Madv.*: utramque rem *Ver. F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup>a*, quod pro glossemate ad uocem utrumque adfixo habendum uidetur: utrumque rem *MPFUpBOEHDLa* (*uix recte?*)

pauca, postea exercitu aucto creberrima ficerunt ; munitiones non in urbem modo sed in Etruriam etiam spectantes  
6 si qua inde auxilia ueniant, opposuere ; quid turres, quid  
uineas testudinesque et alium oppugnandarum urbium appa-  
ratum loquar ? Cum tantum laboris exhaustum sit et ad  
finem iam operis tandem peruentum, relinquendane haec  
censetis, ut ad aestatem rursus nouus de integro his insti-  
7 tuendis exsudetur labor ? Quanto est minus opera tueri  
facta et instare ac perseuerare defungique cura ? Breuis  
enim profecto res est, si uno tenore peragitur nec ipsi per  
intermissiones has interuallaque lentiores spem nostram  
8 facimus. Loquor de opera et de temporis iactura ; quid ?  
periculi, quod differendo bello adimus, num obliuisci nos  
haec tam crebra Etruriae concilia de mittendis Veios auxiliis  
9 patiuntur ? Vt nunc res se habet, irati sunt, oderunt, negant  
missuros ; quantum in illis est, capere Veios licet. Quis est  
qui spondeat eundem, si differtur bellum, animum postea  
10 fore, cum si laxamentum dederis, maior frequentiorque  
legatio itura sit, cum id quod nunc offendit Etruscos, rex  
creatus Veiis, mutari spatio interposito possit uel consensu  
ciuitatis ut eo reconcilient Etruriae animos, uel ipsius uolun-

5 spectantes *F<sup>3</sup>a* : spec. antis *Ver.* : expectantes *MFU<sub>p</sub>BOHD<sup>3</sup>L* :  
exspectantes *D?* : exspectantes *PE* 6 et alium *D<sup>x</sup>a*, *Rhenan.* :  
et talium *Vorm.* ? *MPFU<sub>p</sub>BOEDL* : et talem *H:* *defit Ver.*

7 labor ? Quanto . . . usque ad et instare *paene omnia om.* *Ver.* ubi  
*Mommsenio comparebat nihil nisi laborant ? . . . | tare.* Causa con-  
fusionis non liquet ; in *Ver.* fuisse olim An instare (*scil. iubetis?*) acute  
conicit *Weissenb.*, sed et huic supplemento lectio *Nicomachea longe*  
*praestat* opera *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa* : opera *Hell* (*num recte?*)

cura ? Breuis *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa* : cura breui ? Breuis *Rost*  
tenore *Ver.* *E<sup>2</sup>* : temore *M<sup>1</sup>* : tempore *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa*  
8 *operae et Ussing* : opere et *MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>4</sup>La* : operis *D<sup>3</sup>* :  
operum *D?* : opera et *Ver.* : opera opera *Luterb.*, *indigne*  
periculi quod *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa* : *om. quod Ver.* num *a<sup>2</sup>* *Ed.*

*Mogunt.* 1518 : nunc *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLa* de mittendis *Ver.*  
*M<sup>1</sup>O<sup>1</sup>E<sup>1</sup>HD<sup>4</sup>* : de mictendis *a* : dimittendis *PFU<sub>p</sub>BEDL* : domittendis *M*

9 Vt nunc *Ver.* *P<sub>p</sub>BOEHD<sup>1</sup>L* : ut nun *F* : etut nunc *ME<sup>3</sup>a*  
si differtur *Ver.* *EHDLa* (*cf. si reducimus § 3*) : sibi differtur *M* :  
differtur *O* : si differetur *PFU<sub>p</sub>B* 10 nunc offendit *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BO*  
*EHDLa* : non offendit *Ver.* *P* (*cf. 9. 34. 25*)

tate regis qui obstare regnum suum saluti ciuum nolit? Videte, quot res, quam inutiles sequantur illam uiam consilii, iactura operum tanto labore factorum, uastatio immi-nens finium nostrorum, Etruscum bellum pro Veiente con-citatum. Haec sunt, tribuni, consilia uestra, non hercule dissimilia ac si quis aegro qui curari se fortiter passus extemps conualescere possit, cibi gratia praesentis aut potionis longinquum et forsitan insanabilem morbum efficiat.

Si, mediusfidius, ad hoc bellum nihil pertineret, ad disciplinam certe militiae plurimum intererat, insuescere militem nostrum non solum parata uictoria frui, sed si etiam res lentior sit, pati taedium et quamuis serae spei exitum exspectare et si non sit aestate perfectum bellum, hiemem opperiri nec sicut aestiuas aues statim autumno tecta ac recessum circumspicere. Obsecro uos, uenandi studium ac uoluptas homines per niues ac pruinias in montes siluasque rapit: belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus quam uel lusus ac uoluptas elicere solet? Adeone effeminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeo molles animos, ut hiemem unam durare in castris, abesse ab domo non possint? ut, tamquam nauale bellum tempestatis captandis et obseruando tempore anni gerant, non aestus, non frigori pati possint? Erubescant profecto, si quis eis haec obiciat, contendantque et animis et corporibus suis uirilem patientiam inesse, et se iuxta hieme atque aestate bella gerere

**6** 1 parata *Up dett. duo* (*scil. 'quae in promptu est'*): parta *Ver. MP FBEHDLa* (*scil. 'quam iam adepti sunt'*): parua *O*, scite mendax 2 recessum *MPFU<sup>1</sup>pOEHDL*: recensum *B*: recessii *a*: recessus *Ver.*

**3** adhibebimus quam] post haec defit *Ver. usque ad § 5* uel lusus *Edd. uet.*: uel usus *MPFU<sup>1</sup>pBOEHL*: ul' usus *a* (*quid uoluit?*): lusus *D* sed 1- fortasse pleniore calamo (*cf. 1. 41. 4 et 5. 4. 13 adnn.*)

**3-4** solet? Adeone *F?* *UpOEHDLa*: soletne *PF?* *B*: sole *M* (*u. inf.*) soleadeo molles *coniungens*, *quae M<sup>2</sup>* in soleat eo molles *uertit* 4 -ne effeminata . . . putamus adeo *om. M* 5 eis haec (*uel eis hec*) *PFU<sup>1</sup>pBO<sup>1</sup>EHDL* (*in O obiciat inter eis et hec scriptum erat*): eis hoc *Ma* inesse et] *hic rursus per fragmenta inc. Ver.*

posse, nec se patrocinium mollitiae inertiaeque mandasse tribunis, et meminisse hanc ipsam potestatem non in umbra 6 nec in tectis maiores suos creasse. Haec uirtute militum uestrorum, haec Romano nomine sunt digna, non Veios tantum nec hoc bellum intueri quod instat, sed famam et ad 7 alia bella et ad ceteros populos in posterum quaerere. An mediocre discrimen opinionis secuturum ex hac re putatis, utrum tandem finitimi populum Romanum eum esse putent cuius si qua urbs primum illum breuissimi temporis sustinuerit 8 impetum, nihil deinde timeat, an hic sit terror nominis nostri ut exercitum Romanum non taedium longinquae oppugnationis, non uis hiemis ab urbe circumsessa semel amouere possit, nec finem ullum alium belli quam uictoriam nouerit, nec impetu potius bella quam perseverantia gerat ? 9 Quae in omni quidem genere militiae, maxime tamen in obsidens urbibus necessaria est, quarum plerasque munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles fame sitique tempus 10 ipsum uincit atque expugnat,—sicut Veios expugnabit, nisi auxilio hostibus tribuni plebis fuerint, et Romae inuenient praesidia Veientes quae nequ quam in Etruria quaerunt. 11 An est quicquam quod Veientibus optatum aequre contingere possit quam ut seditionibus primum urbs Romana, 12 deinde uelut ex contagione castra impleantur ? At hercule apud hostes tanta modestia est ut non obsidionis taedio, non denique regni, quicquam apud eos nouatum sit, non negata 13 auxilia ab Etruscis irritauerint animos ; morietur enim extemplo quicumque erit seditionis auctor, nec cuiquam dicere 14 ea licebit quae apud uos impune dicuntur. Fustuarium meretur, qui signa relinquit aut praesidio decedit : auctores

6 et ad alia *Edd.* uel. : et alia *MPFU<sub>p</sub>BOEHDL<sub>a</sub>* : *defit Ver.* sed sic ut uocibus et ad uix sufficiat spatium : ad alia *dett.* *aliq.*, *fort.* *recte* 7 eum esse *Vorm.* *UpOE<sup>1</sup>* uel *E<sup>3</sup>H* : meum esse *PBEL* : metum esse *F<sup>3</sup>* (quid *F* habuerit non liquet) : esse *MDa* : *defit Ver.* sed spatii ratio uix plus quam esse commendat illum *Upa* : illud (uel illut) *MPFBOEHDL* mira concordia : *defit Ver.* 8 nostri *Ver.* *MPFBOEHDLa* : uestri *UpL* impetu *MPFU<sub>p</sub>BOEHDL<sub>a</sub>* : impetus *Ver.*

signa relinquendi et deserendi castra non uni aut alteri militi sed uniuersis exercitibus palam in contione audiuntur ; adeo, quidquid tribunus plebi loquitur, etsi prodendae 15 patriae dissoluendaque rei publicae est, adsuestis, Quirites, audire et dulcedine potestatis eius capti quaelibet sub ea scelera latere sinitis. Reliquum est ut quae hic uociferantur, eadem in castris et apud milites agant et exercitus corruptant ducibusque parere non patientur, quoniam ea 17 demum Romae libertas est, non senatum, non magistratus, non leges, non mores maiorum, non instituta patrum, non disciplinam uereri militiae.'

Par iam etiam in contionibus erat Appius tribunis plebis, 7 cum subito, unde minime quis crederet, accepta calamitas apud Veios et superiorem Appium in causa et concordiam ordinum maiorem ardoremque ad obsidendos pertinacius Veios fecit. Nam cum agger promotus ad urbem uineaeque 2 tantum non iam iniunctae moenibus essent, dum opera interdiu fiunt intentius quam nocte custodiuntur, patefacta repente porta ingens multitudo facibus maxime armata ignes coniecit, horaeque momento simul aggerem ac uineas, tam 3 longi temporis opus, incendium hausit ; multique ibi mortales neququam opem ferentes ferro ignique absumpti sunt.

15 Quirites *Gulielmus* (*cf. c. 3. 2 sup.*) : qui *Vorm. MPFBEHDLa* : *om. UpO Edd. uet. : deficit Ver., sed ita ut inter adsue-* et audire spatiū sit non plurimum quam quattuor litterarum : ei *E<sup>2</sup>* : quidem *D<sup>4</sup>* : aequi *Rhenan.* : quieti *Welz* quaelibet *Ver. UpOE<sup>3a<sup>1</sup></sup>* uel a<sup>2</sup> : quae iubet *PF* et sic *D<sup>4</sup>a<sup>3</sup>* in marg. (*hic ut secundam lectionem*) : que iubet *BDL* : quae libet iubet *ME<sup>2</sup>Ha* : que libet iuuet *E* 17 *mores Ver. MPF UpBOEHDLa* : morem *Bake, fort. recte*

7 1 Veios et . . . pertinacius *om. Ver.* concordiam *MPFU<sup>p</sup> BOEHDLa* : concordia *M<sup>2</sup>* (*uel M<sup>1?</sup>*)<sup>a</sup> ardoremque *PFUpBO EH* : ardorem *MD? La* (*sed in M in fine lineae*) : in *D* -dorem *planum est sed ar-*, si ibi fuit unquam, omnino iam erasum ; et -e- in maiorem a *D<sup>3</sup>* in *ras.* : in *M* manus secunda linea ( ) *infra ducta maiorem cum ardorem coniunxit* : contra in *P<sup>2</sup>OE* post maiorem *interpunctum est* : *fort. ardoremque secludendum* 2 *coniecit MPFU<sup>p</sup> BOEHDLa* (*sed in D -i- post -n- pleniore calamo, cf. I. 4I. 4 adn.*) : *conicit Ver., fort. recte* ; *fort. etiam coniecit pro praesenti accipiendum, cf. I. 4I. 1 adn.*

4 Quod ubi Romam est nuntiatum, maestitiam omnibus, se-  
 natui curam metumque iniecit, ne tum uero sustineri nec in  
 urbe seditio nec in castris posset et tribuni plebis uelut ab  
 5 se uictae rei publicae insultarent, cum repente quibus census  
 equester erat, equi publici non erant adsignati, concilio prius  
 inter sese habito, senatum adeunt factaque dicendi potestate,  
 6 equis se suis stipendia facturos promittunt. Quibus cum  
 amplissimis uerbis gratiae ab senatu actae essent famaque  
 ea forum atque urbem peruasisset, subito ad curiam concur-  
 7 sus fit plebis ; pedestris ordinis aiunt nunc esse operam rei  
 publicae extra ordinem polliceri, seu Veios seu quo alio  
 ducere uelint ; si Veios ducti sint, negant se inde prius  
 8 quam capta urbe hostium reddituros esse. Tum uero iam  
 superfundenti se laetitiae uix temperatum est ; non enim,  
 9 sicut equites, dato magistratibus negotio laudari iussi, neque  
 aut in curiam uocati quibus responsum daretur, aut limine  
 curiae continebatur senatus ; sed pro se quisque ex superiore  
 loco ad multitudinem in comitio stantem uoce manibusque  
 10 significare publicam laetitiam, beatam urbem Romanam et  
 inuictam et aeternam illa concordia dicere, laudare equites,  
 laudare plebem, diem ipsum laudibus ferre, uictam esse  
 11 fateri comitatem benigitatemque senatus. Certatim patri-  
 bus plebique manare gaudio lacrimae, donec reuocatis in  
 curiam patribus senatus consultum factum est ut tribuni  
 12 militares contione aduocata peditibus equitibusque gratias

4 seditio nec *MPFUþBOEHa* : seditio ne *D?L* : seditio . is *Ver.* :  
 seditio n (c *suprascr. i.e. nunc*) *D<sup>4</sup>* cum *MPFUþBOEHDLa* : nec  
 cum *Ver.* concilio *MPFUþBOEHD* : contilio *L?* : consilio *a dett.*  
*aliq. : defit Ver.* 7 aiunt nunc esse operam *Cuper* : se aiunt nunc  
 esse operamque *Ver.* *MPFUþOEHDLa* *mira concordia* : seiciunt nunc  
 esse operamque *B* [publicae extra] *his uocibus finita est in M*  
*Quaternio XIII desinitque Leonis Diaconi opera usque ad Quat. XXII*  
*(8. 14. 1); incipiunt octo Quaterniones a scriba admodum inferiore*  
*scripti; cf. Praef. nostram § 9* 10 et inuictam *M<sup>2</sup>PFUþBOEH*  
*DLa* : et in et inuictam *M* : inuictam *Ver.* 11 donec *MPFUþB*  
*OEHDLa* : deinde *Ver.* 12 peditibus equitibusque *MPUþOEH*  
*DLa* : pedibus equitibusque *FB* : equitibus peditibusque *Ver.*

agerent, memorem pietatis eorum erga patriam dicerent senatum fore; placere autem omnibus his uoluntariam extra ordinem professis militiam aera procedere; et equiti certus numerus aeris est adsignatus. Tum primum equis suis <sup>13</sup> merere equites coeperunt. Voluntarius ductus exercitus Veios non amissa modo restituit opera, sed noua etiam instituit. Ab urbe commeatus intentiore quam antea subuehi cura, ne quid tam bene merito exercitui ad usum deesset.

Insequens annus tribunos militum consulari potestate <sup>8</sup> habuit C. Seruilius Ahalam tertium Q. Seruilius L. Verginium Q. Sulpicium A. Manlium iterum M'. Sergium iterum. His tribunis, dum cura omnium in Veiens bellum <sup>2</sup> intenta est, neglectum Anxuri praesidium uacationibus militum et Volscos mercatores uolgo receptando, proditis repente portarum custodibus oppressum est. Minus militum periiit, <sup>3</sup> quia praeter aegros lixarum in modum omnes per agros uicinasque urbes negotiabantur. Nec Veiis melius gesta <sup>4</sup> res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat; nam et duces Romani plus inter se irarum quam aduersus

<sup>12</sup> placere *MPFU<sup>p</sup>BOE<sup>2</sup>HDL*<sup>a</sup>: pacere *Ea*: placement *Ver.*

<sup>13</sup> tum primum *Ver.* *PFU<sup>p</sup>BOEHDL*: tum hic primum *Ma*: fort. hinc primum *ut Walters monet* equis suis merere *Ver.* (*sed aequis*) et *Periocha* (*sed mereri*). equos si merere *M*: equos sumere *M<sup>2</sup>a<sup>2</sup> marg.* (*ut secundam lectionem*): equis merere *OHD<sup>2</sup> uel D<sup>4</sup>a?*: aequos merere *P*: equos merere *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BEa?* (*sed in B adscriptum est i supra, inter mer- et -ere*): equus merere *D*: aequus merere *L*

<sup>8</sup> <sup>1</sup> L. Verginium *Ver.* (*et sic Fast. Cap. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 116 sed praen. deperditum*): pl uerginium *MH*: pl uergilium *DL* (*sed in utroque perstricta littera -l in pl*): pl in p<sup>b</sup> a *D<sup>2</sup> mutatum est, tum -ilium in -inium a D<sup>3</sup>*: p uerginium *Upa*: publicum uergium *PFB*: publicum uerginium *OE* M'. Sergium *a*, *Sigon. ex Fast. Cap.* (*cf. C. I. L. l. c.*) *et Diodor.* <sup>14</sup> <sup>38</sup>. <sup>1</sup> *codd. Mávios uel Mavílos* (*cf. 4. 61. 4 adn.*): m sergium (*uel marcum sergium*) *MPU<sup>p</sup>BOEH*: martum sergium *F*: marcum seruum *DL* (*qui, ut et H, uoces q. sulpicium a. loco suo omissas hic inculcant post seruum, sed in D et q. et a. hic etiam desunt; -i- in seruum scripsit plenio calamo D*): *defit Ver.* <sup>2</sup> Anxuri *a<sup>2</sup>*, *Bekker: anxyri MEDL: anxyri H: anxiri PFU<sup>p</sup>BO: defit Ver.* <sup>3</sup> perit *Ver.* : perit *MPFU<sup>p</sup>BOEHDL*<sup>a</sup> per agros uicinasque urbes *MPFU<sup>p</sup>BOEHDL*<sup>a</sup>: *om. Ver.* <sup>4</sup> irarum *M<sup>2</sup>PFU<sup>p</sup>OEHD<sup>2</sup>a*: iurarum (*uel uir-*) *B*: iratum *MDL*: *defit Ver.*

hostes animi habuerunt, et auctum est bellum aduentu re-  
 5 pentino Capenatium atque Faliscorum. Hi duo Etruriae  
 populi, quia proximi regione erant, deuictis Veiis bello quo-  
 6 que Romano se proximos fore credentes, Falisci propria  
 etiam causa infesti quod Fidenati bello se iam antea immis-  
 cuerant, per legatos ultiro citroque missos iure iurando inter  
 se obligati, cum exercitibus necopinato ad Veios accessere.  
 7 Forte ea regione qua M'. Sergius tribunus militum praeerat  
 castra adorti sunt ingentemque terrorem intulere, quia Etru-  
 riā omnem excitam sedibus magna mole adesse Romani  
 crediderant. Eadem opinio Veientes in urbe concitauit.  
 8 Ita ancipiti proelio castra Romana oppugnabantur; con-  
 cursantesque cum hoc atque illuc signa transferrent, nec  
 Veientem satis cohibere intra munitiones nec suis muni-  
 mentis arcere uim ac tueri se ab exteriore poterant hoste.  
 9 Vna spes erat, si ex maioribus castris subueniretur, ut di-  
 uersae legiones aliae aduersus Capenatem ac Faliscum, aliae  
 contra eruptionem oppidanorum pugnarent; sed castris  
 10 praeerat Verginius, priuatim Sergio inuisus infestusque. Is  
 cum pleraque castella oppugnata, superatas munitiones,  
 utrumque inuehi hostem nuntiaretur, in armis milites tenuit,  
 si opus foret auxilio collegam dictitans ad se missurum.  
 11 Huius adrogantium pertinacia alterius aequabat, qui, ne  
 quam opem ab inimico uideretur petisse, uinci ab hoste  
 12 quam uincere per ciuem maluit. Diu in medio caesi milites;  
 postremo desertis munitionibus, perpauci in maiora castra,  
 pars maxima atque ipse Sergius Romam pertenderunt. Vbi  
 cum omnem culpam in collegam inclinaret, acciri Verginium  
 13 ex castris, interea praeesse legatos placuit. Acta deinde in  
 senatu res est certatumque inter collegas maledictis. Pauci

7 qua M'. Sergius *Sigon.* ut supra § 1 : qua m sergius *HDL* : quam  
 sergius *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>PFBa* (*in a q̄*) : qua sergius *MUpOE* (*sed in E s-*  
*pleniore calamo, ut uidetur; cf. 1. 41. 4 adn.*) : *defit Ver.* 11 aequa-  
 bat (*uel eq-*) *PFUpBOEHDLa* : *rogabat M* : *defit Ver.* ne quam  
*MPFUpBOEHDLa* : ne *Ver.* 13 inter *Ver. PFUpBOEHDLa* :  
 iterum *M* : iterum inter *M<sup>3</sup>*

rei publicae, *(plerique)* huic atque illi ut quosque studium priuatim aut gratia occupauerat adsunt.

Primores patrum siue culpa siue infelicitate imperatorum 9 tam ignominiosa clades accepta esset censuere non exspectandum iustum tempus comitiorum, sed extemplo nouos tribunos militum creandos esse, qui kalendis Octobribus magistratum occiperent. In quam sententiam cum pedibus 2 iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere; at enim uero 3 Sergius Verginiusque, propter quos paenitere magistratum eius anni senatum apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere senatus consulto, negare se ante idus Decembres, sollemnem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse. Inter haec tribuni plebis, cum in concordia 4 hominum secundisque rebus ciuitatis inuiti silentium tenuissent, feroce repente minari tribunis militum, nisi in auctoritate senatus essent, se in uincla eos duci iussuros esse. Tum 5 C. Seruilius Ahala tribunus militum: ‘Quod ad uos attinet, tribuni plebis, minasque uestras, ne ego libenter experirer quam non plus in iis iuris quam in uobis animi esset; sed 6 nefas est tendere aduersus auctoritatem senatus. Proinde et uos desinite inter nostra certamina locum iniuriae quaerere, et collegae aut facient quod censem senatus, aut si pertinacius tendent, dictatorem extemplo dicam qui eos abire magistratu cogat.’ Cum omnium adsensu comprobata oratio 7

13 rei publicae *MPFU<sup>p</sup>BOEHDL<sup>a</sup>* (*sed in E rep*): add. plerique *Kiehl*, recte, ut credo; nam et in *M* duo uersus (*a reip. usque ad occupa-*) spatiose scripti sunt (*certe sex litterarum amplius capaces*); et in *Ver.* *inter maledic-* et illi uacat non amplius 14 uel 15 litterarum spatum turbatumque aliquid fuisse paene certum est. occupauerat dett.: occupauerunt (plene) *MPEH* et sic voluerunt *FBODL* ubi occupaueret et a ubi -uer't: occupauerant *Up* dett. aliq.: deficit *Ver.*

9 1 qui kalendis (*uel qui kal*) *Ver.* *OEHL<sup>a</sup>*: qui *kl* *D*: quia *kal M*: qui a *kal M<sup>1</sup>*: qui a *kalendis Vorm.* *Upa*: quia *fal P*: quia *kl P<sup>2</sup>FB* [Octobribus magistratum] *post octobma deficit Ver. usque ad c. 23. 6* 3 honore abituros *M<sup>2</sup>* (*uel M<sup>1</sup>*) *UpE<sup>3</sup>D<sup>4</sup>a*: honore habituros *PFBOEDL*: honore habituros *H*: honorem habituros *M* 4 tribunis *M<sup>3</sup>UpOE et E<sup>4</sup>HD<sup>4</sup>a*: tribuni *MPFBE<sup>1</sup>* *uel E<sup>3</sup>DL* 6 facient *MPFU<sup>p</sup>BOEHDL<sup>a</sup>*: faciant *Karsten, male*

esset, gauderentque patres sine tribuniciae potestatis terriculis inuentam esse aliam uim maiorem ad coercendos magistratus, uicti consensu omnium comitia tribunorum militum habuere qui kalendis Octobribus magistratum occiperent, seque ante eam diem magistratu abdicauere.

- 10 L. Valerio Potito quartum M. Furio Camillo iterum M'. Aemilio Mamerco tertium Cn. Cornelio Cocco iterum K. Fabio Ambusto L. Iulio Iulo tribunis militum consulari 2 potestate multa domi militiaeque gesta ; nam et bellum multiplex fuit eodem tempore, ad Veios et ad Capenam et ad Falerios et in Volscis ut Anxur ab hostibus reciperaretur, 3 et Romae simul dilectu simul tributo conferendo laboratum est, et de tribunis plebi cooptandis contentio fuit, et haud paruum motum duo iudicia eorum qui paulo ante consulari 4 potestate fuerant exciuerent. Omnium primum tribunis militum fuit, dilectum haberi ; nec iuniores modo conscripti sed seniores etiam coacti nomina dare ut urbis custodiam agerent. 5 Quantum autem augebatur militum numerus, tanto maiore pecunia in stipendum opus erat, eaque tributo conferebatur, inuitis conferentibus qui domi remanebant, quia tuentibus urbem opera quoque militari laborandum seruiendumque 6 rei publicae erat. Haec per se grauia indigniora ut uiderentur tribuni plebis seditiosis contionibus faciebant, ideo aera

8 magistratu *PFUpBOHDLa* : magistratum *ME*

10 1 M. Furio *MOEHDLa* (*et Diodor. 14. 44. 1*) : furio *PFUpB*  
*M'. Aemilio Sigan. ex Fast. Cap. (M' Aemilio Mam. f. M. n. Mamer-*  
*cin III C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 116 ad hunc annum) : m̄ (uel m uel marco)*  
*aemilio MPFUpBOEHDLa (sed amil- a, aemil- a<sup>2</sup>) et sic codd. Diodori*  
*l. c. K. Fabio Upa? (ubi dubium signum E), Sigan. ex Fast. Cap. l. c. :*  
*c fabio MPFBHDL : claudio fabio OE (ut fere semper hi duo pro c.)*  
*Iulio Iulo Sigan. cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 116, et supra 4. 35. 4 adn. : iulio tullio*  
*MPFUpBOEa : iulio tullio HDL* <sup>2</sup> *ad Falerios D<sup>3</sup>a<sup>1</sup> Ed. Rom.*  
*1469 Ald. : ad ualerios MPFUpBOEHD? La* <sup>reciperaretur]</sup>  
*cf. 1. 12. 1 : recuperaretur M<sup>3</sup>PFUpBOEHDLa (sed in L ante -p-*  
*secunda u- litterae hasta pleniore calamo, cf. 1. 41. 4 adn.) : recuraretur*  
*M* <sup>5</sup> *conferebatur MPFUpBOEHDLa, cf. c. 12. 3 : conficiebatur*  
*Madv. 6 grauia indigniora Vorm. ? dett. unus : grauia indignioraque*  
*MPFUpOEHDLa (sed in a -que fort. a manu posteriore) : graui in-*  
*dignioraque B : grauia grauiora indignioraque Alsch. seditiosis*  
*PFUpBOED<sup>3</sup>a : seditionis HD? L : seditios M : seditios M<sup>2</sup>*

militibus constituta esse arguendo ut plebis partem militia partem tributo conficerent. unum bellum annum iam ter- 7 tium trahi et consulto male geri ut diutius gerant. in quat- tuor deinde bella uno dilectu exercitus scriptos, et pueros quoque ac senes extractos. iam non aestatis nec hiemis 8 discriminis esse, ne ulla quies unquam miserae plebi sit; quae nunc etiam uestigialis ad ultimum facta sit, ut cum 9 confecta labore uulneribus postremo aetate corpora retu- lerint inultaque omnia diutino dominorum desiderio domi inuenerint, tributum ex affecta re familiari pendant aeraque militaria, uelut fenore accepta, multiplicia rei publicae reddant.

Inter dilectum tributumque et occupatos animos maiorum 10 rerum curis, comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequiit. Pugnatum inde in loca uacua ut patricii cooptarentur. Postquam obtineri non poterat, tamen labefactandae 11 legis [tribuniciae] causa effectum est ut cooptarentur tribuni plebis C. Lacerius et M. Acutius, haud dubie patriciorum opibus. Fors ita tulit ut eo anno tribunus plebis Cn. Tre- 11 bonius esset, qui nomini ac familiae debitum praestare uideretur Treboniae legis patrocinium. Is quod petissent, 2 patres quondam primo incepto repulsi, tandem tribunos

8 plebi sit *MPFU<sup>p</sup>BOED<sup>x</sup>a*: plebis sit *HDL* 9 quae nunc  
*Ald.*: quae ne *MPOEHDL* (*sed in H fort.* quae ne *legendum*): quin  
*Vorm.*<sup>2</sup> *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>B*: quae etiam *a?* (q̄ ī, ubi *signum posterius ex n̄ corruptum uidetur*) familiari *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BOE<sup>1</sup>* uel *E<sup>3</sup>HDL<sup>a</sup><sup>1</sup>*: familiaria *MPE*: familiari a *M<sup>2</sup>*, et sic *a*, sed inserto -*p*- (appendant), sed *delenuit ap-a<sup>1</sup>*

10 nequit *Ed. Frob.* 1531: nequit *UpOEH<sup>1</sup>D<sup>3</sup>a*: nequid *MPFB HDL* Pugnatum inde *PFU<sup>p</sup>BOEHDL*: pugnatum esset inde *M*: pugnatum est inde *a* 11 poterat *UpD<sup>1</sup>a* *Ed. Rom.* 1469  
*Ald.*: poterant *MPFB* *BOEHDL* tribuniciae *MPFU<sup>p</sup>BOEHDL<sup>a</sup>* (*in B* -*tie*): seclusit *Madv.* : Treboniae *Pighius ex 3. 65. 3, sed facilius additum quam ex corruptione natum esse illud adiectuum crediderimus*

11 2 quondam *Haupt* (scil. ‘eo tempore quod in 3. 65. 3 narratur’) quem sequitur *Madv.* in *Edit. tertia* (1886): quidam *MPFU<sup>p</sup>BOEHD La<sup>3</sup>*: *om. a*: quia in *Madv. Emend.*<sup>2</sup> (1873) *ad loc.* repulsi *MP FU<sup>p</sup>BOEHDLa*: *addebat* sint *Madv. ibid.* tandem *Weissenb.*: tamen *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLa*: cum *dett. aliq.*: iam *H. J. Mueller* tribunos militum *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLa*: cum tribunis plebis *Weissenb.*

militum expugnasse uociferans, legem Treboniam sublatam et cooptatos tribunos plebis non suffragiis populi sed imperio patriciorum ; eo reuolui rem ut aut patricii aut patriciorum 3 adseculae habendi tribuni plebis sint ; eripi sacratas leges, extorqueri tribuniciam potestatem ; id fraude patriciorum, scelere ac proditione collegarum factum arguere.

4 Cum arderent inuidia non patres modo sed etiam tribuni plebis, cooptati pariter et qui cooptauerant, tum ex collegio tres, P. Curatius M. Metilius M. Minucius, trepidi rerum suarum, in Sergium Verginiumque, prioris anni tribunos militares, incurrunt ; in eos ab se iram plebis inuidiamque 5 die dicta auertunt. Quibus dilectus, quibus tributum, quibus diutina militia longinquitasque belli sit grauis, qui clade accepta ad Veios doleant, qui amissis liberis, fratribus, propinquis, adfinibus lugubres domos habeant, his publici priuatique doloris exsequendi ius potestatemque ex duobus 6 noxiis capitibus datam ab se memorant. omnium namque malorum in Sergio Verginioque causas esse ; nec id accusatorem magis arguere quam fateri reos, qui noxii ambo alter in alterum causam conferant, fugam Sergi Verginius, Sergius 7 proditionem increpans Vergini. quorum adeo incredibilem amentiam fuisse ut multo ueri similius sit compacto eam rem 8 et communi fraude patriciorum actam. ab his et prius datum locum Veientibus ad incendenda opera belli trahendi causa, et nunc proditum exercitum, tradita Faliscis Romana castra. 9 omnia fieri ut consenescat ad Veios iuuentus, nec de agris

<sup>2</sup> expugnasse *Ed. Frob. 1531 : add. ait Luterbacher (uociferans primam uocem in proxima clausula fuisse credens) : expugnassent MP FU<sub>p</sub>BOEHDL<sub>a</sub>* patriciorum . . . patricii aut *om.* *D:* post secundum illud patriciorum *add.* et eo deuolui rem, ut aut patricii, aut patriciorum *D<sup>4</sup> marg.* eo reuolui *Weissenb.* : et reuolui *MPFU<sub>p</sub> BOEHL<sub>a</sub>, sed in M et E et sic scriptum est ut quam proxime ad eo accedat, uideturque in utroque codice fideliter ex dubio signo descriptum esse* (*cf. 1. 7. 5 adn.*) : et eo reuolui *Vorm.?* : et eo deuolui *D<sup>4</sup> dett.* <sup>5</sup> his *MPFBOEHDLa* : iis *Edd. uet.* <sup>6</sup> accusatorem *MPFU<sub>p</sub>B OEHDL<sub>a</sub> (sed in P -uss-)* : accusatores *Giers, fort. recte* <sup>7</sup> compacto *a* : compacto *MPF* : compacto *B* : compacto *DL et (ut secundam lectionem) a* : compacto *OE* : compacto *UpH*

nec de aliis commodis plebis ferre ad populum tribuni frequentiaque urbana celebrare actiones et resistere conspirationi patriciorum possint. praeiudicium iam de reis et ab 10 senatu et ab populo Romano et ab ipsorum collegio factum esse ; nam et senatus consulto eos ab re publica remotos 11 esse, et recusantes abdicare se magistratu dictatoris metu ab collegis coercitos esse, et populum Romanum tribunos creasse qui non idibus Decembribus, die sollemni, sed extemplo kalendis Octobribus magistratum occiperent, quia stare diu-  
tius res publica his manentibus in magistratu non posset ; et 12 tamen eos, tot iudiciis confossose praedamnatosque, uenire ad populi iudicium et existimare defunctos se esse satisque poenarum dedisse quod duobus mensibus citius priuati facti sint, neque intellegere nocendi sibi diutius tum potestatem 13 ereptam esse, non poenam inrogatam ; quippe et collegis abrogatum imperium qui certe nihil delinquissent. illos 14 repeterent animos Quirites, quos recenti clade accepta ha-  
buissent, cum fuga trepidum, plenum uulnerum ac pauoris incidentem portis exercitum uiderint, non fortunam aut quemquam deorum sed hos duces accusantem. pro certo 15 se habere neminem in contione stare qui illo die non caput domum fortunasque L. Vergini ac M'. Sergi sit exsecratus detestatusque. minime conuenire quibus iratos quisque 16 deos precatus sit, in iis sua potestate, cum liceat et oporteat, non uti. nunquam deos ipsos admouere nocentibus manus ; satis esse, si occasione ulciscendi laesos arment.

His orationibus incitata plebs denis milibus aeris grauis 12

9 frequentiaque *PFUpBOEHLa*<sup>3</sup> : frequentia que *D* : *om.* -que *Ma* conspirationi *PFUpBOEHDLa* : conspirationem *M* 10 collegio *Walters* : collegiis *MPFUpBOEHDLa* : collegiis *D<sup>2</sup>* uel *D<sup>4</sup>a<sup>2</sup>* 14 ac pauoris scripsi, *Gronovii ac Drakenborchii monitus exsequens* : ac pauore *MPFUpBOEHDLa* : cum pauore *Madv. Ed. 3* : ac pauore *ut* cum fuga sequatur *transfert Fuegner* : *in M* cum fuga *et* ac pauore *duarum linearum in fine stant* incidentem *POEHDLa*<sup>3</sup> : incidentem *P<sup>2</sup>FUpBa* : incipientem *M* uiderint *MPFUpBDLla* : uiderunt *OEH* 16 iratos *MOEHDLa* : iratus *PFUpB* deos precatus . . . nunquam *MOEHDLa* : *om. PFUpB*

reos condemnat, nequ quam Sergio Martem communem belli fortunamque accusante, Verginio deprecante ne infelizior domi quam militiae esset. In hos uersa ira populi cooptationis tribunorum fraudisque contra legem Treboniam factae memoriam obscuram fecit.

3 Victores tribuni ut praesentem mercedem iudicij plebes haberet legem agrariam promulgant, tributumque conferri prohibent, cum tot exercitibus stipendio opus esset resque militia ita prospere gererentur ut nullo bello ueniretur ad exitum spei. Namque Veii castra quae amissa erant recuperata castellis praesidiisque firmantur; praeerant tribuni 5 militum M'. Aemilius et K. Fabius. A M. Furio in Faliscis, a Cn. Cornelio in Capenate agro hostes nulli extra moenia inuenti; praedae actae incendiisque uillarum ac frugum 6 uastati fines; oppida oppugnata nec obsessa sunt. At in Volscis depopulato agro Anxur nequ quam oppugnatum, loco alto situm et postquam uis irrita erat uallo fossaque ob sideri coeptum; Valerio Potito Volsci prouincia euenerat. 7 Hoc statu militarium rerum, seditio intestina maiore mole coorta quam bella tractabantur; et cum tributum conferri per tribunos non posset nec stipendum imperatoribus mit teretur aeraque militaria flagitaret miles, haud procul erat

12 i militiae *PFUpBOHDLa*: miliciae *E*: militians *M*  
 4 militia *MPFUpBOEDLa*: miliae *H*: militiae *Gron.* spei *PF  
UpBE* dett.: rei *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>OE<sup>2</sup>HDLa* (*sed in a extreum pro exitum*)  
 'uetus lectio' *Rhenan.*: rei rei *M* recuperata] cf. i. 12. i : recuperata *MPFUpBOEHDLa* firmantur *MPFUpBOEHDLa* (cf. e.g.  
 i. 59. 6-7) : firmabantur *Coetier* *M'*. Aemilius *a* (*qui hic m̄ sed  
infra in § 5 m. furio praebet*) : m. uel *m̄*. aemilius *MPFUpOHD* : *m̄*.  
*aemelius B*, cf. c. 10. i sup. *K. Fabius*] *ut c. 10. i sup.* : q. (*uel  
quintus*) *fabius MPFUpBOEHDLa* 5 *A* *M. Furio Vorm. Ma*:  
*m furio PFUpBOEDLa* : ~ m. furio (*i. e. est m. furio*) *H* a *Cn.*  
*M<sup>1</sup>*: et *Cn. Vorm. MPFUpBOEHDLa*: et a *Cn. Wessenberg.*  
*Cornelio*] *cum hac uoce desinit a*; *inc. in Capenate rursus A*  
*oppugnata MPFBOEHDLA*: nec *oppugnata UpA<sup>2</sup>* *uel A<sup>3</sup>*, *Ald. sed*  
*cf. 3. 55. i ubi nec pro nec tamen stat: sic uoluit etiam D qui punctum*  
*maiusculum post oppugnata posuit* 7 *posset D?* *dett.*: possit  
*MPFUpBOEHD<sup>1</sup>LA*: *in D* -it a *pr. manu aut in rasura aut (ut potius*  
*credo) in loco membranae uitioso scriptum est*

quin castra quoque urbanae seditionis contagione turbarentur. Inter has iras plebis in patres cum tribuni plebi nunc 8 illud tempus esse dicerent stabienda libertatis et ab Sergiis Verginiisque ad plebeios uiros fortes ac strenuos transferendi summi honoris, non tamen ultra processum est quam ut unus 9 ex plebe, usurpandi iuris causa, P. Licinius Caluus tribunus militum consulari potestate crearetur: ceteri patricii creati, 10 P. Manlius L. Titinius P. Maelius L. Furius Medullinus L. Publilius Volscus. Ipsa plebes mirabatur se tantam rem 11 obtinuisse, non is modo qui creatus erat, uir nullis ante honoribus usus, uetus tantum senator et aetate iam grauis; nec satis constat cur primus ac potissimum ad nouum deli- 12 bandum honorem sit habitus. Alii Cn. Corneli fratris, qui tribunus militum priore anno fuerat triplexque stipendum equitibus dederat, gratia extractum ad tantum honorem credunt, alii orationem ipsum tempestiuam de concordia ordinum patribus plebique gratam habuisse. Hac uictoria 13 comitiorum exultantes tribuni plebis quod maxime rem publicam impediens de tributo remiserunt. Conlatum oboedienter missumque ad exercitum est.

Anxur in Volscis breui receptum est, neglectis die festo 13 custodiis urbis. Insignis annus hieme gelida ac niuosa fuit, adeo ut uiae clausae, Tiberis innauigabilis fuerit. Annona ex ante conuecta copia nihil mutauit. Et quia P. Licinius 2 ut ceperat haud tumultuose magistratum maiore gaudio plebis quam indignatione patrum, ita etiam gessit, dulcedo inuasit proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi.

10 Manlius *D<sup>1</sup>* uel *D<sup>2</sup>* dett. unus (*Leid. sec.*) **Máλλιος** *Diod.* 14. 47. 1 : manilius *MOEHLA* : mamilius *PFUpB* : mamilius *uel* manilius *D* L. Titinius *Sigon.* *ex* 5. 18. 2 *et Diod.* 14. 90. 1 : p. titinius *MPFUpBO* *HL* : et p. titinius *EDA* Publilius *Sigon.* *ex Fast. Cap.* (*C. I. L.* i<sup>2</sup>, *p.* 116) : populius *MPFBOEHDLA* : populius *Up* Volscus *H*, *Sigon.* *ex Fast. Cap.* *ibid.* : uolscu *PFUpBE?* *D<sup>4</sup>* : uols *MO* *E<sup>3</sup>D<sup>3</sup>LA* : uolero *A<sup>2</sup>* (*ex c.* 13. 3) : *quid habuerit D* (*non amplius 5 litteras*) *non liquet* 12 ipsum *PFOBEHDLA* : ad ipsum *M*: ipsi *Up* 13 missumque *MPFUpBOEA<sup>2</sup>* *uel A<sup>3</sup>*: *om.* -que *HDLA*

- 3 Vnus M. Veturius ex patriciis candidatis locum tenuit : plebeios alios tribunos militum consulari potestate omnes fere centuriae dixerunt, M. Pomponium Cn. Duillium Voleronem Publilium Cn. Genucium L. Atilium.
- 4 Tristem hiemem siue ex intemperie caeli, raptim mutatione in contrarium facta, siue alia qua de causa grauis pestilens que omnibus animalibus aestas exceptit ; cuius insanabili pernicie quando nec causa nec finis inueniebatur, libri 5 Sibyllini ex senatus consulto aditi sunt. Duumuiri sacris faciundis, lectisternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem Latonamque et Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus quam amplissime tum 6 apparari poterat stratis lectis placauere. Priuatim quoque id sacrum celebratum est. Tota urbe patentibus ianuis promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosque passim aduenas in hospitium ductos ferunt, et cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos ; 7 iurgiis ac litibus temperatum ; uinctis quoque dempta in eos dies uincula ; religioni deinde fuisse quibus eam opem di 8 tulissent uinciri.
- 9 Interim ad Veios terror multiplex fuit tribus in unum bellis conlatis. Namque eodem quo antea modo circa

13 3 Pomponium *MOEHL* (*et sic Fast. Cap. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 116*) : pompinium *PFUpBA* : popinium *D* Duillium *Up*, *uide sis* 2. 58. 2 *adn.* : duilium *MPFOEHDL* : du u lium (*sic diuisum*) *A* : di uilium (*sic, summa cura*) *B* Publilium *Sigon.* *ex Fast. Cap. l. c., cf.* 2. 55. 4 : publicum *MPFU<sup>p</sup>B<sup>1</sup>OEHA* : publitum *DL* : publicum *B* 5 perniciei *A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* *dett.* : pernicie *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>HL* : pernitie *A* : pernitiae *D* : perniciae *MPBOE* libri Sibyllini *M* : libri sibillini *D* : libri sybillini *OHEL* : libri sibilini *A* : libris sibillini *PFB* : libris sibillinis *Up* aditi *M<sup>2</sup>OEHDLA* : additi *MPFU<sup>p</sup>B* 6 et Dianam, Herculem *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : Herculem et Dianam *Woelflin* : Dianam et Herculem *Kreyssig*, *parum reuerenter ambo* poterat *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : poterant *Luterb. sed cf. Ter. Eun. 3. 5. 35* dum adparatur 7 promiscuoque *M<sup>2</sup>UpOEHD<sup>4</sup> in ras.* *A<sup>2</sup>* : promiscoque *MPFBLA* ; *uide sis* 3. 47. 7 *adn.* 8 di (*sed dii*) tulissent *Vorm.* : die tulissent *M* : ictulissent *P* : ietulissent *L* : intulissent *OEH* : tulissent *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BD* : fuissent *A* : detulissent *A<sup>2</sup>* 9 conlatis *OE<sup>1</sup>HDLA* : collatis *BD<sup>x</sup>* : conlati sunt *ME* : conlati sunte *P* : conlatis ter *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>*

munitiona cum repente Capenates Faliscique subsidio uenissent, aduersus tres exercitus ancipiti proelio pugnatum est. Ante omnia adiuuit memoria damnationis Sergi ac 10 Vergini. Itaque *(e)* maioribus castris, unde antea cessatum fuerat, breui spatio circumductae copiae Capenates in uallum Romanum uersos ab tergo adgrediuntur ; inde pugna coepit 11 et Faliscis intulit terrorem, trepidantesque eruptio ex castris opportune facta auertit. Repulsos deinde insecuri uictores ingentem ediderunt caudem ; nec ita multo post iam [palantes 12 ueluti] forte oblati populatores Capenatis agri reliquias pugnae absumpsere. Et Veientium refugientes in urbem 13 multi ante portas caesi, dum prae metu, ne simul Romanus inrumperet, obiectis foribus extremos suorum exclusere.

Haec eo anno acta ; et iam comitia tribunorum militum 14 aderant, quorum prope maior patribus quam belli cura erat, quippe non communicatum modo cum plebe sed prope amissum cernentibus summum imperium. Itaque claris- simis uiris ex composito praeparatis ad petendum quos praetereundi uerecundiam crederent fore, nihilo minus ipsi perinde ac si omnes candidati essent cuncta experientes non homines modo sed deos etiam exciebant, in religionem uertentes comitia biennio habita : priore anno intolerandam 3 hiemem prodigiisque diuinis similem coortam, proximo non prodigia sed iam euentus : pestilentiam agris urbiique inlatam 4 haud dubia ira deum, quos pestis eius arcendae causa plancados esse in libris fatalibus inuentum sit ; comitiis auspicato quae fierent indignum dis uisum honores uolgari discri-

10 maioribus *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : *praepositionem* *(e)* *praefixit*  
*Perizonius* 11 et Faliscis *MHDLA* : faliscis *PFU<sub>p</sub>BOE*  
 12 palantes ueluti *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed in H palentes*) : *seclusi ut glossema uocibus forte oblati additum* (*credi etiam potest uoluisse glossatorem* ‘*palantes uel -ti*’ i. e. ‘*uel palati*’) : *palantibus* (*uel palatis*) *uelut* *tuti forent Madv.* (*Emend.<sup>2</sup>*, *sed non in textu edit. tertiae*) : *remoto glossemate* iam forte *uocibus insecuri uictores non male oppositum est*

14 2 uiris *MPFU<sub>p</sub>BOEDLA* : *om. H* exciebant *Drak.* (*cf. 10. 19. 1 adn.*<sup>2</sup>) : excipiebant *MPU<sub>p</sub>BOEHDLA* : excipiebat *F* : excitabant *Frig.*

5 minaque gentium confundi. Praeterquam maiestate petentium, religione etiam attoniti homines patricios omnes, partem magnam honoratissimum quemque, tribunos militum consulari potestate creauere, L. Valerium Potitum quintum M. Valerium Maximum M. Furium Camillum iterum L. Furium Medullinum tertium Q. Seruilibrium 6 Fidenatem iterum Q. Sulpicium Camerinum iterum. His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum est ; 7 tota uis in populationibus fuit. Duo summi imperatores, Potitus a Faleriis, Camillus a Capena praedas ingentes egere, nulla incolumi relicta re cui ferro aut igni noceri posset.

15 Prodigia interim multa nuntiari, quorum pleraque et quia singuli auctores erant parum credita spretaque, et quia, hostibus Etruscis, per quos ea procurarent haruspices non 2 erant : in unum omnium curae uersae sunt quod lacus in Albano nemore, sine ullis caelestibus aquis causae qua alia quae rem miraculo eximeret, in altitudinem insolitam 3 creuit. Quidnam eo di portenderent prodigio missi scisci- 4 tatum oratores ad Delphicum oraculum. Sed propior interpres fatis oblatus senior quidam Veiens, qui inter cauillantes in stationibus ac custodiis milites Romanos Etruscique uaticinantis in modum cecinit priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret nunquam potiturum Veiiis Roma- 5 num. Quod primo uelut temere iactum sperni, agitari deinde sermonibus coeptum est donec unus ex statione Romana percontatus proximum oppidanorum, iam per longinquitatem belli commercio sermonum facto, quisnam 6 is esset qui per ambages de lacu Albano iaceret, postquam audiuit haruspicem esse, uir haud intacti religione animi,

5 quintum, M. D? (i. e. q̄ ante rasuram unius litterae) Edd. uet. ex r. 24. 1 (cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 116) : quintum (uel q̄) MPFU<sub>p</sub>BOEH<sup>d</sup>D<sup>a</sup><sub>2</sub> : q. (i. e. que) LA? 6 fuit MOEHDLA : om. PFU<sub>p</sub>B

15 1 multa MPFBOEHDLA : multi Up nuntiari (uel -nc-) OE<sup>d</sup>HDLA : nuntiauerere Vorm. P<sup>d</sup>FU<sub>p</sub>B : nuntiaueri PE : nuntiauerim M singuli MOE<sup>1</sup>HDLA : singulari PFBE : his nulli Up, solita licentia

causatus de priuati portenti procuracye si operaे illi esset consulere uelle, ad conloquium uatem elicuit. Cumque 7 progressi ambo a suis longius essent inermes sine ullo metu, praeualens iuuensis Romanus senem infirmum in conspectu omnium raptum neququam tumultuantibus Etruscis ad suos transtulit. Qui cum perductus ad imperatorem, inde 8 Romam ad senatum missus esset, sciscitantibus quidnam id esset quod de lacu Albano docuisset, respondit profecto 9 iratos deos Veienti populo illo fuisse die quo sibi eam mentem obiecissent ut excidium patriae fatale proderet. Itaque 10 quae tum cecinerit diuino spiritu instinctus, ea se nec ut indicta sint reuocare posse, et tacendo forsitan quae di immortales uolgari uelint haud minus quam celanda effando nefas contrahi. sic igitur libris fatalibus, sic disciplina 11 Etrusca traditum esse, [ut] quando aqua Albana abundasset, tum si eam Romanus rite emisisset uictoriam de Veientibus dari; antequam id fiat deos moenia Veientium deser-turos non esse. Exsequebatur inde quae sollemniseriu- 12 atio esset; sed auctorem leuem nec satis fidum super tanta re patres rati decreuere legatos sortesque oraculi Pythici exspectandas.

Priusquam a Delphis oratores redirent Albaniue pro- 16 digii piacula inuenirentur, noui tribuni militum consulari potestate, L. Iulius Iulus L. Furius Medullinus quartum

<sup>7</sup> conspectu *MFUpBOEDA* : conspectum *PHL* <sup>11</sup> sic igitur *Ed. Mogunt.* 1518 : his igitur *MPFUpBOEHDLA* (*sed in D littera H capitalis extra lineam ad initium stat.*) quando *Duker* : ut quando *MPFUpBOEHDL* (*sed in D ut pleniore calamo, uide 1. 41. 4 adn.*) : ut qn A : ut *Walters*, qui quando *pro glossemate reicit et 21. 54. 9* (ut uero . . . tum) et *Caes. B. G.* 1. 31. 12 *confert, fort. recte* : si quando *Luterb.* non esse *UpOEH<sup>1</sup>A<sup>2</sup>* dett. : esse *MPFBHDLA* <sup>12</sup> Exsequeba-tur *Up Edd. uet.* : exsequebantur (*uel exeq-*) *MPFBOEHDLA* exspectandas (*uel exp-*) *MPUpOEHDLA* : expectantes *FB*

<sup>16</sup> 1 prodigii *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>PFUpBOEHDXA<sup>1</sup>* : prodigia *MA?* : pro-digiis *DL* Iulus *Sigon.*, cf. c. 10. 1 adn. : tullus *HDLA* (*sed in L signum aliquod* <sup>(2)</sup> *supra t-*) : utullus *PFBOE* : uitullus *Up* : silius tullus *MA<sup>2</sup>* L. Furius *Ed. Frob.* 1531 : p̄ furius *MHDLA* : p̄ silius furius *PFUpB* : praesilius furius *OE* (*sed pres- in O*)

L. Sergius Fidenas A. Postumius Regillensis P. Cornelius  
 2 Maluginensis A. Manlius magistratum inierunt. Eo anno  
 Tarquinienses noui hostes exorti. Qui quia multis simul  
 bellis, Volscorum ad Anxur, ubi praesidium obsidebatur,  
 Aequorum ad Labicos, qui Romanam ibi coloniam oppug-  
 nabant, ad hoc Veientique et Falisco et Capenati bello  
 occupatos uidebant Romanos, nec intra muros quietiora  
 3 negotia esse certaminibus patrum ac plebis, inter haec  
 locum iniuriae rati esse, praedatum in agrum Romanum  
 cohortes expeditas mittunt: aut enim passuros inultam eam  
 iniuriam Romanos ne nouo bello se onerarent, aut exiguo  
 4 eoque parum ualido exercitu persecuturos. Romanis indig-  
 nitas maior quam cura populationis Tarquiniensium fuit;  
 eo nec magno conatu suscepta nec in longum dilata res est.  
 5 A. Postumius et L. Iulius, non iusto dilectu—etenim ab  
 tribunis plebis impiediebantur—sed prope uoluntariorum  
 quos adhortando incitauerant coacta manu, per agrum Cae-  
 retem obliquis tramitibus egressi, redeentes a populationibus  
 6 grauesque praeda Tarquinienses oppressere. Multos mor-  
 tales obtruncant, omnes exuunt impedimentis, et receptis  
 7 agrorum suorum spoliis Romam reuertuntur. Biduum ad  
 recognoscendas res datum dominis; tertio incognita—erant  
 autem ea pleraque hostium ipsorum—sub hasta uenire  
 quodque inde redactum militibus est diuisum.  
 8 Cetera bella maximeque Veiens incerti exitus erant.  
 Iamque Romani desperata ope humana fata et deos specta-

<sup>1</sup> Regillensis *Sigon.*, cf. 4. 49. 7 adn. : regiliensis *MOE* : religiensis *PFU<sub>p</sub>BHDLA*      <sup>2</sup> Qui quia *Duker* (cf. 3. 21. 4) : quia *MPFU<sub>p</sub>B OEHDLA* (-orti in *F* ord. scribitur, solita litterarum -ti forma)  
 multis simul *MPFU<sub>p</sub>BOE* : simul multis *HDLA*      Labicos *ut 2.*  
 39. 4 : lauicos *hic MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*      Veientique *MPFU<sub>p</sub>BOE HDL A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>* (ueienctique *A*) : ueienti quoque *Edd. uet.*      <sup>5</sup> A.  
 Postumius *Ed. Rom.* 1470 : aurelius postumius *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*  
*Edd. uet. plures Ald.*      prope *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : prope omnium  
*H. J. Mueller* (9. 10. 6 sequens)      <sup>7</sup> incognita *PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*in E-a littera aperta (cc) scribitur*), cf. 4. 54. 4 : incognitum *M* est  
*MOEHDLA* : om. *PFU<sub>p</sub>B* : et *in E* olim alterum est post diuisum  
 stetit, quod postea *E<sup>1</sup> uel E<sup>2</sup>* erasit      <sup>8</sup> deos spectabant *POEHD LA* : deospectabant *M* : deos exspectabant *M<sup>3</sup>Up* : deos spectant *FB*

bant, cum legati ab Delphis uenerunt, sortem oraculi adferrentes congruentem responso captiui uatis : ‘Romane, aquam <sup>9</sup> Albanam caue lacu contineri, caue in mare manare suo flumine sinas ; emissam per agros rigabis dissipatamque riuis exstingues ; tum tu insiste audax hostium muris, memor <sup>10</sup> quam per tot annos obsides urbem ex ea tibi his quae nunc panduntur fatis uictoriā datam. Bello perfecto donum <sup>11</sup> amplum uictor ad mea templa portato, sacraque patria, quorum omissa cura est, instaurata ut adsolet facito.’

Ingens inde haberi captiuus uates coepitus, eumque ad- <sup>17</sup> hibere tribuni militum Cornelius Postumiusque ad prodigii Albani procuracyem ac deos rite placandos coepere ; in- <sup>2</sup> uentumque tandem est ubi neglectas caerimonias intermis- sumue sollemne di arguerent : nihil profecto aliud esse quam magistratus uitio creatos Latinas sacrumque in Albano monte non rite concepisse ; unam expiationem eorum esse ut tri- <sup>3</sup> buni militum abdicarent se magistratu, auspicia de integro repeterentur et interregnum iniretur. Ea ita facta sunt ex <sup>4</sup> senatus consulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Seruilius Fidenas, M. Furius Camillus. Nunquam desi- <sup>5</sup> tum interim turbari, comitia interpellantibus tribunis plebis donec conuenisset prius ut maior pars tribunorum militum ex plebe crearetur.

Quae dum aguntur, concilia Etruriae ad fanum Voltum- <sup>6</sup> nae habita, postulantibusque Capenatibus ac Faliscis ut Veios communi animo consilioque omnes Etruriae populi <sup>7</sup> ex obsidione eriperent, responsum est antea se id Veientibus negasse quia unde consilium non petissent super tanta re auxilium petere non deberent ; nunc iam pro se <sup>8</sup> fortunam suam illis negare. maxima iam in parte Etruriae

<sup>8</sup> captiui uatis *PFUp<sup>2</sup>BO<sup>1</sup>E<sup>1</sup>D<sup>4</sup>A* : capti uatis *MA<sup>2</sup>* : captiuiatis *H* : captiuitatis *UpOEDL* <sup>9</sup> manare *MP<sup>2</sup>UpOEHDLA* : manere *PFB*

<sup>17</sup> <sup>1</sup> haberi *PFUpBOEHDLA* (*sed in Up* haberi inde *pro* inde haberi) : *add. glossema manifestum captiuo uati honos coepitus MA<sup>2</sup>*

<sup>7</sup> *pro se MFOEHDLA* : prope *PUpB* <sup>8</sup> maxima iam in parte *scripsimus Luterbacheri monitum secuti, et Gallos seclusimus* : maxime in ea parte Etruriae gentem inuisitatam nouos accolas Gallos

gentem inuisitatem, nouos accolas [Gallos] esse, cum quibus nec pax satis fida nec bellum pro certo sit. sanguini tamen nominique et praesentibus periculis consanguineorum id dari ut si qui iuuentutis suae uoluntate ad id bellum eant non impedian. Eum magnum aduenisse hostium numerum fama Romae erat, eoque mitescere discordiae intestinae metu communi, ut fit, coptae.

**18** Haud inuitis patribus P. Licinium Caluum praerogatiua tribunum militum non petentem creant, moderationis expertae in priore magistratu uirum, ceterum iam tum exactae aetatis ; omnesque deinceps ex collegio eiusdem anni refici apparebat, L. Titinum P. Maenium Cn. Genucium L. Atilium. Qui priusquam renuntiarentur iure uocatis tribibus, permissu interregis P. Licinius Caluus ita uerba fecit :

esse *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* nisi quod pro inuisitatem (*E<sup>1</sup>D<sup>2</sup>*) habent inuisitatem *PFB* et inuisitatem *UpDLA* et inuisitatem *E* et nouo pro nouos *B* : post parte *add.* consedisse uel apparuisse *M. Mueller* (!) : inuasisse in eam partem etc. *Madv.*, *puncto ad* inuisitam *addito* : nos trium nominum gentem, accolas, Gallos unum saltem reici debere pro certo habemus <sup>10</sup> coptae (uel ceptae, cepte) *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : coepere *Weissenb.*, fort. recte

**18** i praerogatiua *MP<sup>1</sup>* uel *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BOEHDLA* : progatiua *P* : praerogatiuae *Sigon.*, *Mommsen* (*Röm. Trib.* 71, *Stadtr.* 3. 290. 3), sed in re historicis obscura codicum testimonium intemeratum relinquo petentem *F? UpA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>* : potentem *MPF<sup>3</sup>BOEHDLA* creant *MPFU<sup>p</sup>BOEDLA* : credant *H* : creat *Madv.* cum *Pantagatho* (cf. 24. 7. 12 ; 26. 22. 2) ; sed hic cum *Duker.* cf. 26. 22. 9 <sup>2</sup> *Titinum PFU<sup>p</sup>BOEHL* : *ticinium DA* : *titilinium M* <sup>10</sup> *P. Maenium* (uel menium) *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *menenium A<sup>2</sup>* ; sed in c. 12. 10 sup. *P. Maelius nominatur* : in *Diod.* et 14. 47. 1 et 14. 90 codices inter haec nomina aut uariant aut ea praebent quae olim eos sic uariasse planum faciant : in *Fast. Cap.* (C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 118) trium priorum tribunorum cognomina tantum apparent, [s]accus, quod *Titiniorum* est, [E]squilinus quod *Liciniorum* et *Minuciorum*, *Capitolinus* quod *Manliorum* et *Quinctiorum* ; tum sequuntur *Q. Manlius*, *Cn. Genucius*, *L. Atilius*, cognominibus deperditis. *Nostro loco Q. Manlium* post *P. Maenium addidit Niebuhr*, ante *P. Maenium Madv.* ; in c. 12. 10 *Liuius P. Manlium nominat*, de *Genucio Atilioque omnino silet*, duos alios (*Furium et Popilium*) proferens, quos etiam *Diodor.* 14. 47. 1 nominasse illo anno uidetur quamquam hic (14. 90. 2), *Γενύκιος* et *Ἀτίλιος* praesto sunt. Confusio aliqua subest satis antiqua <sup>2</sup> iure uocatis *MPFU<sup>p</sup>BOE<sup>1</sup>HDLA* : iuo reuocatis *E?* : iis reuocatis *Mommisen* (*Röm. Trib.* 71) : centuriis reuocatis *Zingerle*, delete tribubus

'Omen concordiae, Quirites, rei maxime in hoc tempus utili, memoria nostri magistratus uos his comitiis petere in inse-quentem annum uideo. Sed collegas eosdem reficitis, etiam 4 usu meliores factos : me iam non eundem sed umbram nomenque P. Licini relicturn uidetis. Vires corporis ad-fectae, sensus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, uigor animi obtunsus. En uobis' inquit, 'iuuenem', 5 filium tenens, 'effigiem atque imaginem eius quem uos antea tribunum militum ex plebe primum fecistis. Hunc ego institutum disciplina mea uicarium pro me rei publicae do dicoque, uosque quaeso, Quirites, delatum mihi ultro honorem huic petenti meisque pro eo adiectis precibus mandetis.' Datum id petenti patri filiusque eius P. Licinius 6 tribunus militum consulari potestate cum iis quos supra scripsimus declaratus.

Titinius Genuciusque tribuni militum profecti aduersus 7 Faliscos Capenatesque, dum bellum maiore animo gerunt quam consilio, praecipitauere se in insidias. Genucius morte honesta temeritatem luens ante signa inter primo- 8 res cecidit ; Titinius in editum tumulum ex multa trepi-datione militibus collectis aciem restituit ; nec se tamen aequo loco hosti commisit. Plus ignominiae erat quam 9 cladis acceptum, quae prope in cladem ingentem uertit ; tantum inde terroris non Romae modo, quo multiplex fama peruererat, sed in castris quoque fuit ad Veios. Aegre ibi miles retentus a fuga est cum peruaisset castra 10

3 Quirites *UpA<sup>2</sup>* et fort. *A* (ubi ad *qrī* . . . *tribūs litterīs erāsis addidit*-tes *A<sup>2</sup>*) : *qrī M* : *q̄ PFB* : querī *L* : quaerunt *D* : om. *OE<sup>3</sup>H* (*uox inse-quentē rei in magna rasura ab E<sup>3</sup> scriptū est*) ; cf. 3. 17. 3 *adn.* utili *Vorm.* *F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup> UpHA<sup>2</sup>* (cf. e.g. 3. 50. 14) : utilis *Ald.* : ut illi *MPF?B DLA* : utilissime *OE* in insequentem *UpOEHDLA* : in sequentem *MPFBE* 4 Sed collegas *Madv.* : sit collegas *M* : et sit collegas *HE<sup>2</sup>* (et si<sup>t</sup>) : et si collegas *OE* : et si collegas *E<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>* : si collegas *UpDA* : si et collegas *PFB* : sic collegas *L* obtunsus *MPFOE HDLA* : optunsus *B* : obtusus *UpD<sup>x</sup>* 5 meisque *MPFU<sub>p</sub>BOE HDLA* : meis quoque *Gron.* 6 declaratus *MUpOEHDLA* : declarata *PB* : declarati *F<sup>3</sup>* 7 tribuni *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>FUpBOE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup> D<sup>1</sup>A<sup>1</sup>* : tribunis *H uel H<sup>1</sup>D* : tribunus *MPEH?LA* praecepita-re se *MPFU<sub>p</sub>BOEHDA* : om. se *L*

rumor ducibus exercituque caeso uictorem Capenatem ac Faliscum Etruriaeque omnem iuuentutem haud procul inde abesse. His tumultuosiora Romae, iam castra ad Veios oppugnari, iam partem hostium tendere ad urbem agmine infesto, crediderant; concussumque in muros est et matronarum, quas ex domo concuerat publicus pauor, obsecrations in templis factae, precibusque ab dis petitum ut exitium ab urbis tectis templisque ac moenibus Romanis arcerent Veiosque eum auerterent terrorem, si sacra renouata rite, si procurata prodigia essent.

**19** Iam ludi Latinaeque instaurata erant, iam ex lacu Albano aqua emissa in agros, Veiosque fata adpetebant. Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis seruandaeque patriae, M. Furius Camillus, dictator dictus magistrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit. Omnia repente mutauerat imperator mutatus; alia spes, alias animus hominum, fortuna quoque alia urbis uideri. Omnium primum in eos qui a Veiis in illo pauore fugerant more militari animaduertit, effecitque ne hostis maxime timendus militi esset. Deinde indicto dilectu in diem certam, ipse interim Veios ad confirmandos militum animos intercurrit; inde Romam ad scribendum nouum exercitum reddit, nullo detractante militiam. Peregrina etiam iuuentus, Latini Hernicique, operam suam pollicentes ad id bellum uenere; quibus cum gratias in senatu egisset dictator, satis iam omnibus ad id bellum paratis, ludos magnos ex senatus consulto uouit Veiis captis se facturum aedemque Matutae Matris refectam dedicaturum, iam ante ab rege Ser. Tullio dedicatam. Profectus

**19** 1 instaurata *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: instauratae *dett.* *A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* Veiosque *MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* (*sed in Up ueosque*): ueios quae *E*: Veiisque *Gron.*, *sed cf. cum H. I. Muellero 7. 26. 5*      3 mutauerat *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: mutauerunt *dett. unus* (*Pal. I*)      imperator mutatus *PFU<sub>p</sub>BOE<sup>2</sup>HDLA<sup>1</sup>*: imperatore mutato *M<sup>2</sup>*: imperatore mutatus *ME?*: imperator mutato *E<sup>1</sup>*?      alia spes *MP<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BOEHDLA*: aliae spes *P*

cum exercitu ab urbe exspectatione hominum maiore quam spe, in agro primum Nepesino cum Faliscis et Capenatibus signa confert. Omnia ibi summa ratione consilioque acta fortuna etiam, ut fit, secuta est. Non proelio tantum fudit hostes, sed castris quoque exuit ingentique praeda est potitus ; cuius pars maxima ad quaestorem redacta est, haud ita multum militi datum. Inde ad Veios exercitus ductus, densioraque castella facta, et a procurationibus quae multae temere inter murum ac uallum fiebant, edicto ne quis iniussu pugnaret, ad opus milites traducti. Operum fuit omnium longe maximum ac laboriosissimum cuniculus in arcem hostium agi coepitus. Quod ne intermitteretur opus neu sub terra continuus labor eosdem conficeret, in partes sex munitorum numerum diuisit ; senae horae in orbem operi attributae sunt ; nocte ac die nunquam ante omissum quam in arcem uiam facerent.

Dictator cum iam in manibus uideret uictoriā esse, urbem opulentissimam capi, tantumque praedae fore quantum non omnibus in unum conlatis ante bellis fuisset, ne quam inde aut militum iram ex malignitate praedae partitae aut inuidiam apud patres ex prodiga largitione caperet, litteras ad senatum misit, deum immortalium benignitate suis consiliis patientia militum Veios iam fore in potestate populi Romani ; quid de praeda faciendum censerent ? Duae senatum distinebant sententiae, senis P. Licini, quem primum dixisse a filio interrogatum ferunt, edici palam placere populo ut qui particeps esse praedae uellet in castra Veios iret, altera Ap. Claudi, qui largitionem nouam prodigam inaequalem incon-

7 quam spe *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>2</sup>* uel *D<sup>1</sup>LA<sup>1</sup>* : quam spem *MDA* : quam spes *E<sup>1</sup>* uel *E<sup>2</sup>* 11 munitorum *MPFU<sub>p</sub>BDLA* : munimentorum *OE<sup>3</sup>* (*ubi -ent- in ras.*) *H*

20 3 populi Romani in *M* p. r. scribitur : *supra* ab *M<sup>3</sup>* ī. publicae rei (i.e. 'id est publicae rei') ; et *supra* censerent scriptum est ī. iudicarent 5 altera *MPFU<sub>p</sub>BOEHDA* · om. *L* Ap. (uel appi) *MPFU<sub>p</sub>BOEDLA* (appi) : om. *H*

sultam arguens, si semel nefas ducerent captam ex hostibus  
 in aerario exhausto bellis pecuniam esse, auctor erat stipen-  
 dii ex ea pecunia militi numerandi ut eo minus tributi plebes  
 6 conferret ; eius enim doni societatem sensuras aequaliter  
 omnium domos, non aidas in direptiones manus otiosorum  
 urbanorum praerepturas fortium bellatorum praemia esse,  
 cum ita ferme eueniat ut segnior sit praedator ut quisque  
 7 laboris periculique praecipuam petere partem soleat. Lici-  
 nius contra suspectam et inuisam semper eam pecuniam fore  
 aiebat, causasque criminum ad plebem, seditionum inde ac  
 8 legum nouarum praebituram ; satius igitur esse reconciliari  
 eo dono plebis animos, exhaustis atque exinanitis tributo  
 tot annorum succurri, et sentire praedae fructum ex eo bello  
 in quo prope consenserint. gratius id fore laetusque quod  
 quisque sua manu ex hoste captum domum rettulerit quam  
 9 si multiplex alterius arbitrio accipiat. ipsum dictatorem  
 fugere inuidiam ex eo criminaque ; eo delegasse ad senatum ;  
 senatum quoque debere reiectam rem ad se permittere plebi  
 10 ac pati habere quod cuique fors belli dederit. Haec tutior  
 uisa sententia est quae popularem senatum faceret. Edictum  
 itaque est ad praedam Veientem quibus uideretur in castra  
 ad dictatorem proficiscerentur.

21 Ingens profecta multitudo repleuit castra. Tum dictator  
 auspicato egressus cum edixisset ut arma milites caperent,  
 2 'Tuo ductu' inquit, 'Pythice Apollo, tuoque numine instinc-  
 tus pergo ad delendam urbem Veios, tibique hinc decimam  
 3 partem praedae uoueo. Te simul, Iuno regina, quae nunc  
 Veios colis, precor, ut nos uictores in nostram tuamque mox

5 si semel nefas ducerent *MPFBOEHDLA* (*sed in L si simel*) : se  
 simul nefas ducere *Up, de suo, ut solet* 6 praerepturas *F<sup>2</sup>UpOE<sup>3</sup>*  
*dett. aliq. : praerupturas MPFBEDLA : praeruptur H* praeda-  
 tor ut quisque *PFApBOEHDLA* : praedatorum quisque *M* : praedator  
 quisque *Vorm.* ; *sed in M -torum in fine lineae per compendium -tor*  
*scriptum est quod Alscheski non intellexit ; sic etiam probabile est aut*  
*Rhenanum in Vormatiensi legendi, aut scribam Vormatiensem in legendi*  
*communi sui et Medicei codicis exemplari pariter deceptum esse*  
 7 aiebat *MP<sup>2</sup>FUpOED<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : agebat *PBHDLA*

futuram urbem sequare, ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat'. Haec precatus, superante multitudine 4 ab omnibus locis urbem adgreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset. Veientes ignari se iam 5 a suis uatibus, iam ab externis oraculis proditos, iam in partem praedae suae uocatos deos, alios uotis ex urbe sua euocatos hostium tempa nouasque sedes spectare, seque ultimum illum diem agere, nihil minus timentes quam sub- 6 rutis cuniculo moenibus arcem iam plenam hostium esse, in muros pro se quisque armati discurrunt, mirantes quidnam 7 id esset quod cum tot per dies nemo se ab stationibus Romanus mouisset, tum uelut repentino icti furore improuidi currenter ad muros.

Inseritur huic loco fabula: immolante rege Veientium 8 uocem haruspis, dicentis qui eius hostiae exta prosecuisset, ei uictoram dari, exauditam in cuniculo mouisse Romanos milites ut adaperto cuniculo exta raperent et ad dictatorem ferrent. Sed in rebus tam antiquis si quae similia ueri sint 9

**21** 3-4 *Post uocem accipiat in HDLA interpolatum est fragmentum sic incipiens*: bustum nempe una illa sedes . . . quod ex c. 52. 13 Vestalibus nempe una . . . usque ad c. 53. 2 Quirites, puto qui aliquo modo huc inculcatum est, satis corruptam formam (*ut ad locum ipsum apparebit*) exhibens. In PFB idem additamentum in c. 21. 8 demum post uocem raperent factum est. His tamen septem codd. totus locus recte inest (*et forma minus corrupta*) in suo contextu, ubi uide adnn. Hac interpolatione uacant MU<sub>p</sub>OE, sed in M et E uacant hic et illic in his paginis spatia longe plura solito (e.g. in M ante et post precationem Camilli); uidentur igitur etiam hi librarii locum insituum ante oculos in exemplari bus suis habuisse sed extemplo reiecerisse. Et in PFB scribitur separatim, spatio ante et post uacuo relicto. *Expulit adnotatione diligenti D<sup>4</sup>* 5 Veientes ignari PFU<sub>p</sub>BOEA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>: ueientes signari MHDLA ; ad hoc marginator aliquis Medicei, scriptura saeculi XI uel XII, adnotat 'quod antiqui signari se a suis uatibus faciebant' sedes spectare MOEH: sedes exspectare PFU<sub>p</sub>BD<sup>3</sup>: se despectauit L: sedes despectare D (*et iterum D<sup>4</sup> ut secundam lectionem*) A<sup>1</sup> (-ctace A) 6 cuniculo UpOE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>LA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup> Edd. uet.: cuniculos MPFEHDA (*fort. cuniculo D, cuniculos D<sup>1</sup>?*): cuiculos B 8 exauditam Up EHD<sup>4</sup>A : exaudita MPFBOE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>DL raperent] de additamento hic in PFB facto uide sis § 3 adn. 9 antiquis si quae similia PFU<sub>p</sub>BOEHDLA (*sed in Up qua pro quae, et in B siq: pro si quae*): antiquissimi (-mis M<sup>1</sup>) si quae silia M ueri MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA : ueris D<sup>4</sup> dett. aliq., sed codicum lectio rectissima est et ad totius operis

pro ueris accipientur, satis habeam : haec ad ostentationem scenaे gaudentis miraculis aptiora quam ad fidem neque adfirmare neque refellere est operaे pretium.

10 Cuniculus delectis militibus eo tempore plenus, in aedem Iunonis quae in Veientana arce erat armatos repente edidit, et pars aueros in muris inuadunt hostes, pars claustra portarum reuellunt, pars cum ex tectis saxa tegulaeque a mulieribus ac seruitiis iacerentur, inferunt ignes. Clamor omnia uariis terrentium ac pauentium uocibus mixto mulierum ac puerorum ploratu complet. Momento temporis deiectis ex muro undique armatis patefactisque portis cum alii agmine inruerent, alii desertos scanderent muros, urbs hostibus impletur ; omnibus locis pugnatur ; deinde multa iam edita caede senescit pugna, et dictator praecones edicere iubet ut ab inermi abstineatur. Is finis sanguinis fuit. Dedi inde inermes coepti et ad praedam miles permissu dictatoris discurrit. Quae cum ante oculos eius aliquantum spe atque opinione maior maiorisque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad caelum tollens precatus esse ut si cui deorum hominumque nimia sua fortuna populique Romani uideretur, ut eam inuidiam lenire quam minimo suo priuato incommodo publicoque populi Romani liceret. Conuertentem se inter hanc uenerationem traditur memoriae prolapsum cecidisse ; idque omen pertinuisse postea euentu rem coniectantibus uisum ad damnationem ipsius Camilli, captae deinde urbis Romanae, quod post paucos accidit annos, cladem. Atque ille dies caede hostium ac direptione urbis opulentissimae

*argumentum pertinet, non ad fabellas praecedenti similes quas Liuius ipse dedita opera separari uolt.* 9 est operaे pretium *PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed in B opere ; in BE praet-, in A prec-, in L praec-*) : operaе pretium est ‘*antiqua lectio*’, *Rhenan.* : opera et praetium est *M* 10 in aedem *dett. alig.* : in aede *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*num recte ? Aliter sane Cic. Nat. Deor. 2. 52. 129 de crocodilis cum in terra partum ediderint*) 13 pugnatur *M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>FUpBOEHDLA* : pugnantur *MP* (*scil. pugnant cum pugnatur conflatum est*) 16 pertinuisse *UpB E<sup>3</sup>HD<sup>3</sup> uel D<sup>1</sup>* : pertimuisse *MPFOELA* : pertimuisset *D* euentu rem *MPFU<sub>p</sub>BOEDLA* : euenturum *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>* : rem *H, fort. recte*

est consumptus: postero die libera corpora dictator sub 22 corona uendidit. Ea sola pecunia in publicum redigitur, haud sine ira plebis; et quod rettulere secum praedae, nec duci, qui ad senatum malignitatis auctores quaerendo rem arbitrii sui reiecerent, nec senatui, sed Liciniae familiae, ex 2 qua filius ad senatum rettulisset, pater tam popularis sententiae auctor fuisse, acceptum referebant.

Cum iam humanae opes egestae a Veiis essent, amoliri 3 tum deum dona ipsosque deos, sed colentium magis quam rapientium modo, coepere. Namque delecti ex omni exercitu iuuenes, pure lautis corporibus, candida ueste, quibus deportanda Romam regina Iuno adsignata erat, uenerabundi templum iniere, primo religiose admouentes manus, quod id 5 signum more Etrusco nisi certae gentis sacerdos attractare non esset solitus. Dein cum quidam, seu spiritu diuino tactus seu iuuenali ioco, ‘Visne Romam ire, Iuno?’ dixisset, adnuisse ceteri deam conclamauerunt. Inde fabulae ad- 6 iectum est uocem quoque dicentis uelle auditam; motam certe sede sua parui molimenti adminiculis, sequentis modo accepimus leuem ac facilem tralatu fuisse, integrumque in 7 Auentinum aeternam sedem suam quo uota Romani dictatoris uocauerant perlatam, ubi templum ei postea idem qui uouerat Camillus dedicauit. Hic Veiorum occasus fuit, 8 urbis opulentissimae Etrusci nominis, magnitudinem suam uel ultima clade indicantis, quod decem aestates hiemesque continuas circumcessa cum plus aliquanto cladium intulisset quam accepisset, postremo iam fato quoque urgente, operibus tamen, non ui expugnata est.

Romam ut nuntiatum est Veios captos, quamquam et 23 prodigia procurata fuerant et uatum responsa et Pythicae

**22** 3 a Veiis *MPUpOEHLA*: a ueis *FBD*: *delet* a *Madvig*  
 coepere *MHDL*: caepere *E*: cepere *A*: capere *PFUpBO* 7 uouerat  
*M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>FUpOEAI*<sup>1</sup> uel *A<sup>2</sup>*: uocauerat *HDA*: uocauerant *MPBL*  
 8 suam *MPFUUpBOEDLA*: sua *H*

sortes notae, et quantum humanis adiuuari consiliis potuerat  
 res ducem M. Furium, maximum imperatorum omnium,  
<sup>2</sup> legerant, tamen quia tot annis uarie ibi bellatum erat multa  
<sup>3</sup> que clades acceptae, uelut ex insperato immensum gau-  
<sup>3</sup> dium fuit, et priusquam senatus decerneret plena omnia  
<sup>4</sup> templa Romanarum matrum grates dis agentium erant.  
 Senatus in quadriduum, quot dierum nullo ante bello, sup-  
<sup>4</sup> plicationes decernit. Aduentus quoque dictatoris omnibus  
<sup>5</sup> ordinibus obuiam effusis celebratior quam ullius unquam  
<sup>6</sup> antea fuit, triumphusque omnem consuetum honorandi diei  
<sup>5</sup> illius modum aliquantum excessit. Maxime conspectus ipse  
<sup>6</sup> est, curru equis albis iuncto urbem inuectus, parumque id  
<sup>7</sup> non ciuile modo sed humanum etiam uisum. Iouis Solisque  
<sup>8</sup> equis aequiperatum dictatorem in religionem etiam trahe-  
<sup>9</sup> bant, triumphusque ob eam unam maxime rem clarior quam  
<sup>7</sup> gratior fuit. Tum Iunoni reginae templum in Auentino  
<sup>10</sup> locauit, dedicauitque Matutae Matris; atque his diuinis  
<sup>11</sup> humanisque rebus gestis dictatura se abdicauit.

8 Agi deinde de Apollinis dono coeptum. Cui se decimam  
<sup>9</sup> uouisse praedae partem cum diceret Camillus, pontifices  
<sup>10</sup> soluendum religione populum censerent, haud facile inibatur  
<sup>11</sup> ratio iubendi referre praedam populum, ut ex ea pars debita  
<sup>10</sup> in sacrum secerneretur. Tandem eo quod lenissimum uide-  
<sup>11</sup> batur decursum est, ut qui se domumque religione exsol-  
<sup>12</sup> uere uellet, cum sibimet ipse praedam aestimasset suam,  
<sup>13</sup> decimae pretium partis in publicum deferret, ut ex eo  
<sup>14</sup> donum aureum, dignum amplitudine templi ac numine dei,

**23 3** quadriduum *MPFU<sup>p</sup>BEHDL* : quadratum *OD<sup>4</sup>A*      4 un-  
 quam . . . diei illius *om. P*: add. *P<sup>1</sup>* marg. (*sed diem il-*)      diei  
*illius F<sup>3</sup>* *Ed. Rom. 1469 Ald.* : diem illius *MP<sup>1</sup>F? UpBOEDLA* : diem  
*illus H*      5 *albis . . . Solisque equis om. B*      ciuile *F* (*ut  
 uidetur*) *UpE<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup>HD<sup>2</sup>A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>* : ciuilem *MPOEDLA*  
<sup>6</sup> triumphusque] *hac uoce rursus inc. Ver.*      7 *Matris Ver. MPF*  
*UpBOEHDLA* : matri *F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup>D<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* *dett. aliq., sed cf. c. 31. 3 inf.*  
<sup>8</sup> *Apollinis Ver. F<sup>2</sup> uel F<sup>1</sup>UpOEHDA* : apollonis *MPFBL*      11 *ut  
 ex eo MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : rex *eo Ver.*

ex dignitate populi Romani fieret. Ea quoque conlatio plebis animos a Camillo alienauit. Inter haec pacificatum legati <sup>12</sup> a Volscis et Aquis uenerunt, impetrataque pax, magis ut fessa tam diutino bello adquiesceret ciuitas quam quod digni peterent.

Veiis captis, sex tribunos militum consulari potestate in- <sup>24</sup> sequens annus habuit, duos P. Cornelios, Cossum et Scipionem, M. Valerium Maximum iterum K. Fabium Ambustum tertium L. Furium Medullinum quintum Q. Seruilium tertium. Cornelii Faliscum bellum, Valerio ac Seruilio <sup>2</sup> Capenas sorte euenit. Ab iis non urbes ui aut operibus temptatae, sed ager est depopulatus praedaeque rerum agrestium actae; nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. Ea clades Capenatem populum subegit; pax <sup>3</sup> petentibus data; in Faliscis bellum restabat.

Romae interim multiplex seditio erat, cuius leniendae <sup>4</sup> causa coloniam in Volscos, quo tria milia ciuium Romano- rum scriberentur, deducendam censuerant, triumuirique ad id creati terna iugera et septunes uiritim diuiserant. Ea <sup>5</sup> largitio sperni coepta, quia spei maioris auertendae solatium obiectum censebant: cur enim relegari plebem in Volscos cum pulcherrima urbs Veii agerque Veientanus in conspectu sit, uberior ampliorque Romano agro? Vrbem quoque urbi <sup>6</sup> Romae uel situ uel magnificentia publicorum priuatorumque tectorum ac locorum praeponebant. Quin illa quoque actio <sup>7</sup> mouebatur, quae post captam utique Romam a Gallis cele-

<sup>12</sup> impetrataque (uel inp-) *MPFU<sub>p</sub>OEA<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>* et (ut ex spatii ratione uidetur) Ver.: impetrque *B*: inpetratia *H*: impetrata *DLA* ut fessa tam *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: uero? . . . . . Ver.

<sup>24</sup> <sup>1</sup> K. (uel caesonem) Fabium *MU<sub>p</sub>O<sup>1</sup>HDL* (et sic *Diod. 14. 94. 1*): caessonem *O*: c caesonem *E*: cacesonem *PB*: casenonem *F*: ceso- nem *A*: defit Ver. ambustum tertium *Sigon. ex Fast. Cap. (cf. C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 118)*: ambustum iterum *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: defit Ver. <sup>2</sup> sorte *PFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: sorti Ver., fort. recte, cf. 4. 37. 6: forte *M* arbor Ver. *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOEDLA*: abor abor *H*: actor hoc *P* <sup>5</sup> sit, uberior *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>PFU<sub>p</sub>BOED<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>*: sit uerior *MH*: situ uerior *D?* *L*: scitu uerior *A*: uerior Ver

8 bratior fuit, transmigrandi Veios. Ceterum partem plebis, partem senatus habitando destinabant [Veios,] duasque urbes communi re publica incoli a populo Romano posse.  
 9 Aduersus quae cum optimates ita tenderent ut morituros se citius dicerent in conspectu populi Romani quam quicquam  
 10 earum rerum rogaretur; quippe nunc in una urbe tantum dissensionum esse: quid in duabus urbibus fore? uictamne ut quisquam uictrici patriae praeferret sineretque maiorem fortunam captis esse Veiis quam incolumibus fuerit? possimmo tremo se relinquere a ciuibus in patria posse: ut relinquant patriam atque ciues nullam uim unquam subacturam, et T. Sicinium—is enim ex tribunis plebis rogationis eius lator erat—conditorem Veios sequantur, relicto deo Romulo, dei  
 25 filio, parente et auctore urbis Romae;—haec cum foedis certaminibus agerentur—nam partem tribunorum plebi patres  
 2 in suam sententiam traxerant—, nulla res alia manibus temperare plebem cogebat quam quod, ubi rixae committendae

8 partem plebis, partem senatus habitando destinabant *scripsimus*; *de toto loco uide sis Class. Quarterly* (v) 1911, p. 11 partem plebis *HD<sup>4</sup>*: partem plebi *MPFBOEDLA*: parte plebis *Up*: partim plebs *Ver.*: partemi plebis (*sc. ex partem (suprascr. i) pl.) A<sup>3</sup>*: partim plebi (*uel parte plebis*) *dubitanter Rhenan.*: partim plebis *Heerwagen* partem senatus *MPFBOEH<sup>1</sup>DLA*: partim senatus *Ver. H*: parte senatus *Up*: partim senatui (*uel parte senatus*) *Rhenan.* *Nicomacheanos* potius sequimur quam *Veronensem* qui postquam plebis in plebs corruerat, partem in partim necessario mutabat habitando *Ver.*: habitandos sed post uocem destinabant (-bat) *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed -s in F pleniore calamo; uide I. 41. 4 adn.*): a habitandos (*ibidem*) *P*: ad habitandos *Heerwagen* destinabant *MPUpOEHDLA*: destinabat *FB*: distinaba *Ver.* (*post uocem habitando; tum septem litterarum spatio deleto sequitur duasque*); in *F* et *O* ante uocem habitandos *interpunctum est*, et in *O* post *Veios* *Veios MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: *seclusimus*: defit *Ver.*, sed ita ut non certum sit num *Veios unquam habuerit*, *praesertim si distinabatur*, quod uox plebs postulat, ibi stetisse statuas. *Nobis ordo uariatus* (*cf. Praef. 5 adn.*) *glossema marginale indicat*, cuius et puncta in *O* et *F* uestigia esse possunt; oppidum *Veios iterum nominari superuacaneum est* communi republica *Weissenborn*: communi re *Ver.*: communes reipublicae (*uel reip.*) *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: communis reip. *detti. alig.*  
 9 populi Romani *H* et sic uoluit *M* (*piR*): *rip* *P*: reip *FUpBO*: *r. p.* *E*: *p'oR<sup>1</sup> A*: *pōr DL* (*i. e. populo romano*): *po r D<sup>2</sup>* 10 urbibus *MPFU<sub>p</sub>BOEH<sup>1</sup>*: *om. DLA, fort. recte esse Veiis quam*] esse ... quam *Ver.* et post haec defit usque ad c. 27. 5

causa clamor ortus esset, principes senatus primi turbae offerentes se peti feririque atque occidi iubebant. Ab horum 3 aetatibus dignitatibusque et honoribus uiolandis dum abstinebatur, et ad reliquos similes conatus uerecundia irae obstabat.

Camillus identidem omnibus locis contionabatur: haud 4 mirum id quidem esse, furere ciuitatem quae damnata uoti omnium rerum potiorem curam quam religione se ex-soluendi habeat. nihil de conlatione dicere, stipis uerius 5 quam decumae, quando ea se quisque priuatim obligauerit, liberatus sit populus. enim uero illud se tacere suam con- 6 scientiam non pati quod ex ea tantum praeda quae rerum mouentium sit decuma designetur: urbis atque agri capti, quae et ipsa uoto contineatur, mentionem nullam fieri. Cum 7 ea disceptatio, anceps senatui uisa, delegata ad pontifices esset, adhibito Camillo uisum collegio, quod eius ante conceptum uotum Veientium fuisset et post uotum in potestatem populi Romani uenisset, eius partem decimam Apollini sacram esse. Ita in aestimationem urbs agerque uenit. 8 Pecunia ex aerario prompta, et tribunis militum consularibus ut aurum ex ea coemerent negotium datum. Cuius cum copia non esset, matronae coetibus ad eam rem consultandam habitis communi decreto pollicitae tribunis militum aurum et omnia ornamenta sua, in aerarium detulerunt. Grata ea res ut quae maxime senatui unquam fuit; hono- 9 remque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque ute-rentur. Pondere ab singulis auri accepto aestimatoque ut 10

25 2 offerentes se *PiFUp*OEHDLA: offerentes esse *P*: offerentes se *B*: offerrent esse *M* 4 contionabatur *MPFUp*BOEH  
*DLA* (*mero enim errore -bundus in M et P reperiri testatur Alscheski*)  
5 decumae (*uel -cim-*) *MPIFUp*BOEHDLA (-cu- in § 5 in *MFB*  
*HLA*, -ci- (*sed -cu- in § 6* in *OED*): decumene *P* 6 contineatur *MPFBOEHDLA* (*scil. decumae quae . . . contineatur mentionem; de ellipsi of. 4. 24. 4*): contineantur *Up* *dett. aliq.* 8 et  
omnia *MPFUp*BOEHDLA: omnia *Madv.* 10 aestimatoque *MP*

pecuniae soluerentur, crateram auream fieri placuit quae donum Apollini Delphos portaretur.

11 Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem tribuni plebis; incitatur multitudo in omnes principes, ante 12 alios in Camillum: eum praedam Veientanam publicando sacrandoque ad nihilum redegisse. Absentes ferociter increpant; praesentium, cum se ultiro iratis offerrent, uerecundiam habent. Simul extrahi rem ex eo anno uiderunt, tribunos plebis latores legis in annum eosdem reficiunt; et patres hoc idem de intercessoribus legis adnisi; ita tribuni plebis magna ex parte iidem refecti.

26 Comitiis tribunorum militum patres summa ope euicerunt ut M. Furius Camillus crearetur. Propter bella simulabant parari ducem; sed largitioni tribuniciae aduersarius quaeratur. Cum Camillo creati tribuni militum consulari potestate L. Furius Medullinus sextum C. Aemilius L. Valerius Publicola Sp. Postumius P. Cornelius iterum. Principio anni tribuni plebis nihil mouerunt, donec M. Furius Camillus in Faliscos, cui id bellum mandatum erat, proficisceretur. Differendo deinde elanguit res, et Camillo quem aduersarium maxime metuerant gloria in Faliscis 4 creuit. Nam cum primo moenibus se hostes tenerent tutissimum id rati, populatione agrorum atque incendiis uillarum coegit eos egredi urbe. Sed timor longius progredi prohibuit; mille fere passuum ab oppido castra locant, nulla re alia fidentes ea satis tuta esse quam difficultate aditus, asperis confragosisque circa, et partim artis, partim arduis

*FUpBOEHDLA*: aestimato *Madv.*; sed uoces ab singulis *inter pondere et auri positae adiectui uim* habent ut e. g. c. 28. 10 fugam ex tumulo Romanorum; *sententia est*: ‘uniuscuiusque dono accepto aestimatoque’. *Longe alius ordo uerborum in 3. 33. 9 ceterisque locis a Madvigio laudatis 12 redegisse F<sup>2</sup>UpOEDA*: redigisse *MP<sup>2</sup>FBHL*: redigis *P*

26 1 summa ope euicerunt *PFUpBOEHDLA*: summam ope (*uel opem*) uicerunt *M*: summa ope uicerunt *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>* 2 *L. Valerius MHDLA*: *Valerius PFUpBOE* 3 metuerant *MPF<sup>2</sup>UpOE*: metuerat *FB*: metuebant *HDLA*

uiis. Ceterum Camillus, captiuum indidem ex agris secutus 6  
ducem, castris multa nocte motis, prima luce aliquanto  
superioribus locis se ostendit. Trifariam Romani munie- 7  
bant; alias exēcitus proelio intentus stabat. Ibi impedire  
opus conatos hostes fundit fugatque; tantumque inde pa-  
uoris Faliscis iniectum est, ut effusa fuga castra sua quae  
propiora erant praelati urbem peterent. Multi caesi uul- 8  
neratique priusquam pauentes portis inciderent; castra capta;  
praeda ad quaestores redacta cum magna militum ira; sed  
seueritate imperii uicti eandem uirtutem et oderant et mira-  
bantur. Obsidio inde urbis et munitiones, et interdum per 9  
occasione impetus oppidanorum in Romanas stationes  
proeliaque parua fieri et teri tempus neutro inclinata spe,  
cum frumentum copiaeque aliae ex ante conuecto largius  
obsessis quam obsidentibus suppeterent. Videbaturque 10  
aeque diuturnus futurus labor ac Veiis fuisset, ni fortuna  
imperatori Romano simul et cognitae rebus bellicis uirtutis  
specimen [et] maturam uictoriam dedisset.

Mos erat Faliscis eodem magistro liberorum et comite uti, 27  
simulque plures pueri, quod hodie quoque in Graecia manet,  
unius curae demandabantur. Principum liberos, sicut fere  
fit, qui scientia uidebatur praecellere erudiebat. Is cum in 2

<sup>6</sup> indidem Kern: indecem *M*: indicem *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>PFU<sub>p</sub>BOEHDLA*  
<sup>7</sup> trifariam *MPFU<sub>p</sub>BOEH*: triphariam *DLA*: triarii *Heusinger*,  
*mire*. Cf. potius 3. 22. 7 et 5. 19. 11, et uide sis *Class. Quarterly* v  
(1911), p. 12 conatos *PFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: conatus *M* fundit  
fugatque *M<sup>3</sup>P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOEHD<sup>4</sup>A* (*sed in A -que ab A<sup>2</sup> demum additum*):  
fundifugatque *PL*: fundi fugat *D*: fundit fugat *D<sup>2</sup>* uel *D<sup>4</sup>*: funditugat-  
que *M* (*scil. littera coniuncta F (=tf) scripturae uncialis alios aliter*  
*fallebat*) propiora *P<sup>2</sup>* uel *P<sup>3</sup>FU<sub>p</sub>BOED<sup>1</sup>A<sup>2</sup>*: propiora *MPHD*  
*LA* <sup>8</sup> mirabantur *M<sup>3</sup>F<sup>3</sup>UpOEHDLA*: mirabatur *MPFB*  
9 et teri *MF<sup>2</sup>OE<sup>2</sup>HDLA*: et erit *PFB*: et erat *UpE* <sup>10</sup> fortuna  
*P<sup>2</sup>* uel *P<sup>1</sup>FU<sub>p</sub>BOE<sup>3</sup>HD<sup>2</sup>A<sup>2</sup>*: fortunam *MPEDLA* et cognitae  
*Vorm.?* *MPFU<sub>p</sub>BOE<sup>2</sup>HDLA*: ... ecognitae *E*: incognitae *anonymus*  
*quidam apud Gron.*: et coniunctae *Madv.* dubitanter (*in praef. Edit.*  
*tertiae*) et maturam *Vorm.?* *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: ei maturam  
*dett. duo Gron.*: et seclusi, *A<sup>2</sup>* et *Weissenb.* secutus; de umerorum ordine  
('Interweaving') uide sis 2. 41. 6 adn. et *Class. Review* xiv (1900),  
p. 357

pace instituisset pueros ante urbem lusus exercendique causa producere, nihil eo more per belli tempus intermisso, [dum] modo breuioribus modo longioribus spatiis trahendo eos a porta, lusu sermonibusque uariatis, longius solito ubi res dedit progressus, inter stationes eos hostium castraque 3 inde Romana in praetorium ad Camillum perduxit. Ibi 4 scelesto facinori scelestiorem sermonem addit, Falerios se in manus Romanis tradidisse, quando eos pueros quorum 5 parentes capita ibi rerum sint in potestatem dediderit. Quae ubi Camillus audiebat, ‘Non ad similem’ inquit, ‘tui nec populum nec imperatorem scelestus ipse cum scelesto mu-6 nere uenisti. Nobis cum Faliscis quae pacto fit humano societas non est : quam ingenerauit natura utrisque est erit-que. Sunt et belli, sicut pacis, iura, iusteque ea non minus 7 quam fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduersus eam aetatem cui etiam captis urbibus parcitur, sed aduersus armatos et ipsos qui, nec laesi nec lacerati a nobis, 8 castra Romana ad Veios oppugnarunt. Eos tu quantum in te fuit nouo scelere uicisti : ego Romanis artibus, uirtute 9 opere armis, sicut Veios uincam’. Denudatum deinde eum manibus post tergum inligatis reducendum Falerios pueris tradidit, uirgasque eis quibus proditorem agerent in 10 urbem uerberantes dedit. Ad quod spectaculum concursu populi primum facto, deinde a magistratibus de re noua uocato senatu, tanta mutatio animis est iniecta ut qui modo efferati odio iraque Veientium exitum paene quam Capena-

**27 2** nihil eo more *PFUpBOEHLA* : nihil omore *M* : nihilo minus more *M<sup>3</sup>* : nichil (*ut solet*) eo more *D* dum modo *MPFUpBOEHDLA* : dum recte *seclusit Hertz* : tum modo *Gron.* : diu modo *Weissenb.* : secum modo *Zingerle* ; sed potius ex glossemate aliquo (‘dum trahit’ uel sim.) *ortum est* ; uide sis 3. 50. 10 *adn.* lusu *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>PFUpB OED<sup>x</sup>A<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>* : lusu *MDLA* : lusibus *H* ubi res *PFBOEHDLA* : urbi res *M* : ubi liberos *Up*, *solita licentia* dedit *MF<sup>2</sup>HD LA* : dedit in *PF* *UpBOE* 3 addit *MPFBOE**DLA* : addite *H* : addidit *Up* 4 in potestatem *Ald.* : in potestate *MPFUpBOEHDLA* 5 *tui nec populum*] *his uocibus rursus inc. Ver.* 6 didicimus *MPFUpBOEHDLA* : dicimus *Ver.* 9 deinde eum *Ver. MPUpBOEA<sup>2</sup>* : deinde tum *F* : deinde *HDLA*

tium pacem malling, apud eos pacem uniuersa posceret ciuitas. Fides Romana, iustitia imperatoris in foro et curia 11 celebrantur ; consensuque omnium legati ad Camillum in castra, atque inde permissu Camilli Romam ad senatum, qui dederent Falerios proficiscuntur. Introducti ad senatum ita 12 locuti traduntur : ‘ Patres conscripti, uictoria cui nec deus nec homo quisquam inuideat uicti a uobis et imperatore uestro, dedimus nos uobis, rati, quo nihil uictori pulchrius est, melius nos sub imperio uestro quam legibus nostris uicturos. Euentu huius belli duo salutaria exempla prodita 13 humano generi sunt: uos fidem in bello quam praesentem uictoram maluistis ; nos fide prouocati uictoram ultro detulimus. Sub dictione uestra sumus ; mittite qui arma, qui 14 obsides, qui urbem patentibus portis accipient. Nec uos 15 fidei nostrae nec nos imperii uestri paenitebit.’ Camillo et ab hostibus et a ciuibus gratiae actae. Faliscis in stipendum militum eius anni, ut populus Romanus tributo uacaret, pecunia imperata. Pace data exercitus Romam reductus.

Camillus meliore multo laude quam cum triumphantem 28 albi per urbem uexerant equi insignis, iustitia fideque hostibus uictis cum in urbem redisset, taciti eius uerecundiam non tult senatus quin sine mora uoti liberaretur ; crateram- 2 que auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Valerius L. Sergius A. Manlius, missi longa una naue, haud procul freto Siculo a piratis Liparensium excepti deue- huntur Liparas. Mos erat ciuitatis uelut publico latrocinio 3 partam praedam diuidere. Forte eo anno in summo magistratu erat Timasitheus quidam, Romanis uir similius quam

11 et curia *MPFUpBOEHDLA* : in curia *Ver.* celebrantur *MPF<sup>x</sup>UpOEHDLA* (et credo sic *F* ipse, quamquam nouo atramento iterum scriptum est ab *F<sup>x</sup>*) : celebratur *Ver. B* 12 uictoria cui *PFUpBO EHDLA* : uictoram cui *M* : uictoria cumi *Ver.* 15 ut populus *Ver. MPFUpBOEA* (sed in *Ver.* ut p r et in *B* et pōt = ut populus romanus) : populus *HDL* : p (= populus) *F<sup>3</sup>* in rasura trium litterarum

28 1 redisset *MPFUpBOEHDLA* : rediret (suprascr. ss) *Ver.*Gron., a *Veronensi confirmatus* : tacite *MPFUpBOEHDLA*

4 suis ; qui legatorum nomen donumque et deum cui mitteretur et doni causam ueritus ipse multitudinem quoque, quae semper ferme regenti est similis, religionis iustae impleuit, adductosque in publicum hospitium legatos cum praesidio etiam nauium Delphos prosecutus, Romam inde sospites 5 restituit. Hospitium cum eo senatus consulto est factum donaque publice data.

Eodem anno in Aequis uarie bellatum, adeo ut in incerto fuerit et apud ipsos exercitus et Romae uicissent uictine 6 essent. Imperatores Romani fuere ex tribunis militum C. Aemilius Sp. Postumius. Primo rem communiter gesserunt ; fusis inde acie hostibus, Aemilium praesidio Verruginem ob- 7 tinere placuit, Postumium fines uastare. Ibi eum incomposito agmine neglegentius ab re bene gesta euntem adorti Aequi terrore injecto in proximos compulere tumulos ; paucorue inde Verruginem etiam ad praesidium alterum est 8 perlatus. Postumius suis in tutum receptis cum contione aduocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignauissimo ac fugacissimo hoste, conclamat uniuersus exercitus merito se ea audire et fateri admissum flagitium, sed eosdem correcturos esse neque diuturnum id gaudium hostibus fore. 9 Poscentes ut confestim inde ad castra hostium duceret—et in conspectu erant, posita in plano—nihil poenae recusabant ni- 10 ea ante noctem expugnassent. Conlaudatos corpora curare paratosque esse quarta uigilia iubet. Et hostes nocturnam fugam ex tumulo Romanorum ut ab ea uia quae ferebat Verruginem excluderent, fuere obuii ; proeliumque ante lucem—sed luna pernox erat—commissum est. [Et] Haud

4 ferme regenti] *post haec defit Ver. usque ad c. 30.* 6 sospites  
*OE<sup>2</sup>HDLA* : hospites *MPFU<sub>p</sub>BE* 6 rem *PFU<sub>p</sub>BOHDLA* (*sed in Up post communiter*) : rem in *ME* 7 euntem *MPFU<sub>p</sub>BED<sup>3</sup>*  
*A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>* : eundem *OHDLA* 8 terrorem *MF<sup>2</sup>UpOEHDLA* :  
 terror *PFB* 9 et in conspectu *MPFU<sub>p</sub>BOEDLA* ‘*antiqua lectio*’, *Rhenan.* : quae in conspectu *M<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : et inspectu *H* : in conspectu *maluit Rhenan.* 10 est. Et haud *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed in FB aut pro haud*) : est. Haud *Madv. recte*

incertius diurno proelium fuit ; sed clamor Verruginem per- 11  
latus, cum castra Romana crederent oppugnari, tantum  
iniecit pauoris ut nequ quam retinente atque obsecrante  
Aemilio Tusculum palati fugerent. Inde fama Romam per- 12  
lata est Postumium exercitumque occisum. Qui ubi prima  
lux metum insidiarum effuse sequentibus sustulit, cum pere-  
quitasset aciem promissa repetens, tantum iniecit ardoris ut  
non ultra sustinuerint impetum Aequi. Caedes inde fugien- 13  
tium, qualis ubi ira magis quam uirtute res geritur, ad per-  
niciem hostium facta est ; tristemque ab Tusculo nuntium  
nequ quam exterrita ciuitate litterae a Postumio laureatae  
sequuntur, uictoram populi Romani esse, Aequorum exer-  
citum deletum.

Tribunorum plebis actiones quia nondum inuenerant 29  
finem, et plebs continuare latoribus legis tribunatum et  
patres reficere intercessores legis adnisi sunt ; sed plus suis  
comitiis plebs ualuit ; quem dolorem ulti patres sunt senatus 2  
consulto facto ut consules, inuisus plebi magistratus, crea-  
rentur. Annum post quintum decimum creati consules  
L. Lucretius Flauus Ser. Sulpicius Camerinus. Principio 3  
huius anni ferociter quia nemo ex collegio intercessurus erat  
coortis ad perferendam legem tribunis plebis nec segnius ob  
id ipsum consulibus resistentibus omniue ciuitate in unam  
eam curam conuersa, Vitelliam coloniam Romanam in suo  
agro Aequi expugnant. Colonorum pars maxima incolmis, 4

10 diurno *UpOE<sup>3</sup>HA* marg. : diuturno *MPFBEDL* : diuturnum *A*  
12 sustinuerint *MEHDLA* (*sed in A subst-*) : sustinerent *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>*  
*BO pari iure* : sustinerint *P*

29 2 creati *PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : creati nuntiat *M*, *mire*; *num ex*  
*dittographia aliqua -antur aliquo modo corruptum?* L. Lucretius  
*MA<sup>2</sup>* (*et sic Cassiod., uide C. I. L. 2, p. 119*) : *praenominis notam om.*  
*PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* Ser. Ed. Frob. 1531 (*et sic Cassiod. ibid. et*  
*Diod. 15. 8. 1*) : Sergius *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* 3 *consulibus*  
... § 4 proditione oppidum, *om. H*, *altius solito dormitans*  
4 incolmis *MPF<sup>2</sup>UpOEDL* : incolomis *FBA* : incolumes *Harant* (*cf.*  
4. 40. 6; 4. 41. 1; 21. 32. 9), *fort. recte*; *sed hic defendi potest singularis*  
*ubi de uniuersa profugorum manu simul erumpente agitur*; *Romam*  
*(tandem qua quisque poterat celeritate, discreti) perfugere*

quia nocte proditione oppidum captum liberam per auersa  
 5 urbis fugam dederat, Romam perfugere. L. Lucretio con-  
 suli ea prouincia euenit. Is cum exercitu profectus acie  
 hostes uicit, uictorque Romam ad maius aliquanto certamen  
 6 redit. Dies dicta erat tribunis plebis biennii superioris  
 A. Verginio et Q. Pomponio, quos defendi patrum consensu  
 ad fidem senatus pertinebat ; neque enim eos aut uitiae ullo  
 crimine alio aut gesti magistratus quisquam arguebat pree-  
 terquam quod gratificantes patribus rogationi tribuniciae  
 7 intercessissent. Vicit tamen gratiam senatus plebis ira et  
 pessimo exemplo innoxii denis milibus grauis aeris con-  
 8 demnati sunt. Id aegre passi patres ; Camillus palam sce-  
 leris plebem arguere quae iam in suos uersa non intellegereret  
 se prauo iudicio de tribunis intercessionem sustulisse,  
 9 intercessione sublata tribuniciam potestatem euertisse ; nam  
 quod illi sperarent effrenatam licentiam eius magistratus  
 patres laturos, falli eos. si tribunica uis tribunicio auxilio  
 10 repelli nequeat, aliud telum patres inuenturos esse ; consu-  
 lesque increpabat quod fide publica decipi tribunos eos  
 taciti tulissent qui senatus auctoritatem secuti essent.

Haec propalam contionabundus in dies magis augebat  
 30 iras hominum : senatum uero incitare aduersus legem haud  
 desistebat : ne aliter descenderent in forum, cum dies feren-  
 dae legis uenisset, quam ut qui meminissent sibi pro aris

4 nocte proditione *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *malimus* nocte per pro-  
 ditionem (p proditionē), sed nihil mutamus 5 uicit *P<sup>F</sup>U<sup>p</sup>BO*  
*EHDLA* : uincit *M* redit *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* (cf. 1. 27. 10 et  
 1. 3. 3 cum adnn.) : rediit *Edd. uet.* 6 A. Verginio et Q. Pom-  
 ponio] A. V. et Q. P. (*sic simpliciter*) *O*, subita pigritia captus  
*Pomponio MFBHDLA* : *ponponio E* : *pompinio P<sup>Up</sup>* 8 se *MP*  
*FBOEHDLA* : sed *Up* sustulisse *Vorm.*? *MPFBOEHDLA*  
 (sed in *A* subst-) : sustulisset *Up* intercessione *Vorm.*? *MP<sup>2</sup>F*  
*UpOEHDLA*<sup>1</sup> : *intercessio P* : *intercessionei A* : *intercessionem B*  
 euertisse *Rhenan.* : euertissent *Vorm.*? *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : frus-  
 tra tutari conatur *Alscheskius* cum post uersa inserendo ; nec multo  
 melius *Editor ille uetus cuius quod in textu ante intercessione inuenit*  
*expulitque Rhenanus*

30 1 senatum *MUpE<sup>2</sup>HDLA* : senatus *PFB* : senatum (-tūf sic)  
*O* : *senatu E*

focisquam et deum templis ac solo in quo nati essent dimicandum fore. nam quod ad se priuatim attineat, si suaे gloriae sibi inter dimicationem patriae meminisse sit fas, sibi amplum quoque esse urbem ab se captam frequentari, cottidie se frui monumento gloriae suaе et ante oculos habere urbem latam in triumpho suo, insistere omnes uestigiis laudum suarum ; sed nefas ducere desertam ac relictam ab immortalibus incoli urbem, et in captiuo solo habitare populum Romanum et uictrice patria uictam mutari.

His adhortationibus principes concitati [patres] senes 4  
iuuenesque cum ferretur lex agmine facto in forum uenerunt, dissipatique per tribus, suos quisque tribules pren-  
santes, orare cum lacrimis coepere ne eam patriam pro qua 5  
fortissime felicissimeque ipsi ac patres eorum dimicassent  
desererent, Capitolium, aedem Vestae, cetera circa templa  
deorum ostentantes ; ne exsulem, extorrem populum Roma- 6  
num ab solo patrio ac dis penatibus in hostium urbem  
agerent, eoque rem adducerent ut melius fuerit non capi  
Veios, ne Roma desereretur. Quia non ui agebant sed 7  
precibus, et inter preces multa deorum mentio erat, religio-  
sum parti maxima fuit, et legem una plures tribus antiqua-  
runt quam iusserunt. Adeoque ea uictoria laeta patribus 8  
fuit, ut postero die referentibus consulibus senatus con-

*2 priuatum MPFU<sup>p</sup>BOEDLA : priuatum H amplum MPFB  
 OE<sup>2</sup> uel E<sup>3</sup>DLA : amplium H : amplam U<sup>p</sup>ED<sup>2</sup> 4 principes  
 MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA (sed in E -es pleniore calamo) : principis dett. aliq.*

concitati patres *P<sup>2</sup>FUpBOEHDA*: concitati patres *L*: contati patres *MP*: conciti patres *M<sup>2</sup>*: patres *secludit Walters* (*cf.* 2. 16. 5 et *Cic. Rep.* 2. 8. 14), *recte, ut credo, nisi forte quis patrum legere malit* (*cf.* 2. 30. 4; 3. 6. 8; 3. 41. 1 et 5). *De toto loco uide sis Class. Quarterly*, v (1911), p. 13      *senes iuuenesque MOE<sup>2</sup>HA<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>*: *senesque iuuenes PFUpBE*: *senesque DLA* (*et Rn, teste Frigell., Dissert. De codd. Livian. emend. ratione p. 22*)      *prensantes M<sup>3</sup>PFUpBEHDLA*: *pensantes (i. e. pe- pro p-) M*: *prensare O (qui orare post cum lacrimis ponit)*      6 *ut melius fuerit his uocibus rursus inc. Ver.*

7 una *A<sup>2</sup>* *Edd. uet.* : unam *Ver.* *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* antiquarunt quam *Ver.* *PFBOE* : antiquarunt quam *Up* : antiquarum quam *M* : antiquam quam *D* : antiqua *LA* : antiquari *D<sup>4</sup>A<sup>3</sup>*

sultum fieret ut agri Veientani septena iugera plebi diuide-rentur, nec patribus familiae tantum, sed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur, uellentque in eam spem liberos tollere.

- 3 I Eo munere delenita plebe nihil certatum est quo minus  
 2 consularia comitia haberentur. Creati consules L. Valerius  
 Potitus M. Manlius, cui Capitolino postea fuit cognomen.  
 Hi consules magnos ludos fecere, quos M. Furius dictator  
 3 uouerat Veienti bello. Eodem anno aedes Iunonis reginae  
 ab eodem dictatore eodemque bello uota dedicatur, celebra-tamque dedicationem ingenti matronarum studio tradunt.  
 4 Bellum haud memorabile in Algido cum Aequis gestum est,  
 fusis hostibus prius paene quam manus consererent. Valerio  
 quod perseverantior cedentes *(insequi)* [in fuga] fuit, triu-phus, Manlio ut ouans ingrederetur urbem decretum est.  
 5 Eodem anno nouum bellum cum Volsiniensibus exortum ;  
 quo propter famem pestilentiamque in agro Romano ex  
 siccitate caloribusque nimiis ortam exercitus duci nequivit.  
 Ob quae Volsinienses Sappinatibus adiunctis superbia inflati  
 ulti agros Romanos incursauere ; bellum inde duobus po-

3 I 2 postea fuit *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA*: fuit postea *Ver.*: postea etiam fuit *dett. unus* : postea cognomen fuit *dett. unus* : *fort.* fuit *seclu-dendum* (*Praef. 5 adn.*) 4 perseverantior *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* (*sed in F qd p<sup>f</sup> calamo pleniore scripta sunt, cf. 1. 41. 4 adn.*) : perseverantius *Ver.* cedentes *(insequi)* [in fuga] uel persequi cedentes [in fuga] *Walters* (*cf. 24. 17. 5; Caes. B. G. 5. 16. 1; Cl. Quart. v (1911), p. 13*) : gaedendis in fuga *M* : caed .. dis in fuga *Ver.* : caedendis *M<sup>2</sup>H LA* : cedendis in fuga *OE<sup>3</sup>D* : gerendis in fuga *B* : gerendis *P<sup>2</sup>FUp* : *om. P* : gerendis (*suprascr. c*) *E* : iis caedendis *Weissenb.* : in iis caedendis *H. J. Müller* : caedendi *Forchhammer* : *malit fortasse quispiam* perseverantius (*cum Ver.*) cedentes in fuga insecurus fuit ; et error talis ex homoearcho (*quo insecurus post in fuga omissum sit*) quamuis non tam frequenter quam ille alter ex homoeoteleuto occurrat, satis notus est (*e. g. 3. 21. 4; 6. 40. 10*) ; de -nt- et -nd- *cf. 1. 41. 1 adn.*

5 caloribusque *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : caloribus *Ver.*, *fort. recte*, si *Abl. Temporalem esse statues, quasi 'per tempora aestiu'* nimiis ortam *PFU<sup>p</sup><sup>2</sup>BOEHDLA* : nimis exortam *M* : nimis ortam *Ver.* *Up* Sappinatibus *Mommsen* (*cf. c. 32. 2*) : salpinatibus *PFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : sapienatibus *Ver.* : scalpinatibus *M* superbia inflati *Ver.* : superbia elati *MDLA<sup>3</sup>* : superbia elatis *A* : superbia elatis *A<sup>2</sup>* : superbia elati *PFU<sup>p</sup>BOEHD<sup>1</sup>*, *fort. recte* (*sed in B superbiae lati*) Romanos *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *om. Ver.*

pulis indictum. C. Iulius censor decessit ; in eius locum 6 M. Cornelius suffectus ;—quae res postea religioni fuit quia eo lustro Roma est capta ; nec deinde unquam in demortui 7 locum censor sufficitur ;—consulibusque morbo implicitis, placuit per interregnum renouari auspicia. Itaque cum ex 8 senatus consulto consules magistratu se abdicassent, interrex 9 creator M. Furius Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit. Ab eo creati sex tribuni militum consulari potestate ut etiamsi cui eorum incommoda ualetudo fuisset, copia magistratum rei publicae esset.

Kalendis Quintilibus magistratum occepere L. Lucretius 32 Ser. Sulpicius M. Aemilius L. Furius Medullinus septimum Agrippa Furius C. Aemilius iterum. Ex his L. 2 Lucretio et C. Aemilio Volsinienses prouincia euenit, Sappinates Agrippae Furio et Ser. Sulpicio. Prius cum Volsinensis pugnatum est. Bellum numero hostium ingens, certamine haud sane asperum fuit. Fusa concursu primo acies ; in fuga milia octo armatorum ab equitibus interclusa positis armis in ditionem uenerunt. Eius belli fama effecit ne 4 se pugnae committerent Sappinates ; moenibus armati se tutabantur. Romani praedas passim et ex Sappinati agro et

6 C. Iulius *OEHDLA* : g. iulius *Ver.* : iulius *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BE*  
 32 1 occepere *Ver.* *PFU<sub>p</sub>BOEH* : accepere *MDLA* M. (uel Marcus) Aemilius *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : m aemilius iterum *Ver.*  
 2 Volsinienses *Madv. a Veronensi confirmatus ubi* Vols . . . ses, fort. Vols . . . ses uel Vols . . . ses superest : uolsiniensis (uel uuls-) *MP FU<sub>p</sub>BOEHDLA* Sappinates *HDL* (*ut hi tres et in § 4 primo loco*) : salppinates *P* (*et in § 4 primo loco*) : salpinates *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOED<sup>3</sup>A* (*sic omnes et in § 4 primo loco*) : sal sappinates *M*, *dittographiarum quas uocant religiosus seruator, sed in § 4 sappina-* : *aefit Ver.*  
 3 concursu primo *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : primo concursu *Ver.* in fuga *Madv. Emend.<sup>2</sup> p. 143* : in fugam (*littera m ex uoce sequenti arrepta*) *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : . . fugam uersa *Ver.* 4 Sappinates] *uide adn. ad § 2 supra* armati se *MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>3</sup>LA* : armatos *Ver.* : armat se *D?* passim et ex *MUpDLA* : passim sed ex *PFBOEH* : . . . sim ex *Ver.* Sappinati *Mommsen ut supra* : salpinati *MPFU<sub>p</sub>B OEHDLA* (*sed -a- primae syllabae a D<sup>3</sup> in rasura : -l- tamen a manu prima*) : in *Ver.* defit littera *tertia* agro et ex *MPFU<sub>p</sub>BOEHDA* : agro et *Ver.* : agro ex *L*

5 ex Volsiniensi, nullo eam uim arcente, egerunt; donec Volsiniensibus fessis bello, ea condicione ut res populo Romano redderent stipendumque eius anni exercitui praestarent, in uiginti annos indutiae datae.

6 Eodem anno M. Caedicius de plebe nuntiauit tribunis se in Noua uia, ubi nunc sacellum est supra aedem Vestae, uocem noctis silentio audisse clariorem humana, quae magistratibus dici iuberet Gallos aduentare. Id ut fit propter auctoris humilitatem spretum et quod longinqua eoque ignotior gens erat. Neque deorum modo monita ingruente fato spreta, sed humanam quoque opem, quae una erat, 8 M. Furium ab urbe amouere. Qui die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis propter praedam Veientanam, filio quoque adulescente per idem tempus orbatus, cum accitis domum tribulibus clientibusque quae magna pars plebis erat, percontatus animos eorum responsum tulisset se conlaturos 9 quanti damnatus esset, absoluere eum non posse, in exsilium abiit, precatus ab dis immortalibus si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui ciuitati ingratae facerent. Absens quindecim milibus grauis aeris damnatur.

33 Expulso ciue quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat, aduentante fatali urbi clade legati ab Clusinis ueniuunt auxilium aduersus Gallos 2 petentes. Eam gentem traditur fama dulcedine frugum maximeque uini noua tum uoluptate captam Alpes transisse

6 dici *Ver. MF<sup>3</sup>UpOEHD<sup>1</sup>A* (*sed in O propius ad diei accedit*) : duci *PFBD* : duci uel duoi *L* 8 per idem *MPFUpBOEHDLA* : per clientibusque *dett. aliq. Ed. Ascens. 1513, et sic Gron.* (*qui tamen magna pars plebis erat parenthesin sine relatio esse statuit*) : clientibus *PFUpOEHD<sup>1</sup>A* (*et in E sequitur que, ab E<sup>2</sup> uel E<sup>3</sup> demum in quae mutatum : in BD q tantum, cui superaddit que (pro quae) D<sup>4</sup>*) : eo clientibus *M* : et clientibus *A<sup>1</sup>* : *defit Ver. sed spatii ratio fort. nostrae uel Mediceae potius quam Parisiensi lectioni fauet* absoluere *MPFUpBOEHDLA* : et absoluere *Ver.*

33 1 aduentante *Ver. MP<sup>2</sup>FUpOEHD<sup>1</sup>A* : aduersante *P* : adueritate *B*

agrosque ab Etruscis ante cultos possedisse ; et inuexisse in 3  
 Galliam uinum inlienciæ gentis causa Arruntem Clusinum  
 ira corruptae uxoris ab Lucumone cui tutor is fuerat, prae-  
 potente iuuene et a quo expeti poenae, nisi externa uis  
 quaesita esset, nequirent ; hunc transeuntibus Alpes ducem 4  
 auctoremque Clusium oppugnandi fuisse. Evidem haud  
 abnuerim Clusium Gallos ab Arrunte seu quo alio Clusino  
 adductos ; sed eos qui oppugnauerint Clusium non fuisse 5  
 qui primi Alpes transierint satis constat. Ducentis quippe  
 annis ante quam Clusium oppugnarent urbemque Romam  
 caperent, in Italiam Galli transcenderunt ; nec cum his 6  
 primum Etruscorum sed multo ante cum iis qui inter  
 Appenninum Alpesque incolebant saepe exercitus Gallici  
 pugnauere.

Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique 7  
 opes patuere. Mari supero inferoque quibus Italia insulae  
 modo cingitur, quantum potuerint nomina sunt argumento,  
 quod alterum Tuscum communi uocabulo gentis, alterum 8  
 Hadriaticum [mare] ab Hatria, Tuscorum colonia, uocauere  
 Italicae gentes, Graeci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum  
 uocant. Ei in utrumque mare uergentes incoluere urbis 9  
 duodenis terras, prius cis Appenninum ad inferum mare,

3 et inuexisse *PFUpBEHDLA* : et inuexasse *O* : ut inuexisse *M*  
*Vorm.* : at inuexisse *Vorm.*<sup>2</sup> : *defit Ver.* is fuerat *scripsi* (cf.  
*Praef.* § 5 *adn.*) : ipse fuerat *Ver.* : is fuerat ipse *Vorm.* *PFUpBOEH*  
*DLA* : es fuerat ipse *M* (*ubi es erasum*) : fuerat ipse *A*<sup>2</sup> poenae  
 (-ne) *UpHD* : paene *P* : paenae *E* : paenænae *L* : pene *FBOA* :  
 poenem *M* : poenam *M<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* : poena *Ver.* nequirent *MPFUpBO*  
*EHDL* : nequiret *Ver.* *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>A* 8 Hadriaticum *Edd. uet.* :  
 hadriatum *Ver.* : atriaticum *MPFUpB* : adriaticum *M<sup>2</sup>OEHDLA*  
 mare ab Hatria in *Ver.* *deletum est*, sed duas saltem plures litteras habet  
 (etiam si Atria scribas) quam spatiū capit : in promptu est mare  
 expellere ; etiam sic linea in *Ver.* 18 litteras (qui numerus raro exceditur)  
 habebit Hatria *scripsi* (uide sis The Italic Dialects (Cantab. 1897),  
 p. 450) : atria *MPFBDA* : adria *UpOEHL* Adriaticum *MPFUp*  
*BOEHDL* (Gr. Ἀδρίας) : Hadriaticum *Ver.* : adryaticum *A* uocant.  
 Ei *Edd. uet.* : uocant et *Ver.* *Vorm.* *ME? HDLA* : uocante *PFBE?* (et  
 hic interpungunt) : uocantes *Up* : uocat. Et *M<sup>2</sup>* : uocant. Et *M<sup>3</sup>* :  
 uocant *OE<sup>3</sup>*

postea trans Appenninum totidem, quot capita originis  
 10 erant, coloniis missis, quae trans Padum omnia loca,—ex-  
 cepto Venetorum angulo qui sinum circumcolunt maris,—  
 11 usque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud  
 dubie origo est, maxime Raetis, quos loca ipsa efferarunt ne  
 quid ex antiquo praeter sonum linguae nec eum incorruptum  
 retinerent.

34 De transitu in Italiam Gallorum haec accepimus : Prisco Tarquinio Romae regnante, Celtarum quae pars Galliae tertia est penes Bituriges summa imperii fuit ; ii regem 2 Celto dabant. Ambigatus is fuit, uirtute fortunaque cum sua, tum publica praepollens, quod in imperio eius Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit ut abundans multitudo 3 uix regi uideretur posse. Hic magno natu ipse iam exonerare praegrauante turba regnum cupiens, Bellouesum ac Segouesum sororis filios impigros iuuenes missurum se esse in quas 4 di dedissent auguriis sedes ostendit ; quantum ipsi uellent numerum hominum excirent ne qua gens arcere aduenientes posset. Tum Segoueso sortibus dati Hercynei saltus ; Belloueso haud paulo laetiorem in Italiam uiam di dabant. 5 Is quod eius ex populis abundabat, Bituriges, Aruernos, Senones, Haeduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos exciuit. Profectus ingentibus peditum equitumque copiis in Tricas- 6 tinos uenit. Alpes inde oppositae erant ; quas inexsuperata-

11 Raetis *Madv.* : raetiis *MPHL* : retiis *P<sup>2</sup>FUpOED<sup>3</sup>* : reciis *B* : ratiis *D?* : ratus *A*

34 3 Segouesum *Up* (*cf. § 4 et Segouia, Segontiaci*) : sigouesum *MPF BOEHDLA* 4 Segoueso *MPFUpBEHDA* : sigoueso *P<sup>3</sup>OD<sup>3</sup>LA<sup>2</sup>*

5 eius ex *Vorm.?* *MPFUpBOEHDLA* (*tutatur Rhenanus ad Ambigatum referens*) : eis ex *A<sup>3</sup>* uel *A<sup>2</sup>*, fort. recte : ea gens *dett.* : septem ex *Gron.* : regis ex *Zingerle* : Celticis ex *Karsten* : e sex *Madv. u. inf.* (*sed quoad obseruauimus Liuius ante s- semper ex scribit*) Aruernos *MPFUpOED<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* uel *A<sup>1</sup>* : aruennos *HDL* : ac uernos *B* Senones Haeduos *H. J. Mueller* (*cf. § 9*) : senones aeduos *MPFUpBOEHDLA* : Aeduos (*de lensus Senones*) *Madv.*, *ut quadret sex suum supra*. Tricassinos *Edd. uet. ex 21. 31. 9, Sil. Ital. 3. 466 al.* : tricassinos *MPUpBO EHLA* : tris caspinos *D*

biles uisas haud equidem miror, nulladum uia, quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet, superatas. Ibi cum uelut saeptos montium altitudo teneret 7 Gallos, circumspectarentque quanam per iuncta caelo iuga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam tenuit quod allatum est aduenas quaerentes agrum ab Saluum gente oppugnari. Massilienses erant ii, nauibus a Phocaea 8 profecti. Id Galli fortunae suae omen rati, adiuuere ut quem primum in terram egressi occupauerant locum patientibus Saluis communirent. Ipsi per Taurinos saltus <saltum> que Duriae Alpes transcenderunt ; fusisque acie 9 Tuscis haud procul Ticino flumine, cum in quo consederant agrum Insubrium appellari audissent cognominem Insubribus pago Haeduorum, ibi omen sequentes loci condidere urbem ; Mediolanium appellarunt. Alia subinde manus 35 Cenomanorum Etitouio duce uestigia priorum secuta eodem saltu fauente Belloueso cum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt locos tenuere. Libui considunt 2

6-7 superatas. Ibi *PFUpBOEHD<sup>2</sup>A<sup>2</sup> uel A<sup>3</sup>* (sed punctum a *P<sup>2</sup>F<sup>2</sup>* demum interpositum) : superatas sibi *MD?LA* : superatas ; bi *D<sup>6</sup>* (erasor aliqui futtilis qui in hoc codice litteram I capitalem et alibi e.g. in Itaque 5. 13. 10 deluit, seu quia T esse putauit, seu alia aliqua de causa)

7 orbem terrarum transirent *PFUpBOEHDLA* : orbem siren *M*, mire Saluum *MPFU<sup>p</sup>BEDLA* : Salluum *Edd.* uet. (ex c. 35. 2 inf. et Periocha 60, 61 ; cf. C. I. L. i<sup>1</sup>, p. 460) : salluum *OE<sup>2</sup>H* : saluum *Vorm.* *A<sup>3</sup>* 8 patientibus Saluis *Valesius* : patentibus siluis *MPFU<sup>p</sup>OEHDLA* : patentibus siluis *B* saltus saltumque Duriae Alpes scripsi, *Madvigii uestigiis insistens qui saltus uallemque Duriae Alpes luculenter diuinauit* : saltusque iuriae Alpes *H* (fort. recte si Duriae pro iuriae corriges) : saltusque iuliae alte alpis *PE?* : saltusquae iuliae alte alpis *FB* (alpes *F<sup>2</sup>*) : saltusque iuliae alta alpis *Up* : saltusque iuliae alpis *Vorm.* *MÖE<sup>2</sup> uel E<sup>3</sup>DLA* (alpes *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>*) : saltusque iulie alpes *A<sup>2</sup>* : saltusque inuiae Alpis *Rhenan.* 9 Ticino *F<sup>2</sup>OEDA* *Edd.* uet. : ticeno *MPFU<sup>p</sup>BHL* cognominem *M, Ed.* Frob. 1531 : cognomine *Vorm.?* *M<sup>2</sup>PFUpBOEHDLA* Haeduorum *MFE* : heduorum *PBO* : hedorum *H* : aeduorum *UpDL* : eduorum *A* omen *MP<sup>2</sup>UpOEDLA* : omene *FB* : omnem *PH* : omi *F<sup>2</sup>*

35 1 Cenomanorum *Glareanus ex Plin.* 3. 19. 130 al. : germanorum *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* Etitouio *Vorm.* *A* (clare) : etytoouio *M* (uel fort. et touio *M* : etitouio *M<sup>2</sup>*) : elytouio *PFBE* : elitouio *UpOD<sup>4</sup>* ut secundam lectionem : ettoueo *H* : ettitouio *DL*

post hos Salluuiique, prope antiquam gentem Laeos Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Poenino deinde Boii Lingonesque transgressi cum iam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Etruscos modo sed etiam Vmbros agro pellunt ; intra Appenninum tamen 3 sese tenuere. Tum Senones, recentissimi aduenarum, ab Utente flumine usque ad Aesim fines habuere. Hanc gentem Clusium Romamque inde uenisce comperio : id parum certum est, solamne an ab omnibus Cisalpinorum Gallorum populis adiutam.

4 Clusini nouo bello exterriti, cum multitudinem, cum formas hominum inuisitatas cernerent et genus armorum, audirentque saepe ab iis cis Padum ultraque legiones Etruscorum fusas, quamquam aduersus Romanos nullum eis ius societatis amicitiaeue erat, nisi quod Veientes consanguineos aduersus populum Romanum non defendissent, legatos Romam qui 5 auxilium ab senatu peterent misere. De auxilio nihil imperatum ; legati tres M. Fabi Ambusti filii missi, qui senatus populique Romani nomine agerent cum Gallis ne a quibus nullam iniuriam accepissent socios populi Romani atque 6 amicos oppugnarent. Romanis eos bello quoque si res cogat tuendos esse ; sed melius uisum bellum ipsum amo-

2 Salluuique *Madv.* : salluuii (*uel -lluuii*) qui *MPFU<sub>p</sub>BOEHA* : saluuui qui *DL* prope *PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : prôte (? = prompte) *M* : protē *M<sup>3</sup>* : praeter *Vorm.* : propter *Madv. Ed. 3, fort. recte. Vetus tamen sententiarum ordo quem a Rhenano acceperunt Glar. et Drak., non temere spernendus est : . . . ubi nunc B. et V. urbes sunt (locos tenuere Libui) considunt. Post hos Salluuii, prope antiquam . . . *Sed Madvigium Emend.<sup>2</sup> p. 145 potius sequimur* Poenino deinde *E<sup>3</sup> Edd. uet.* : poeni nonne inde *M* : poeninon deinde *Vorm. M<sup>2</sup>* (*uel M<sup>1</sup>*) *UpOE<sup>1</sup>H* (*num recte?*) : paeni non deinde *PL* : peninon deinde *FBA* : poeninen deinde *O* : poenis non deinde *E* : pene noti *D<sup>3</sup> in ras.**

3 an ab *MPFBOEHDLA* : *om. ab Up* Cisalpinorum *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : a cis alpinorum *M* 5 legati tres *UpA* *marg. dett.* (cf. c. 36. 6) : *om. tres Vorm. MPFBOEHDLA* (*scil. III ante sequentem litteram m deperditum, ut monet Alsch.*) populique *A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup> dett. aliq. Ald.* : *om. que MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed pro populi Romani in BED pī tantum*)

ueri si posset, et Gallos nouam gentem pace potius cognosci quam armis.

Mitis legatio, ni praeferoce legatos Gallisque magis quam <sup>36</sup> Romanis similes habuisset. Quibus postquam mandata ediderunt in concilio [Gallorum] datur responsum, etsi nouum <sup>2</sup> nomen audiant Romanorum, tamen credere uiros fortes esse quorum auxilium a Clusinis in re trepida sit imploratum ; et <sup>3</sup> quoniam legatione aduersus se maluerint quam armis tueri socios, ne se quidem pacem quam illi adferant aspernari, si Gallis egentibus agro, quem latius possideant quam colant Clusini, partem finium concedant ; aliter pacem impetrari non posse. Et responsum coram Romanis accipere uelle et <sup>4</sup> si negetur ager, coram iisdem Romanis dimicatuos, ut nuntiare domum possent quantum Galli uirtute ceteros mortales praestarent. Quodnam id ius esset agrum a possessoribus <sup>5</sup> petere aut minari arma Romanis quaerentibus et quid in Etruria rei Gallis esset, cum illi se in armis ius ferre et omnia fortium uirorum esse ferociter dicerent, accensis utrimque animis ad arma discurritur et proelium conseritur. Ibi iam urgentibus Romanam urbem fatis legati contra ius <sup>6</sup> gentium arma capiunt. Nec id clam esse potuit cum ante signa Etruscorum tres nobilissimi fortissimique Romanae iuuentutis pugnarent ; tantum eminebat peregrina uirtus. Quin etiam Q. Fabius, euectus extra aciem equo, ducem <sup>7</sup> Gallorum, ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem, per latus transfixum hasta occidit ; spoliaque eius legentem Galli agnouere, perque totam aciem Romanum legatum esse signum datum est. Omissa inde in Clusinos ira, receptui <sup>8</sup> canunt minantes Romanis. Erant qui exemplo Romam

<sup>36</sup> 1 in concilio Gallorum *MPF<sup>2</sup>UpBEHDLA* : in concilio galorum *F* : in consilio *O*, qui recte, ut credimus, om. Gallorum, cf. 3. 72. 6 *adn.* datur *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : datum Zingerle (*nisi forte preli error inrepserit*) <sup>3</sup> maluerint *P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BHD<sup>3</sup>A* : maluerit *MPC EDL* <sup>4</sup> Romanis *Vorm.* *MHDLA* : romanis ē (= est) *O* : romanis se *PFUpBED<sup>3</sup>* (*fort. recte*) <sup>7</sup> incursantem *MP<sup>1</sup>FBOE HDLA* : incursantes *PUp*

eundum censerent; uicere seniores, ut legati prius mitte-  
rentur questum iniurias postulatumque ut pro iure gentium  
9 uiolato Fabii dederentur. Legati Gallorum cum ea sicut  
erant mandata exposuissent, senatui nec factum placebat  
Fabiorum et ius postulare barbari uidebantur; sed ne id  
quod placebat decerneretur in tantae nobilitatis uiris ambitio  
10 obstabat. Itaque ne penes ipsos culpa esset cladis forte  
Gallico bello acceptae, cognitionem de postulatis Gallorum  
ad populum reiciunt; ubi tanto plus gratia atque opes  
valuere ut quorum de poena agebatur tribuni militum con-  
11 sulari potestate in insequentem annum crearentur. Quo  
facto haud secus quam dignum erat infensi Galli bellum  
propalam minantes ad suos redeunt. Tribuni militum cum  
tribus Fabiis creati Q. Sulpicius Longus Q. Seruilius quartum  
P. Cornelius Maluginensis.

**37** Cum tanta moles mali instaret—adeo occaecat animos  
fortuna, ubi uim suam ingruentem refringi non uolt—ciui-  
tas quae aduersus Fidenatem ac Veientem hostem aliosque  
finitimos populos ultima experiens auxilia dictatorem multis

9 Fabiorum et ius . . . id quod placebat *om.* *DA add.* *D<sup>4</sup>* *marg.*  
*(sed cum placebant) A<sup>2</sup>* placebat *MUpOEHLA<sup>2</sup>*: placebant *PF*  
*BD<sup>4</sup>* *(sed in F -la- erasum)*: petebant *F<sup>2</sup>* decerneretur *F<sup>2</sup>* *in*  
*ras. E (ut credo) D dett. unus (Lov. 5) optime*: decernerent *Gron.*:  
decerneret *MPUpBOHLA*: decernere *dett. unus (Lov. 1)*  
10 *cladis forte MPFUpBOEDLA*: caldis forte *H*: *cladis si forte*  
*Madv.*: *si clades forent H. I. Mueller, sed codicum lectionem tutati sunt*  
*amplissime Gron. et Drak.*; cf. 9. 18. 4 (*ubi etiam uictis idem est atque*  
*etiam si uicti essent*). *Plura uide sis in Class. Quarterly* (v) 1911, p. 13

11 haud secus *MPFUpBOED<sup>3</sup>LA*: aut secus *D*: *om.* haud *H*  
quartum *Bekker*: quarto *MPFUpBOEDLA*: *om.* *H* P. Cornelius  
*H. J. Mueller ex Diodor. 15. 20. 1 (unde Sigan. codd. peioribus fretus*  
*Ser. Cornelius traxerat)*: *om.* *H*: *p. seruilius MPFUpBOEDLA*;  
*sed cognomen Maluginensis ad Cornelios non Seruilius pertinet*;  
*Sigoniis eundem esse uoluit qui 6. 6. 3; 6. 18. 1; 6. 22. 1; 6. 27. 2;*  
*6. 36. 3; 6. 38. 2 nominatur, ut sic explicarentur testimonia Fastorum*  
*(C. I. L. i<sup>2</sup>, p. 124) de Maluginensi quodam consule VI et VII annis a.*  
*Chr. n. 370 et 368. Sed refragantur (in consulatum numero) codd.*  
*nostri ad 6. 18. 1 et 6. 22. 1 ut et hic (in praenomine) quem citauimus*  
*Diod. 15. 20. 1*

37 <sup>1</sup> refringi *MPFUpBOEDLA*: restringi *H* ultima *P<sup>2</sup>FUp*  
*BOE<sup>1</sup>HDLA*: ultime *MPE*

tempestatibus dixisset, ea tunc inuisitato atque inaudito 2  
hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente,  
nihil extraordinarii imperii aut auxili i quaesiuit. Tribuni 3  
quorum temeritate bellum contractum erat summae rerum  
praeerant, dilectumque nibilo accuratiorem quam ad media  
bella haberi solitus erat, extenuantes etiam famam belli,  
habebant. Interim Galli postquam accepere ultro honorem 4  
habitum uiolatoribus iuris humani elusamque legationem  
suam esse, flagrantes ira cuius impotens est gens, confestim  
signis conuolsis citato agmine iter ingrediuntur. Ad quorum 5  
praetereuntium raptim tumultum cum exterritae urbes ad  
arma concurrerent fugaque agrestium fieret, Romam se ire  
magno clamore significabant quacumque ibant, equis uiris-  
que longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci.  
Sed antecedente fama nuntiisque Clusinorum, deinceps 6  
inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas  
hostium tulit, quippe quibus uelut tumultuario exercitu 7  
raptim ducto aegre ad undecimum lapidem occursum est,  
qua flumen Allia, Crustumini montibus praevalto defluens  
alueo, haud multum infra uiam Tiberino amni miscetur.  
Iam omnia contra circaque hostium plena erant et nata in 8  
uanos tumultus gens truci cantu clamoribusque uariis hor-  
rendo cuncta compleuerant sono.

Ibi tribuni militum non loco castris ante capto, non pree- 38  
munito uallo quo receptus esset, non deorum saltem si non  
hominum memores, nec auspicato nec litato, instruunt  
aciem, diductam in cornua ne circumueniri multitudine  
hostium possent; nec tamen aequari frontes poterant cum 2  
extenuando infirmam et uix cohaerentem medium aciem  
haberent. Paulum erat ab dextera editi loci quem subsi-

*7 ad undecimum lapidem PF? UpOEHDLA (sed in H ante XI  
aliquid erasum): aduxi lapidem B: ad pidem M Allia MF<sup>2</sup> uel  
F<sup>3</sup>UpOE<sup>1</sup>HD<sup>3</sup> uel D<sup>2</sup>LA: alia PFBE: illi D (qui et Crustumini  
praebet, Crustumini D<sup>3</sup>) miscetur P<sup>2</sup>FB<sup>1</sup>UpD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>: miscentur  
MPBOEHDLA*

38 2 frontes MF<sup>3</sup>Up<sup>2</sup>OE<sup>1</sup>HDLA: fortes PU<sub>p</sub>BE

diariis repleri placuit, eaque res ut initium pauoris ac fugae,  
 3 sic una salus fugientibus fuit. Nam Brennus regulus Gallo-  
 rum in paucitate hostium artem maxime timens, ratus ad id  
 captum superiorem locum ut ubi Galli cum acie legionum  
 recta fronte concurrisserent subsidia in auersos transuersos-  
 4 que impétum darent, ad subsidiarios signa conuertit, si eos  
 loco depulisset haud dubius facilem in aequo campi tantum  
 superanti multitudini uictoriam fore. Adeo non fortuna  
 5 modo sed ratio etiam cum barbaris stabat. In altera acie  
 nihil simile Romanis, non apud duces, non apud milites  
 erat. Pauor fugaque occupauerat animos et tanta omnium  
 obliuio, ut multo maior pars Veios in hostium urbem, cum  
 Tiberis arceret, quam recto itinere Romam ad coniuges ac  
 6 liberos fugerent. Parumper subsidiarios tutatus est locus ;  
 in reliqua acie simul est clamor proximis ab latere, ultimis  
 ab tergo auditus, ignotum hostem prius paene quam uide-  
 rent, non modo non temptato certamine sed ne clamore  
 7 quidem redditio integri intactique fugerunt ; nec ulla caedes  
 pugnantium fuit ; terga caesa suomet ipsorum certamine in  
 8 turba impedientium fugam. Circa ripam Tiberis quo armis  
 abiectis totum sinistrum cornu defugit, magna strages facta  
 est, multosque imperitos nandi aut inualidos, graues loricis  
 9 aliisque tegminibus, hausere gurgites ; maxima tamen pars  
 incolumis Veios perfugit, unde non modo praesidii quic-  
 quam sed ne nuntius quidem cladis Romam est missus.  
 10 Ab dextro cornu quod procul a flumine et magis sub monte

<sup>3</sup> concurrisserent *M* : concurrisserent *PFUpBOEHL* : cucurrisserent  
*DA* <sup>4</sup> superanti *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : superante *M<sup>3</sup>*  
 multitudini *PFUpBOEHDLA* : multitudine *e M* : multitudine *M<sup>2</sup>*  
 5 omnium *Gron. et fort. D* (*oūm*) : hominum *MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>1</sup>*  
*uel DLA* (*in D h- in artiore spatio postea demum additum esse credi  
 potest*) <sup>6</sup> proximis *MPU<sub>p</sub>OEHD<sup>1</sup>LA* : proximus *P<sup>2</sup>FBD<sup>3</sup>* (*in F*  
*etiam utimus, in B ultimus pro ultimis*) <sup>7</sup> nec ulla *MUpD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* :  
 ne ulla *MPFBOEHDLA* <sup>8</sup> defugit *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : re-  
 fugit *Wesenberg* <sup>10</sup> flumine *MF<sup>3</sup>O<sup>1</sup>E<sup>1</sup>HD<sup>1</sup>LA* : fluminis *PF? BE* :  
 fluminis ripa *Up* magis sub *MUpOEHDLA* : magnis sib *P* :  
 magis sib *P<sup>1</sup>B* : magissin *F* : magis in *F<sup>1</sup>* (*cum sub glossema ī (i. e. in)*  
*conflatum esse uidetur*) monte *PFUpBOEHDLA* : montes *MA<sup>2</sup>*

steterat, Romam omnes petiere et ne clausis quidem portis urbis in arcem confugerunt.

Gallos quoque uelut obstupefactos miraculum uictoriae 39 tam repentinae tenuit, et ipsi pauore defixi primum steterunt, uelut ignari quid accidisset; deinde insidias uereri; postremo caesorum spolia legere armorumque cumulos, ut mos eis est, coaceruare; tum demum postquam nihil usquam hostile 2 cernebatur uiam ingressi, haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perueniunt. Vbi cum praegressi equites non portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris rettulissent, aliud priori simile miraculum eos sustinuit; noctemque ueriti et ignotae situm urbis, 3 inter Romam atque Anienem consedere, exploratoribus missis circa moenia aliasque portas quaenam hostibus in perdita re consilia essent. Romani cum pars maior ex acie 4 Veios petisset quam Romam, nemo superesse quemquam praeter eos qui Romam refugerant crederet, complorati omnes pariter uiui mortuique totam prope urbem lamentis impleuerunt. Priuatos deinde luctus stupefecit publicus 5 pauor, postquam hostes adesse nuntiatum est; mox ululatus cantusque dissonos uagantibus circa moenia turmatim barbaris audiebant. Omne inde tempus suspensos ita tenuit 6 animos usque ad lucem alteram ut identidem iam in urbem futurus uideretur impetus; primo aduentu, quia accesserant ad urbem,—mansuros enim ad Alliam fuisse nisi hoc consilii foret,—deinde sub occasum solis, quia haud multum diei 7 supererat,—ante noctem *(enim)* [rati se] inuasuros;—tum in noctem dilatum consilium esse, quo plus pauoris inferrent.

39 4 crederet *F<sup>3</sup>A<sup>1</sup>* Edd. uet.: crederent *Vorm. MPFU<sub>p</sub>BOEHD LA* (*scil. post refugerant corruptum*) 5 barbaris audiebant] *his uocibus rursus inc. Ver.* 6 Omne *MPFU<sub>p</sub>BE<sup>3</sup>HDLA*: omnes *Ver. OE* aduentu quia *Ver. E<sup>1</sup>*, *coniecturam Drakenborchii confirmantes*: aduentu qui *M<sup>2</sup>F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup>OE<sup>2</sup>H<sup>1</sup>D<sup>3</sup>A*: aduentus qui *MPF UpBEHDL* 7 *(enim)* [rati se] *Walters*: rati se *MPFU<sub>p</sub>OEHD LA*: ratu se *B*: se rati dett. unus: rati *Ver.* : ratis *Luterb.*; *de loco uide sis Class. Quarterly v (1911) p. 14*

8 Postremo lux appropinquans examinare, timorique perpetuo ipsum malum continens fuit cum signa infesta portis sunt inflata. Nequaquam tamen ea nocte neque insequentie die similis illi quae ad Alliam tam pauide fugerat ciuitas fuit.  
 9 Nam cum defendi urbem posse tam parua relicta manu spes nulla esset, placuit cum coniugibus ac liberis iuuentutem militarem senatusque robur in arcem Capitoliumque concendi, armisque et frumento conlato, ex loco inde munito  
 10 deos hominesque et Romanum nomen defendere; flaminem sacerdotesque Vestales sacra publica a caede, ab incendiis procul auferre, nec ante deserit cultum eorum quam non  
 11 superessent qui colerent. si arx Capitoliumque, sedes deorum, si senatus, caput publici consilii, si militaris iuuentus superfuero imminentि ruinae urbis, facilem iacturam esse  
 12 seniorum relictiae in urbe utique periturae turbae. Et quo id aequiore animo de plebe multitudo ferret, senes triumphales consularesque simul se cum illis palam dicere obituros, nec his corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam possent, oneraturos inopiam armatorum.

40 Haec inter seniores morti destinatos iactata solacia. Versae inde adhortationes ad agmen iuuenium quos in Capitolium atque in arcem prosequabantur, commendantes

8 timorique *PFUpBOEHDLA*: timorisque *M* 9 urbem posse *MP<sup>2</sup>FUpBOEHDLA*: urbem posset *P*: posse urbem *Ver.*  
 10 conlato *Ver. UpD?* dett. *alig.*: collata *MPF? BED* (*ut potius credo*) *LA*: collata *O*: collati *D<sup>3</sup>*: collatis *HA<sup>2</sup>*: collatis *F<sup>3</sup>D<sup>4</sup>*  
 11 flaminem *Ver. MPFUUpBOEHD* uel *D<sup>1</sup>LA* (*cf. c. 40. 7*): flamines *F<sup>2</sup>* uel *F<sup>3</sup>D??*: secludit *Mommsen*; sed pro genere feminino uocis sacerdos *cf. c. 40. 10*; *c. 50. 3*; et *Symmach. Ep. 10. 3. 12* Vestales *MPF UpBOEHDLA*: et Vestales *Ver.* eorum *MPFUUpBOEHDLA* (*scil. sacerorum publicorum, cf. 5. 50. 1*): deorum *Ver.* (*cf. 5. 46. 3*) sed nimis late patet sic sententia et post deos § 10 et ante deorum § 12 melius haec mentio deorum abest. *Lectionem Symmachianam tutatur ipse Symmachus (Ep. 10. 3. 9 loco Liuianae dictionis pleno) ubi Romam sic loquentem fingit*: Hic cultus in leges meas orbem redigit; haec sacra Hannibalem a muneribus, a Capitolio Senonas reppulerunt  
 12 superfuerit *MPFUUpBOEHDLA*: superflusset *Ver.* 13 qua id aequiore *MPFUUpBEHDLA* (*sed in E -d pleniore calamo, cf. 1. 41. 4 adn.*): quod id aequiore *O*: quod iniquiore *Ver.*

uituti eorum iuuentaeque urbis per trecentos sexaginta annos omnibus bellis uictoris quaecumque reliqua esset fortuna. Digredientibus qui spem omnem atque opem secum 2 ferebant ab iis qui captae urbis non superesse statuerant exitio, cum ipsa res speciesque miserabilis erat, tum mulie- 3 bris fletus et concursatio incerta nunc hos, nunc illos sequentium rogitantiumque uiros natosque cui se fato darent, nihil quod humani superesset mali relinquebant. Magna 4 pars tamen earum in arcem suos persecutae sunt, nec prohibente ullo nec uocante, quia quod utile obsessis ad minuendam imbellem multitudinem, id parum humanum erat. Alia maxime plebis turba, quam nec capere tam exiguus col- 5 lis nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effusa uelut agmine iam uno petiit Ianiculum. Inde pars per 6 agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas, sine ullo duce aut consensu, suam quisque spem, sua consilia communibus deploratis exsequentes. Flamen interim Quirinalis uirginesque 7 Vestales omissa rerum suarum cura, quae sacrorum secum ferenda, quae quia uires ad omnia ferenda deerant relinqua essent consultantes, quisue ea locus fideli adseruatetus custodia esset, optimum ducunt condita in doliolis 8 sacello proximo aedibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere ; cetera inter se onere partito ferunt uia quae sublico ponte ducit ad Ianiculum. In eo cliuo eas 9

40 3 rogitantiumque *Vorm.*? *MEHDLA*: rogitantiumque *PFUpBO* (*sed in F r- ab F<sup>3</sup> in ras.*): rogitantium *Ver.* humani superesset mali *Finckh*: humanis superesset malis *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed in F -set obscuratum*) 4 imbellem *Ver.* *OE*: inbellem *HDLA*: imbelli *M*: in bello *M<sup>2</sup>*: in bellum *PUpB*: imbellum *F<sup>3</sup> in ras.* (*qui ante ad minuenda (ad mi- tantum ab F) praebet*) 5 alere *MPF UpBOEHDLA*: haber. *Ver.* petit *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: petit *Ver.* 6 communibus *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: communi in *Ver.* exsequentes *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>OEHDLA*: exequentes *B*: sequentes *Madv.* 7 uirginesque *MPFU<sub>p</sub>BEHDLA* (*sed in H quirina liuirginesque*): uirginalesque *O*: uirginem *Ver.*: uirgines *dett. unus* 8 despui *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: de spurio *Ver.* *more suo licentissimo* ferunt *dett. aliq.* *Ed. Frob.* 1531: feruntur *Ver.* *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* ‘uetus scriptura’ *Rhenan.*

cum L. Albinius de plebe Romana homo conspexisset  
plaustro coniugem ac liberos uehens inter ceteram turbam  
10 quae inutilis bello urbe excedebat, saluo etiam tum dis-  
crimine diuinarum humanarumque rerum religiosum ratus  
sacerdotes publicas sacraque populi Romani pedibus ire  
ferrique, se ac suos in uehiculo conspici, descendere uxorem  
ac pueros iussit, uirgines sacraque in plastrum imposuit et  
Caere quo iter sacerdotibus erat peruexit.

- 41 Romae interim satis iam omnibus, ut in tali re, ad tuen-  
dam arcem compositis, turba seniorum domos regressi ad-  
uentum hostium obstinato ad mortem animo exspectabant.  
2 Qui eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunae  
pristicae honorumque aut uirtutis insignibus morerentur,  
quae augustissima uestis est tensas ducentibus triumphanti-  
3 busue, ea uestiti medio aedium eburneis sellis sedere. Sunt  
qui M. Folio pontifice maximo praefante carmen deuouisse  
4 eos se pro patria Quiritibusque Romanis tradant. Galli et  
quia interposita nocte a contentione pugnae remiserant  
animos et quod nec in acie ancipiti usquam certauerant

9 Romana *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* (*sed in MPFB nihil nisi rom scribi-  
tur*) : *om.* *Ver.* *fort.* *recte,* *siquidem* *rom illud ex sequenti uoce homo  
nasci potuit* uehens dett. *unus* (*Voss. I;* cf. *Val. Max. I. I. 10*) :  
habens *Ver.* *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *auehens Madv. fort.* *recte* (cf. I.  
14. 9) *excedebat Ver.* *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>P<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *accedebat P:*  
. *ccedebat M ubi prima littera ab M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup> prorsus deleta* 10 *re-*  
*ligiosum Vaassen, a Veronensi confirmatus* : *in religiosum MPFBO*  
*EHDL* : *in religiosum A* : *irreligiosum UpD<sup>3</sup>* *publicas Vaassen,*  
*ab Up confirmatus* : *publicos Ver.* *MPFB<sup>p</sup>EHDLA* *se ac suos*  
*MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *ac suos Ver.*

41 1 regressi *Ver.* (*cum exspectabant*) : *regressa MPFU<sup>p</sup>BOEHD*  
*LA* (*cum exspectabat*) 2 *aut uirtutis MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *ac*  
*uirtutis Ver.* *dett.* tensas *MPFU<sup>p</sup>BEHDLA* : *tensa M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>* :  
*censas Ver.* *eburneis UpOA<sup>2</sup>* *dett.* (cf. § 9) : *aeburnis D* : *eburnis*  
*Ver.* *MPFBEHLA* (cf. *Drak. ad 30. 15. 11*) 3 *Folio Ver.* : *filio*  
*ME* : *flauio M<sup>3</sup>* : *fabio PFU<sup>p</sup>BOE<sup>2</sup> marg.* *HDLA* *praefante*  
*Ver.* *MPU<sup>p</sup>OEHD<sup>4</sup>L* : *prae phante DA* : *praeente P<sup>2</sup> marg.* :  
*praeente praefate FB* *pro patria Quiritibusque Romanis Ver.*  
*MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : *pro patria ante se ponunt dett. tres* : *pro populo*  
*Romano Quiritibusque Brisson* (cf. 8. 6. 13; 8. 9. 8; 22. 10. 2), *optime*  
*quidem* (*siquidem pro pro p poro substitutum esse potest*) ; *tot tamen*  
*codicum lectionem nisi coacti non mutamus*

proelio nec tum impetu aut ui capiebant urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem patente Collina porta in forum perueniunt, circumferentes oculos ad tempa deum arcemque solam belli speciem tenentem. Inde, 5 modico relicto praesidio ne quis in dissipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad praedam uacuis occursu hominum uiis, pars in proxima quaeque tectorum agmine ruunt, pars ultima, uelut ea demum intacta et referta praeda, petunt ; inde rursus ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus 6 hostilis uagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca congregabati redibant ; ubi eos, plebis aedificiis obseratis, pa- 7 tentibus atriis principum, maior prope cunctatio tenebat aperta quam clausa inuadendi ; adeo haud secus quam 8 uenerabundi intuebantur in aedium uestibulis sedentes uiros, praeter ornatum habitumque humano augustiorem, maiestate etiam quam uoltus grauitasque oris p[ro]ae se ferebat simillimos dis. Ad eos uelut simulacra uersi cum starent, M. Papirius, 9 unus ex iis, dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti scipione eburneo in caput incusso iram mouisse, atque ab eo initium caedis ortum, ceteros in sedibus suis trucidatos ; post principum caudem 10 nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhaustis inici ignes.

Ceterum, seu non omnibus delendi urbem libido erat, seu 42

4 urbem (*post die*) *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : om. dett. duo, Gron., sed cf. c. 43. 4 arcemque solam *Ver. O<sup>E</sup>HDLA* : arcemque totam solam *MA<sup>2</sup>* : arcem totamque solam *PFE* : artem totamque solam *B* : arcemque totamque solam *Up* ; cf. *Praef.* § 5 cum *adn.* 5 agmine ruunt *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : . a . . . . e . . . ruunt (*num fuit proruunt?*) *Ver.* 6 redibant *F<sup>3</sup> uel F<sup>2</sup>D<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : rediebant *Ver. MPFU<sub>p</sub> BOEHDLA* 8 maiestate etiam quam *Ver. UpE* : maiestatem etiam qua *MPHDL* : maiestatem etiam quam *P<sup>2</sup>FBOA* (*sed in A magest-, corr. A<sup>2</sup> et et-ab A<sup>2</sup> in ras.*) 9 grauitasque *PFU<sub>p</sub>BOEHD LA* : grauitas quaeque *M* 9 ad eos uelut *MPFU<sub>p</sub>BOEHD A* : ad eos uelud *L* : adeo uelut ad *Ver.* 10 principum caudem] *post haec defit Ver. usque ad c. 43. 4* exhaustis *M? P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>O<sup>1</sup>E<sup>1</sup>HD<sup>3</sup>L* : exhaustis *BA<sup>2</sup>* : exhausti *PED* : exhausti *A* : exhaustos *M<sup>2</sup>* : exauri *O* 42 1 delendi urbem *F<sup>2</sup> uel F<sup>3</sup>UpOE<sup>A<sup>2</sup></sup>* dett. alig. : delende urbem *PFBDLA* (-dae *P<sup>2</sup>B*) : delaendae urbem *Vorm. MH* (*sed in Vorm.-len-*) : delendae urbis dett. duo *Rhenan*.

ita placuerat principibus Gallorum et ostentari quaedam incendia terroris causa, si compelli ad ditionem caritate  
 2 sedum suarum obsessi possent, et non omnia concremari tecta ut quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent, nequaquam perinde atque in capta urbe primo die aut passim aut late uagatus est ignis.  
 3 Romani ex arce plenam hostium urbem cernentes uagosque per uias omnes cursus, cum alia atque alia parte noua aliqua clades oreretur, non mentibus solum concipere sed ne auri-  
 4 bus quidem atque oculis satis constare poterant. Quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammae et fragor ruentium tectorum auertisset, pauentes ad omnia animos oraue et oculos flectebant, uelut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriae nec ullius  
 5 rerum suarum relictii praeterquam corporum uindices, tanto ante alios miserandi magis qui unquam obsessi sunt quod interclusi a patria obsidebantur, omnia sua cernentes in  
 6 hostium potestate. Nec tranquillior nox diem tam foede actum exceptit; lux deinde noctem inquieta insecura est, nec ullum erat tempus quod a nouae semper cladis alicuius  
 7 spectaculo cessaret. Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos quin etsi omnia flammis ac ruinis aequata uidissent, quamuis inopem paruumque quem tene-  
 8 bant collem libertati relictum uirtute defenderent; et iam cum eadem cottidie acciderent, uelut adsueti malis abaliena-

1 sedum *Vorm.* *M*: sedium *M<sup>2</sup>PFU<sub>p</sub>BOE<sup>3</sup>* in ras. *HDLA*  
 2 primo *H. J. Mueller* (*ut post urbe corruptum*) : prima *MPFU<sub>p</sub>BOEH*  
*DLA* 3 oreretur *MPFBEDLA* : oriretur *F<sup>3</sup>U<sub>p</sub>OE<sup>3</sup>HD<sup>1</sup>* uel *D<sup>3</sup>A<sup>2</sup>*  
 uel *A<sup>3</sup>*, cf. 2, 16, 2 *adn.* concipere *MPFU<sub>p</sub>BOE<sup>2</sup>HDLA* : incipere  
*E* : concidere *Rhenan.* ('i. e. concidebant') : consipere *Lipsius*, uerbum  
*longius* *quaesitum* : concipere rem *H. J. Mueller*, uix necessario cum clades  
*tam proxime stat* : constare et concipere ordine commutat *Karsten*, quod,  
*si quid mutandum sit, non displiceat* 4 clamor hostium *A<sup>2</sup>* uel *A<sup>3</sup>*  
*dett. aliq.* : clamor sonitus hostium *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* corporum  
*PFU<sub>p</sub>BOEHDL* (*ubi lineam incipit*) *A* : id corporum *M* (*unde?*)  
 6 inquieta insecura *Gron.* : inquietam insecura *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* :  
*inquietam secuta dett. aliq.* quod a *PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : *om. a M*  
 7 quin etsi *PFU<sub>p</sub>BEHDLA* : qui net si *M* : qui nec si *O*

uerant ab sensu rerum suarum animos, arma tantum ferumque in dextris uelut solas reliquias spei suae intuentes.

Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis nequi- 43  
quam bello gesto cum inter incendia ac ruinas captae urbis nihil superesse praeter armatos hostes uiderent, nec quicquam tot cladibus territos nec flexuros ad deditio[n]em animos ni uis adhiberetur, experiri ultima et impetum facere in arcem statuunt. Prima luce signo dato multitudo omnis in foro 2 instruitur ; inde clamore sublato ac testudine facta subeunt. Aduersus quos Romani nihil temere nec trepide ; ad omnes aditus stationibus firmatis, qua signa ferri uidebant ea robore uirorum opposito scandere hostem sinunt, quo successerit magis in arduum eo pelli posse per proclive facilius rati. Medio fere cliuo restitere ; atque inde ex loco superiore qui 3 prope sua sponte in hostem inferebat impetu facto, strage ac ruina fudere Gallos ; ut nunquam postea nec pars nec uniuersi temptauerint tale pugnae genus. Omissa itaque 4 spe per uim atque arma subeundi obsidionem parant, cuius ad id tempus immemores et quod in urbe fuerat frumentum incendiis urbis absumpserant, et ex agris per eos ipsos dies raptum omne Veios erat. Igitur exercitu diuiso partim 5 per finitimos populos praedari placuit, partim obsideri

43 1 nec quicquam *P<sup>2</sup>FBDL* dett. aliq. : ne quicquam *A* : nequicquam *PA<sup>2</sup>* : nequicquam *MUpOEH* : nequaquam *Whibley* facere in arcem *MP<sup>2</sup>FUpBOED<sup>3</sup>A* : facere arcem *D?L* : faceret in arcem *P* : faceres arcem *HD?* (*scil. s ex 1 (signo Floriacensi pro 1) natum ut indicat Walters, Class. Quart. ii (1908) 210 n.*), cf. 1. 24. 7; 4. 3. 17; 5. 45. 4; 5. 47. 2; 5. 52. 4; 7. 13. 9; 9. 30. 3 ; fort. etiam 9. 11. 10. *Eandem fort. originem habuit confusio illa inter contio et coitio (3. 35. 9 adn.)*

2 firmatis *Vorm.?* *PFUpBOEHDLA* : firmati *M* successorit *PFUpBOEHDLA* : successerint *MA<sup>2</sup>* 3 strage *MPFUpBOE HDLA* : *(tanta)* strage *H. J. Mueller*, strage *(ea)* *Madv.*, ambo uix necessario, cf. 6. 18. 9 4 frumentum incendiis] his uocibus rursus inc. Ver. eos ipsos Ver. : ipsos *MPFUpBOEHDLA* : malimus ipsos omissum, ut additamentum per quod genuinum eos in Nicomacheis periit ; cf. 9. 5. 13 adn. 5 obsideri Ver. *MPFUpBOEHDLA* : obsidere dubitanter *Drak.*; sed *Passuum* tutatur non modo codicum consensus sed *Adv.* partim, pro quo partem cum *Actiuo stetisset*

arcem, ut obsidentibus frumentum poplatores agrorum praeberent.

6 Proficiscentes Gallos ab urbe ad Romanam experiendam uirtutem fortuna ipsa Ardeam ubi Camillus exsulabat duxit ;  
 7 qui maestior ibi fortuna publica quam sua cum dis homini-  
 busque accusandis senesceret, indignando mirandoque ubi  
 illi uiri essent qui secum Veios Faleriosque cepissent, qui  
 8 alia bella fortius semper quam felicius gessissent, repente  
 audit Gallorum exercitum aduentare atque de eo pauidos  
 Ardeates consultare. Nec secus quam diuino spiritu tactus  
 cum se in mediam contionem intulisset, abstinere suetus  
 44 ante talibus conciliis, ‘Ardeates’ inquit, ‘ueteres amici,  
 noui etiam ciues mei, quando et uestrum beneficium ita  
 tulit et fortuna hoc eguit mea, nemo uestrum condicionis  
 meae oblitum me huc processisse putet ; sed res ac pericu-  
 2 lorum commune cogit quod quisque possit in re trepida pree-  
 sidii in medium conferre. Et quando ego uobis pro tantis  
 uestris in me meritis gratiam referam, si nunc cessauero ?  
 aut ubi usus erit mei uobis, si in bello non fuerit ? Hac  
 arte in patria steti et inuictus bello, in pace ab ingratis ciui-  
 3 bus pulsus sum. Vobis autem, Ardeates, fortuna oblata est  
 et pro tantis populi Romani pristinis beneficiis quanta ipsi  
 meministis—nec enim exprobranda ea apud memores sunt

6 Romanam *Ver.* *MP<sup>2</sup>FUpBOE<sup>1</sup>HDLA* : romam *PE* 8 audit  
*Ver.* *MOEHDLA* : audiuit *PFUpB* pauidos *MPFUpBOEHD*  
*LA* : pauide *Ver.* suetus *M<sup>3</sup>PFUpBOEHD<sup>3</sup>* (*sed in E s- pleniore  
 calamo, cf. 1. 41. 4 adn.*) : setus *Ver.* : uetus *MDLA*

44 1 eguit *Up* : ego ita *P* : ego id *P<sup>2</sup>B* : egit *MF<sup>3</sup>OHDLA* : aegit  
*E<sup>2</sup>* : ego *E* : eg . . . *F* : deficit *Ver.* ante . . . it periculum commune  
*MPFUpBOEHDLA* : communem pericu . . . *Ver.* 2 non fuerit  
*Ver.* *M<sup>1</sup>PFUpBOEHD<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : non ferit *D<sup>2</sup>L* : non foret *D<sup>2</sup>A* : om.  
 non *M* 3 pro tantis populi Romani pristinis *scripsimus*, *O* secuti  
 qui tamen beneficiis *transtulit* ut post tantis stet : om. pristinis *Ver.* *H*  
*Rn<sup>2</sup>* : pro tantis prolatic pr *M* : pro tantis prolatinis *pī Rn DL* : pro  
 tantis pristinis *pī PFBD<sup>4</sup>* (*hic, et in A<sup>3</sup>, ut secundam lectionem*) : pro  
 tantis pristinis p. r. *Up* : pro tantis prolatis pī *M<sup>1</sup>A* (*sed hic pī r<sup>1</sup>*) :  
 pro tantis prolatis pī *D<sup>3</sup>* exprobrandae ea *Alscheski*, *Up* : ex-  
 probrandae *P* : exprobrandae *Ver.* *OEHA* : exprobrande *MD?* *FB* :  
 exprobanda *E<sup>2</sup>* : exprobanda *L* : exprobando *D<sup>2</sup> uel D<sup>4</sup>A<sup>2</sup>*

—gratiae referendae et huic urbi decus ingens belli ex hoste  
communi pariendi. Qui effuso agmine aduentant gens est 4  
cui natura corpora animosque magna magis quam firma  
dederit; eo in certamen omne plus terroris quam uirium  
ferunt. Argumento sit clades Romana. Patentem cepere 5  
urbem: ex arce Capitolioque iis exigua resistitur manu:  
iam obsidionis taedio uicti abscedunt uagique per agros  
palantur. Cibo uinoque raptim hausto repleti, ubi nox 6  
adpetit, prope riuos aquarum sine munimento, sine stationi-  
bus ac custodiis passim ferarum ritu sternuntur, nunc ab  
secundis rebus magis etiam solito incauti. Si uobis in animo 7  
est tueri moenia uestra nec pati haec omnia Galliam fieri,  
prima uigilia capite arma frequentes, me sequimini ad cae-  
dem, non ad pugnam. Nisi uinctos somno uelut pecudes  
trucidandos tradidero, non recuso eudem Ardeae rerum  
mearum exitum quem Romae habui'.

Aquis iniquisque persuasum erat tantum bello uirum 45  
neminem usquam ea tempestate esse. Contione dimissa,  
corpora curant, intenti quam mox signum daretur. Quo  
dato, primae silentio noctis ad portas Camillo praesto fuere.  
Egressi haud procul urbe, sicut praedictum erat, castra Gal- 2  
lorum intuta neglectaque ab omni parte nacti cum ingenti  
clamore inuadunt. Nusquam proelium, omnibus locis caedes 3  
est; nuda corpora et soluta somno trucidantur. Extremos

<sup>4</sup> pariendi. Qui] sic (non post aduentant) interpusimus, Drak.  
monitum et FOED<sup>3</sup> secuti (in O colligendi (pariendi suprascr.), tum spa-  
tium octo litterarum uacuum relictum) Qui MPF? UpBHDLA Ed.  
Rom. 1470: quae F<sup>2</sup>OE<sup>3</sup> dett. Edd. uet. Ald.: quo E aduentant  
L: aduentat MP<sup>2</sup>FUpBOEHDA Ed. Rom. 1469 Ald.: aduertat P.  
Hic in M margine adscripsit quidam (ut credo, M ipse): 'qualis erat  
forma gallorum huiuscemodi est alamannorum' 7 Galliam MP  
FUpBOEHDLA (cf. c. 5. 10 Etruria et Verg. Aen. 7. 233 Troiam):  
a Gallis Ver. (tutantur Zingerle fieri in conferri commutans, et Frig.,  
fieri in ferri cum Up): Gallorum Fragm. Haverk., optimum glossema  
frequentes MPFUpBOEHDLA Edd. uet.: frequentesque Ver.  
uinctos Ver. MU<sup>2</sup>OEHA: uictos PFBDLA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>

<sup>45</sup> 1 primae Vorm. MPFBOED: prima L: primo Ver. UpHD<sup>3</sup> A  
3 nuda Ver. PFUpBOEHDLA (sed in O nuda et soluta corpora): nulla M

tamen pauor cubilibus suis excitos, quae aut unde uis esset ignaros, in fugam et quosdam in hostem ipsum improuidos tulit. Magna pars in agrum Antiatem delati incursione ab oppidanis in palatos facta circumueniuntur.

- 4 Similis in agro Veienti Tuscorum facta strages est, qui urbis iam prope quadringentensimum annum uicinae, oppres-  
sae ab hoste inuisitato, inauditio, adeo nihil miseriti sunt ut in agrum Romanum eo tempore incursions facerent, pleni-  
que praedae Veios etiam praesidiumque, spem ultimam  
5 Romani nominis, in animo habuerint oppugnare. Viderant  
eos milites Romani uagantes per agros et congregato agmine  
praedam p[re]se agentes, et castra cernebant haud procul  
6 Veiis posita. Inde primum miseratio sui, deinde indignitas  
atque ex ea ira animos cepit: Etruscisne etiam, a quibus  
bellum Gallicum in se auertissent, ludibrio esse clades suas?  
7 Vix temperauere animis quin extemplo impetum facerent;  
compressi a Q. Caedicio centurione quem sibimet ipsi p[re]-  
8 ficerant, rem in noctem sustinuere. Tantum par Camillo  
defuit auctor: cetera eodem ordine eodemque fortunae

3 cubilibus *Ver. PFUpBOEHDLA* (*cf. 1. 7. 6; 5. 8. 7*): e cubilibus *MA<sup>2</sup>*, et in *E littera e superflua ante extremos scripta post ab E<sup>1</sup> uel E<sup>3</sup> deleta est* incursione *MPFUpBOEHDLA*: excursione *Ver.*  
in palatos *MPFUpBOEHDLA*: in palá (*sic*) *M<sup>2</sup>* uel *M<sup>1</sup>*: in palantes  
*dett.*: *om. Ver. fort. recte* 4 inuisitato inauditio *Ver. MP<sup>1</sup>F<sup>2</sup>UpB*  
*OED<sup>3</sup>* (*sed in PFUpO inus-*): inuisitato auditio *A* (*inus- A<sup>2</sup> et inaud- A<sup>3</sup>*): inuisitatos auditio *HDL*: inuisitato inauditoque *dett. alig.*: *credi potest aut inauditio secludendum esse aut atque post -ato excidisse; sed nihil mutamus* miseriti *MPFUpBOE<sup>1</sup>DLA<sup>1</sup>*: miseriti *E*: miseriti  
*Ver. M<sup>1</sup>HA* spem *Ver.*: et spem *MPFUpBOEHDLA* (*uix recte*) 4-5 oppugnare. Viderant *MPFUpBOEHDLA*: oppug-  
nani (*uel -narii*). uiderant *Ver.* 5 congregato *Ver. M<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* *dett.*  
*unus*: congregatos *MPFUpBOEHD<sup>2</sup>* *uel D<sup>4</sup>*: congratos *DLA?*  
6 Etruscisne *Vorm.?* *dett. unus*: etruscin *MPHDLA*: etruscis *P<sup>2</sup>F*  
*UpBOED<sup>3</sup>A<sup>3</sup>* esse *MPFUpBOEDA<sup>1</sup>* *uel A<sup>2</sup>*: esset *HD<sup>1</sup>* *uel D<sup>3</sup>*  
*LA*: *om. Ver.* 7 compressi a *Q. Ver. P<sup>2</sup>FUp* (-presi *P?*): con-  
pressi a que *B*: compressi a *OE<sup>1</sup>*: compressi q *MEHLA*: compressi  
quae *D* Caedicio *Ver.*: cedicio *F<sup>2</sup>UpBED<sup>3</sup>* (*sed in UpBD<sup>3</sup> -tio*):  
caedidicio *M? P<sup>2</sup>FHLA* (*sed in F ced- in HL -tio*): caediditi *P?*:  
cedio *O*: sedicio *M<sup>2</sup>*: *quid D habuerit non liquet* 8 Tantum par  
*PFUpBOEHDL*: tam par *A?*: tantum per *Ver. M*: tantisper *M<sup>3</sup>A<sup>3</sup>*  
*uel A<sup>4</sup>*

euentu gesta. Quin etiam ducibus captiuis qui caedi nocturnae superfuerant, ad aliam manum Tuscorum ad Salinas profecti, nocte insequenti ex improviso maiorem caedem edidere, duplique uictoria ouantes Veios redeunt.

Romae interim plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse, ad id tantum intentis Gallis ne quis hostium euadere inter stationes posset, cum repente iuuenis Romanus admiratione in se ciues hostesque conuertit. Sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiae. Ad id faciendum C. Fabius Dorsuo Gabino (cinctu in-)cinctus sacra manibus gerens cum de Capitolio descendisset, per medias hostium stationes egressus nihil ad uocem cuiusquam terremue motus in Quirinalem collem peruenit; ibique omnibus sollemniter peractis, eadem reuertens similiter constanti uoltu graduque, satis sperans propitios esse deos quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset, in Capitolium ad suos rediit, seu attonitis Gallis miraculo audaciae seu religione etiam motis cuius haudquaquam neglegens gens est.

Veiis interim non animi tantum in dies sed etiam uires crescebant. Nec Romanis solum eo conuenientibus ex agris qui aut proelio aduerso aut clade captae urbis palati fuerant,

8 nocte insequenti *Ver. OA<sup>2</sup>*: nocte insequente *F<sup>2</sup>Up*: noctem insequentem *MPFBEHDLA* edidere *Ver. MP<sup>2</sup>FUpBA<sup>2</sup>* (*sed in M aed-*): ediderunt *OE<sup>1</sup> uel E<sup>2</sup>*: aedideret *PDLA?*: ediderit *H*: ediderit *E*: ediderit *H<sup>1</sup>* duplique *Ver. M*: publicaque *PLA*: publicaque *FUpBOED<sup>3</sup>* (*ubi -a q; in rasura 4 litterarum*): publicaque *H* redeunt *Ver. PU<sup>1</sup>OEHDLA<sup>1</sup>*: redeuntque *M*: reddunt *FB*. Post redeunt in *D* paragraphi signum  $\Gamma$  erasum est: in *Ver.* spatiū uacuum septem circa litterarum relictum est, scil. ad paragraphi finem denotandum, id quod in Veronensi rarissimum est, sed in Puteano Decadis tertiae bene notum

46 2 Gabino *Ver. PFUpBOEHDLA*: gabo *Vorm. M* (cinctu in-)cinctus *Walters* (*cf. 8. 9. 9; 10. 7. 3 et 3. 67. 1 cum adn.*): cinctus *Vorm. MPUpOEHDLA*: cintus *B*: cunctus *F*: cinctu *Ver. Rhenan.*

3 attonitis Gallis *Ver. M<sup>3</sup>PFUpBOEHDLA* (*sed in B adt-*): attonitus Galli *M* 4 etiam uires *MPFU<sup>1</sup>pOEHDLA<sup>2</sup>*: etia uires *B*: iam uires *A*: numerus etiam uiresque *Ver.* palati *MPFU<sup>1</sup>pBOE HDLA*: palatii *Ver.*

sed etiam ex Latio uoluntariis confluentibus ut in parte praedae essent, maturum iam uidebatur repeti patriam eripique ex hostium manibus ; sed corpori ualido caput deerat. Locus ipse admonebat Camilli, et magna pars militum erat qui ductu auspicioque eius res prospere gesserant ; et Caedicius negare se commissurum cur sibi aut deorum aut hominum quisquam imperium finiret potius quam ipse memor ordinis sui posceret imperatorem. Consensu omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, sed antea consulto senatu qui Romae esset : adeo regebat omnia pudor discriminaque rerum prope perditis rebus seruabant. Ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat. Ad eam rem Pontius Cominus impiger iuuenis operam pollicitus, incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur. Inde qua proximum fuit a ripa, per praeruptum eoque neglectum hostium custodiae saxum in Capitolium euadit, et ad magistratus ductus mandata exercitus edit. Accepto inde senatus consulto uti comitiis curiatis reuocatus de exsilio iussu populi Camillus dictator extemplo diceretur militesque haberent imperatorem quem uellent, eadem degressus nuntius Veios contendit ; missique Ardeam legati ad Camillum Veios eum perduxere, seu— quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea

5 ualido *Ver.* *MF<sup>3</sup>UpOE<sup>2</sup>A<sup>2</sup>* : ualitudo *PFBEHDL* : ualetudinario *D<sup>4</sup>* : uallitudinario *A* 6 auspicioque] *post hoc defit Ver.* usque ad c. 48. 9 et Caedicius *Vorm.*? *MPFU<sub>p</sub>BOEA<sup>3</sup>* (*nisi quod cedit- FB*) : caedicius (ced-) *HDL* : sedidicius *A* cur sibi *ME<sup>2</sup>* *A<sup>1</sup>* : cur sib *UpH* : cursib' uel cursibus *PFBOEDLA*? 8 Cominus *E*, *Sigon.* (*cf. The Italic Dialects*, p. 15) : quominus *PFU<sub>p</sub>BHDLA* (*sed in F -uo- deleta*) : comminus *MO?* : comminus *E<sup>2</sup>* uel *E<sup>3</sup>* dett. 9 hostium custodiae *HDLA* dett. *Ald.* (*cf. Kühnast Liv. Synt.* p. 139) : hostiae custodiae *M* (*ubi in hostiae pro a signum cc est, sed in custodiae solitum a*) : hostice custodiae *A<sup>2</sup>* (*ut secundam lectionem*) : hostium custodiam *PFBOE* : hostium custodia *F<sup>3</sup>UpE<sup>2</sup>* (*cf. 24. 46. 1*) 10 degressus *Sigon.* (*cf. Gell. 17. 2, Diod. 14. 116. 4*) : degressus *MPF UpOEHDLA* : digresū *B* : digressu *B<sup>1</sup>* 11 seu quod *PFU<sub>p</sub>BOE HDLA* (*in A seu q, in A<sup>3</sup> seu quod*) : seu quo *MA<sup>2</sup>* : seu *H. J. Mueller* : seu illud *Luterbacher*, ambo post habere *interpungentes*; sed sic per uocem absens in proxima sententia *Liuius adfirmasset duarum hypothesium secundam ueram esse, quamquam in hac sententia incertum per uocem seu reliquit*

quam compererit legem latam, quod nec iniussu populi mutari finibus posset nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere—lex curiata lata est dictatorque absens dictus.

Dum haec Veiis agebantur, interim arx Romae Capito- 47  
liumque in ingenti periculo fuit. Namque Galli, seu uesti-  
gio notato humano qua nuntius a Veiis peruererat seu sua  
sponte animaduerso ad Carmentis saxo in adscensum aequo,  
nocte sublustri cum primo inermem qui temptaret uiam  
praemisissent, tradentes inde arma ubi quid iniqui esset,  
alterni innixi subleuantesque in uicem et trahentes alii alios,  
prout postularet locus, tanto silentio in summum euasere ut 3  
non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollici-  
tum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. Anseres non 4  
fefellere quibus sacris Iunonis in summa inopia cibi tamen  
abstinebatur. Quae res saluti fuit; namque clangore eorum  
alarumque crepitu excitus M. Manlius qui triennio ante  
consul fuerat, uir bello egregius, armis arreptis simul ad  
arma ceteros ciens uadit et dum ceteri trepidant, Gallum  
qui iam in summo constiterat umbone ictum deturbat.  
Cuius casus prolapsi cum proximos sterneret, trepidantes 5  
alios armisque omissis saxa quibus adhaerebant manibus  
amplexos trucidat. Iamque et alii congregati telis missili-

11 compererit *dett. aliq.* : comperit *M<sup>2</sup>P<sub>F</sub>U<sub>p</sub>B<sub>O</sub>E<sub>H</sub>D<sub>L</sub>A* : com-  
peret *M*

**47** 2 saxo in adscensum *F?*, *Heraeus*: saxo in ascensu *MPF<sup>2</sup>BH<sup>2</sup>*:  
saxu in ascensu *M<sup>1</sup>*: saxos (*scil. ex saxo i natum*) ascensu *HLA*  
(*cf. c. 43. 1 adn.*) : saxo .. ascensu *E* (*duabus litteris iam erasis*) : saxo  
ascensu *OD?* : saxum ascensu *UpD<sup>3</sup>A<sup>1</sup>* *dett. aliq.* : saxorum ascensu  
*dett.*; *uoces* ad carmentis saxo in ascensu *om.* *P add. P<sup>1</sup> marg.*  
trahentes alii *PFU<sub>p</sub>BOEHD<sub>A</sub>*: tradentes *ML* 4 ceteros ciens  
.. . constiterat *om.* *E add. in margine E<sup>1</sup>*, *siglis* 3 *in textu*, 3 *in*  
*margine usus* (*i. e.* ‘hic defit’, ‘hic supple’) uadit *MFU<sub>p</sub>BOE*  
*HD<sub>L</sub>A*: *om.* *P, add. P<sup>2</sup>* 5 prolapsi *PFU<sub>p</sub>BOEHD<sub>L</sub>A*: pro-  
lapsos *M<sup>2</sup>*: prolapsi *an* prolapsus *an* prolapsis *M?* trucidat  
*Lov.* 2 *edd. uel.* : trucidant (*scil. uoci adhaerebant adsimulatum*) *MPF*  
*UpBOEHD<sub>L</sub>A* alii *MF<sup>3</sup>UpD? LA<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>*: aliis *PFBOEHD uel*  
*D<sup>2</sup>A* (*in D postea -s erasum est*) congregati *MPFU<sub>p</sub>BHD<sup>2</sup>A*: con-  
grati *L*: congregatis *OE<sup>1</sup>*: congregatis *E*: *quid D habuerit non liquet*

busque saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa acies  
 6 in praeceps deferri. Sedato deinde tumultu reliquum noctis,  
 quantum in turbatis mentibus poterat cum praeteritum quo-  
 7 que periculum sollicitaret, quieti datum est. Luce orta  
 uocatis classico ad concilium militibus ad tribunos, cum et  
 recte et perperam facto pretium deberetur, Manlius primum  
 ob uirtutem laudatus donatusque non ab tribunis solum  
 8 militum sed consensu etiam militari ; cui uniuersi selibras  
 farris et quartarios uini ad aedes eius quae in arce erant  
 contulerunt,—rem dictu paruam, ceterum inopia fecerat eam  
 argumentum ingens caritatis, cum se quisque uictu suo frau-  
 dans detractum corpori atque usibus necessariis ad honorem  
 9 unius uiri conferret. Tum uigiles eius loci qua fefellerat ad-  
 scendens hostis citati ; et cum in omnes more militari se  
 animaduersurum Q. Sulpicius tribunus militum pronuntias-  
 10 set, consentiente clamore militum in unum uigilem conicen-  
 tium culpam deterritus, a ceteris abstinuit, reum haud dubium  
 11 eius noxae adprobantibus cunctis de saxo deiecit. Inde intentiores utrumque custodiae esse, et apud Gallos, quia uol-  
 gatum erat inter Veios Romamque nuntios commeare, et  
 apud Romanos ab nocturni periculi memoria.

**48** Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames utrumque  
 2 exercitumurgebat, Gallos pestilentia etiam, cum loco iacente  
 inter tumulos castra habentes, tum ab incendiis torrido et

5 deferri *MPFU<sub>p</sub>BOEA<sup>2</sup>* : defertur *HDLA*      6 quantum in  
*MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*cf. 2. 34. 5 ; 2. 46. 1 ; 3. 51. 4 ; 21. 55. 10*) :  
 quantum *Madv.*      7 ad tribunos *MF? OE<sup>3</sup>DLA* (*in D aliquid  
 ante ad a D<sup>4</sup> erasum*) : is ad tribunos *PE* : is a tribunis *B* : his a  
 tribunis *Up* : ac tribunis *F<sup>3</sup>*      9 qua *Vorm.?* *MOE<sup>3</sup>DLA* : quam  
*PBEH* : quem *Up* : quos *F?* et *F<sup>3</sup>* (*qui uocem eandem nigriore atramento  
 rescripsisse uidetur*)      Q. Sulpicius *Sigon. ex c. 36. 11* : p. *sulpicius*  
*MPFU<sub>p</sub>BOHDLA* (*in BDL publius*) : *pubblius* *sulpitius E* (*publius E<sup>1</sup>*)  
 pronuntiasset *MPFU<sub>p</sub>BOED<sup>3</sup>A<sup>2</sup>* : pronuntiaret *H* (*sed aliquid supra  
 litteras -iar- erasum est*) : pronuntiet *D? LA* (*ubi -ciet*)      11 me-  
 moria *PFBOEH<sup>1</sup>DLA* : memoriam *Vorm. MH* (*et sic UpA<sup>3</sup> sed cum  
 ob pro ab : in A abest praepositio : in FD ab omnino erasum*)

**48** 1 utrumque *MPFBOEHDLA* : utrumque *UpA<sup>3</sup>* *dett. aliq., inter  
 quos Lovel. 2*

uaporis pleno cineremque non puluerem modo ferente cum quid uenti motum esset. Quorum intolerantissima gens 3 umorique ac frigori adsueta cum aestu et angore uexati uolgatis uelut in pecua morbis morerentur, iam pigritia singulos sepeliendi promisce aceruatos cumulos hominum urebant, bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere. Indutiae deinde cum Romanis factae et conloquia 4 permissu imperatorum habita; in quibus cum identidem Galli famem obicerent eaque necessitate ad deditonem uocarent, dicitur auertendae eius opinionis causa multis locis panis de Capitolio iactatus esse in hostium stationes. Sed iam neque dissimulari neque ferri ultra fames poterat. 5 Itaque dum dictator dilectum per se Ardeae habet, magistrum equitum L. Valerium a Veiiis adducere exercitum iubet, parat instruitque quibus haud impar adoriantur hostes, interim Capitolinus exercitus, stationibus uigiliis fessus, super 6 ratis tamen humanis omnibus malis cum famem unam natura uinci non sineret, diem de die prospectans ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremo spe quoque iam non solum 7 cibo deficiente et cum stationes procederent prope obruentibus infirmum corpus armis, uel dedi uel redimi se quacumque pactione possent iussit, iactantibus non obscure Gallis haud magna mercede se adduci posse ut obsidionem relinquant. Tum senatus habitus tribunisque militum negotium datum 8 ut paciscerentur. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum et Brennum regulum Gallorum conloquio transacta res

3 uexati *F<sup>2</sup>* *dett. aliq.* *Ed. Frob.* 1535: uexata *MPF?* *UpBOEHDLA* morerentur *MPFOEA* *Ed. Frob.* 1535: mouerentur *B*: moreretur *UpHDL* [promise] cf. 3. 47. 7 *adn.* urebant *MP<sup>2</sup>F? UpBOE HDLA*: urebat *P*: obruebant *F<sup>3</sup>* (*sed -bant ab F*) fecere *MPFU<sub>p</sub>B OEA<sup>x</sup>*: fecerant *HDLA* 4 uocarent *PUpBOEHDLA*: uocare *M*: uocari *F* panis *MPFU<sub>p</sub>BOEDLA*: panes *H* iactatus *MF<sup>2</sup>UpEDLA*: lactatus *PB*: Iactatus *uel* lactatus *F?*: lactatos *H*: iactat *O* 5 adducere *Up* *dett. aliq.* : abducere *MPFBOEHDLA* (cf. § 7 et 9. 33. 2 *adn.*) 6 uigiliis *MPFU<sub>p</sub>BEHDLA*: et uigiliis *O*: uigiliisque *D<sup>4</sup>* *Ed. Rom.* 1469 *Ald.* : *malim totum omissum* 7 adduci *D<sup>3</sup>*: abduci *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* 8 *Q. Sulpicium Sigan.* *ut in c. 47. 9*: *p. sulpicium MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed in L -tium*)

est, et mille pondo auri pretium populi gentibus mox impe-  
9 raturi factum. Rei foedissimae per se adiecta indignitas  
est: pondera ab Gallis allata iniqua et tribuno recusante  
additus ab insolente Gallo ponderi gladius, auditaque intole-  
randa Romanis uox, Vae uictis.

49 Sed dique et homines prohibuere redemptos uiuere Romanos. Nam forte quadam priusquam infanda merces perfice-  
retrur, per altercationem nondum omni auro adpenso, dictator  
interuenit, auferrique aurum de medio et Gallos submoueri  
2 iubet. Cum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam  
pactionem ratam esse quae postquam ipse dictator creatus  
esset iniussu suo ab inferioris iuris magistratu facta esset,  
3 denuntiatque Gallis ut se ad proelium expediant. Suos in  
aceruum conicere sarcinas et arma aptare ferroque non auro  
reciperare patriam iubet, in conspectu habentes fana deum  
et coniuges et liberos et solum patriae deforme belli malis  
4 et omnia quae defendi repetique et ulcisci fas sit. Instructi  
deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in semirutae solo  
urbis et natura inaequali, et omnia quae arte belli secunda  
5 suis eligi praepararie poterant prouidit. Galli noua re tre-  
pidi arma capiunt iraque magis quam consilio in Romanos  
incurrunt. Iam uerterat fortuna, iam deorum opes humana-  
que consilia rem Romanam adiuuabant. Igitur primo con-  
cursu haud maiore momento fusi Galli sunt quam ad Alliam  
6 uicerant. Iustiore altero deinde proelio ad octauum lapidem

9 allata *UpOED*<sup>3</sup>: alata *H*: ablata *MPFBDLA* (*pro adlata*), cf.  
3. 42. 6 *adn.* et tribuno *MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOEHDLA* : a tribuno *P*  
insolente *MPFBOEHDLA* : insolenti *Up* -dius auditaque] *his*  
*uocibus inc. rursus Ver.* (*sed -iu- perit*) *Vae uictis Duker*: uae  
uictis esse *MP<sup>2</sup>BEHDL* : . . . ictis esse *Ver.* : ue uictis esse *PF?Up*  
*OA* : ut uictis esse *F<sup>3</sup>*

49 2 renitentes *UpOE<sup>2</sup>L* *dett.* : retinentes *M<sup>2</sup>PF? BEHDA* : ren-  
nentes *M* : retineri *F<sup>3</sup>* : *defit* *Ver.* negat *PFU<sub>p</sub>BE<sup>1</sup>HD<sup>x</sup>A<sup>2</sup>* : ne-  
gant *MOEDLA* 3 reciperare (cf. 1. 12. 1 *adn.*) : recipu- *Ver.* *MP*  
*FU<sub>p</sub>BOEHDLA* 5 noua re *PUpOEHDLA* : noua *FB* : nou . . .  
*Ver.* : renouare *M* rem Romanam *Ver.* *M<sup>1</sup>PFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : rem  
non h romanam *M* (cf. 4. 3. 16 *adn.*) 6 altero *Ver.* *PFU<sub>p</sub>BOE*  
*HD<sup>2</sup>A* : alieno *M* : alio *M<sup>1</sup>* uel *M<sup>2</sup>* : alter *L*, *et sic D*, *sed spatio duarum*  
*litterarum in fine lineae uacuo relicto* : adiecto *A<sup>2</sup>*

Gabina uia, quo se ex fuga contulerant, eiusdem ductu auspicioque Camilli uincuntur. Ibi caedes omnia obtinuit ; castra capiuntur et ne nuntius quidem clavis relictus. Dictator recuperata ex hostibus patria triumphans in urbem redit, interque iocos militares quos inconditos iaciunt, Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud uanis laudibus appellabatur.

Seruatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubie 8 seruauit cum prohibuit migrari Veios, et tribunis rem intentius agentibus post incensam urbem et per se inclinata magis plebe ad id consilium ; eaque causa fuit non abdicandae 9 post triumphum dictatura, senatu obsecrante ne rem publicam in incerto relinqueret statu. Omnia primum, ut erat 50 diligentissimus religionum cultor, quae ad deos immortales pertinebant rettulit et senatus consultum facit : fana omnia, 2 quoad ea hostis possedisset, restituerentur terminarentur expiarenturque, expiatioque eorum in libris per duum viros quaereretur ; cum Caeretibus hospitium publice fieret quod 3 sacra populi Romani ac sacerdotes receperint beneficioque eius populi non intermissus honos deum immortalium esset ; ludi Capitolini fierent quod Iuppiter optimus maximus suam 4 sedem atque arcem populi Romani in re trepidi tutatus esset ; collegiumque ad eam rem M. Furius dictator consti-

6 Camilli ab eiusdem *separatum glossematis speciem praebet, quique clausulam Ciceronianam (-ōquē uīncūntūr) amant abesse nomen uolent. In consensu tamen codicum (et Veronensis) nihil mutamus 7 recuperata (cf. § 3) : recip- MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA parens Ver. M<sup>4</sup>O EHD<sup>3</sup>A<sup>3</sup> : pares MPA? : paresunt L : pater P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>B : quid D habuerit non video 9 relinquenter MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA : remitteret Ver.*

50 2 quoad Mommsen : quod Ver. MPFU<sub>p</sub>BO (ubi q) E (ubi ϕ, signum usitatiū) HDLA, cf. c. 51. I hostis Ver. P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOE<sup>3</sup>H : hostes MPEDLA possedisset MPFU<sub>p</sub>BOEHD? L : possedissent Ver. M<sup>4</sup>D<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>A<sup>2</sup> : possidissent A terminarentur expiarenturque MP<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BD<sup>2</sup> (expediarenturque P) : terminarenturque expiarenturque OEHA : terminarenturque experienturque D (ubi -erimus certa) : terminarenturque L, fort. recte (si expiarentur ex uoce expiatio natum sit) : expiarenturque Ver. : supra lineam add. statuit M<sup>3</sup>

5 tueret ex iis qui in Capitolio atque arce habitarent. Expiandae etiam uocis nocturnae quae nuntia clidis ante bellum Gallicum audita neglectaque esset mentio inlata, iussumque tem-  
 6 plum in Noua uia Aio Locutio fieri. Aurum quod Gallis ereptum erat quodque ex aliis templis inter trepidationem in Louis cellam conlatum cum in quae referri oporteret confusa memoria esset, sacrum omne iudicatum et sub Louis  
 7 sella poni iussum. Iam ante in eo religio ciuitatis apparuerat quod cum in publico deesset aurum ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis conlatum acceperant ut sacro auro abstineretur. Matronis gratiae actae honosque additus ut earum sicut uirorum post mortem sollemnisi lau-  
 8 datio esset. His peractis quae ad deos pertinebant quaeque per senatum agi poterant, tum demum agitantibus tribunis plebem adsiduis contionibus ut relictis ruinis in urbem param Veios transmigrarent, in contionem uniuerso senatu prosequente escendit atque ita uerba fecit.

51 'Adeo mihi acerbae sunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec tristissimi exsilii solacium aliud habuerim, quoad Ardeae uixi, quam quod procul ab his certaminis

4 ex iis qui *Edd. uet.* : ex hiis qui *A* : ex eis qui *Ver. Up* : ex his qui *MP<sup>2</sup>FBOEHD* : ex his que *PL* 5 templum *MPFU<sup>p</sup>BOED<sup>x</sup>* *A<sup>2</sup>*, 'antiqua lectio', *Rhenan.* : et templum *Ver. HDLA* in Noua uia Aio Locutio *Sigoni* (*ex Gell. 16. 17. 2*; *Cic. Diuin. 1. 45. 101*;  
*2. 32. 69*) : in noua ia locutio *M*, 'antiqua lectio', *Rhenan.* : in noua iam locutio *PF* : in noua iā locutio *B*: innouat in locutio *HLA* (*sed in A -cio*): innouata locutio *A<sup>2</sup>*: innouari locutio *M<sup>2</sup>*: in noua . . . . locutio *D* : in noua uia allocutio *D<sup>4</sup>*: in noua iam locatione *UpOE* : in noua uia uia aut alio loco *Ver. sed punctis supra positis alterum illud uia delet*  
 6 in quae *MPFU<sup>p</sup>BOEA<sup>1</sup>* : in que *DLA* : inique *H*: quo re *Ver.* : quo Mommisen fort. recte; *sed in Ver.* cum in fine lineae stat et I facile absorbere potuit 7 iam ante *MPFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : antea *Ver.* additus *Ver. PFU<sup>p</sup>BOEHDLA* : additur *M* 8 plebem *Ver. PF UpBOEHDLA* : ad plebem *M* escendit *PH*: excendit *Ver.* : ascendiit *MP<sup>2</sup>FU<sup>p</sup>BOEDLA*

51 1 contentiones *PFBOE<sup>2</sup>* uel *E<sup>1</sup>HDLA* : he contentiones *Ver.* : contiones *MUpE* ut nec *Ver. MPFU<sup>p</sup>OED<sup>4</sup>A* (*sed in F ut n-ab F<sup>3</sup> in ras.*) : et nec *B* : qui nec *H*: nec *DL* quoad *Ver. M<sup>3</sup>P FU<sup>p</sup>BED<sup>3</sup>LA* : quod *O*: quo . . *M* (*quid fuerit ante rasuram non liquet*) : quo *HD* (*ubi quoar deae primo stetit*)

bus eram, et ob eadem haec non si miliens senatus consulto  
populique iussu reuocaretis, redditurus unquam fuerim. Nec 2  
nunc me ut redirem mea uoluntas mutata sed uestra fortuna  
perpulit ; quippe ut in sua sede maneret patria, id agebatur,  
non ut ego utique in patria essem. Et nunc quiescerem ac  
tacerem libenter nisi haec quoque pro patria dimicatio esset ;  
cui deesse, quoad uita suppetat, aliis turpe, Camillo etiam  
nefas est. Quid enim repetiimus, quid obsessam ex hostium 3  
manibus eripuimus, si reciperatam ipsi deserimus ? Et cum  
uictoribus Gallis capta tota urbe Capitolium tamen atque  
arcem dique et homines Romani tenuerint, uictoribus Roma-  
nis reciperata urbe arx quoque et Capitolium deseretur et  
plus uastitatis huic urbi secunda nostra fortuna faciet quam  
aduersa fecit ? Evidem si nobis cum urbe simul positae 4  
traditaeque per manus religiones nullae essent, tamen tam  
euidens numen hac tempestate rebus adfuit Romanis ut  
omnem neglegentiam diuini cultus exemptam hominibus  
putem. Intuemini enim horum deinceps annorum uel se- 5  
cundas res uel aduersas ; inuenietis omnia prospera euenisse

1 si miliens senatus consulto *Weissenb.* : si mille *SicS* (= si mille  
senatus consultis) *M* : simile senatus consulti *Ver.* : simillae sic *P*  
(*delet -a- P<sup>2</sup>*) : si milies ē *F ubi tamen si et -s ē ab F<sup>3</sup>* : simillē sic *B* :  
sim ille sic *H* : sl'e sic *A* : simillae sc *E* : simillimae sc *O* : simille  
sic *L* : si me sc *UpA<sup>2</sup>* : si me senatus *D<sup>4</sup> in ras.* 2 perpulit *MP*  
*FUpEDLA* : perepulit *O* : pertulit *Ver. BH* : percultit *Ver.<sup>2</sup>* in  
patria *PF<sup>3</sup>UpOEHDLA* : in patriam *Ver. MFB* 3 repetiimus  
*Ed. Frob. 1531* : repetimus *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* quid ob-  
sessam . . . deserimus *om. B* manibus *MPFU<sub>p</sub>OEHDLA* :  
manibus eam *Ver.* reciperatam *Ver. MPFE* : recuperatam *F<sup>3</sup>O*  
*UpHDA* : recuperata *L* ipsi *MPFU<sub>p</sub>OEHDLA* : obsidione *Ver.*  
tenuerint *scripti* : tenuerint habitauerint *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*, sed  
in *PFO ante et post habitauerint et in E post idem uerbum punctum in*  
*spatio stat; et a D<sup>4</sup> utrumque signum interpolationis additum est; et in*  
*F id uerbum capitali H scribebatur, quae omnia glossema manifeste*  
*arguunt* (*cf. 1. 49. 7 et 2. 32. 10 adnn.*) : tenuerint et habitauerint *Ver.*  
reciperata *D<sup>2</sup>?* (*cf. supra et 1. 12. 1 adn.*) : recuperata *Ver. MP*  
*FUpBOEHDLA* 4 cum urbe *Ver. OEHDLA* : cum urbi *DA* (*ex*  
*linea superiore tractum*) : cum urbem *MPFB* : cum in urbe *M<sup>1</sup>UpA<sup>2</sup>*  
positae *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* : conditae *Ver.* 5 prospera *Ver. :*  
prospere (*ex -ra e- natum*) *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*

6 sequentibus deos, aduersa spernentibus. Iam omnium primum, Veiens bellum—per quot annos, quanto labore gestum!  
 —non ante cepit finem, quam monitu deorum aqua ex lacu  
 7 Albano emissâ est. Quid haec tandem urbis nostrae clades noua? num ante exorta est quam spreta uox caelo emissâ de aduentu Gallorum, quam gentium ius ab legatis nostris uiolatum, quam a nobis cum uindicari deberet eadem ne-  
 8 glegentia deorum praetermissum? Igitur uicti captique ac redempti tantum poenarum dis hominibusque dedimus ut terrarum orbi documento essemus. Aduersae deinde res  
 9 admonuerunt religionum. Confugimus in Capitolium ad deos, ad sedem Iouis optimi maximi; sacra in ruina rerum nostrarum alia terra celauimus, alia auecta in finitimas urbes amouimus ab hostium oculis; deorum cultum deserti ab dis  
 10 hominibusque tamen non intermisimus. Reddidere igitur patriam et uictoriā et antiquum belli decus amissum, et in hostes qui caeci auaritia in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt, uerterunt terrorem fugamque et caedem.

52 Haec culti neglectique numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes ecquid sentitis, Quirites, quantum uixdum e naufragiis prioris culpae cladisque emergentes paremus  
 2 nefas? Vrbem auspicio inauguratoque conditam habemus; nullus locus in ea non religionum deorumque est plenus; sacrificiis sollemnibus non dies magis statim loca sunt  
 3 in quibus fiant. Hos omnes deos publicos priuatosque,

7 noua Ver. *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: delere uolt Harrison      prae-  
 termissum] post hoc defit Ver. usque ad c. 52. 10      8 aduersae  
*MPU<sub>p</sub>ED<sup>2</sup>*: aduerte *FBOA*: aduersa *HDL*: aduerso *O<sup>1</sup>* uel *O<sup>2</sup>*? (*ubi ut uidetur -e scriptum erat prius quam -o*)      religionum *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: religionem *M<sup>3</sup>*      9 terra dett. unus marg., Gron.:  
*terrae MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* Edd. uet. *Ald.*      10 belli *MU<sub>p</sub>OEH DLA*: bellum *PFB*

52 1 monumenta *PFU<sub>p</sub>B<sup>1</sup>O<sup>1</sup>EHDLA* (sed in *B<sup>1</sup>A* -nim-): muni-  
 menta *MBO*: momenta *dett. unus* (*Voss. I*)      ecquid *PU<sub>p</sub>E<sup>3</sup>HA<sup>2</sup>*:  
 aequid *D<sup>x</sup>*: haec quid *DLA*: et quid *FBOE*: nec quid *M*  
 Quirites *MPFU<sub>p</sub>BOED<sup>2</sup>* uel *D<sup>4</sup>* in *rasura A<sup>2</sup>*: om. *HA*: in *L* sentiretis  
*pro* sentitis quirites; cf. 3. 17. 3 adn.      2 magis statim *PFOE<sup>3</sup>*: magis-  
 tati *BH*: magestati *DLA*: magis statis *E*: magistrati *M*: magis  
 statuti *Up*

Quirites, deserturi estis? Quam par uestrum factum *(ei)* est quod in obsidione nuper in egregio adulescente, C. Fabio, non minore hostium admiratione quam uestra conspectum est, cum inter Gallica tela degressus ex arce sollemne Fabiae gentis in colle Quirinali obiit? An gentilicia sacra ne in 4 bello quidem intermitti, publica sacra et Romanos deos etiam in pace deseri placet, et pontifices flaminesque neglegentiores publicarum religionum esse quam priuatus in sollemnibus gentis fuerit? Forsitan aliquis dicat aut Veiis ea nos 5 facturos aut huc inde missuros sacerdotes nostros qui faciant; quorum neutrum fieri saluis caerimoniis potest. Et ne omnia generatim sacra omnesque percensem deos, in Iouis epulo num alibi quam in Capitolio puluinar suscipi potest? Quid de aeternis Vestae ignibus signoque quod imperii 7 pignus custodia eius templi tenetur loquar? quid de ancilibus uestris, Mars Gradiue tuque, Quirine pater? Haec omnia in profano deseri placet sacra, aequalia urbi, quaedam uetustiora origine urbis?

Et uidete quid inter nos ac maiores intersit. Illi sacra 8 quaedam in monte Albano Lauiniique nobis facienda tradi- derunt. An ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra religiosum fuit, hinc sine piaculo in hostium urbem Veios transferemus? Recordamini, agite dum, quotiens 9 sacra instaurentur, quia aliquid ex patro ritu neglegentia

3 uestrum *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: uestro *Gron.* factum *(ei)* est *DRAK.*: factum est *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* quam uestra *M<sup>3</sup>PUP<sub>p</sub>EH DL*: quam uestram *P<sup>2</sup>FBOA*: quae uestram *M* degressus *Sigoni* (cf. c. 46. 10; 4. 17. 11): digressus *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (num recte?) 4 ne in bello *MPFU<sub>p</sub>BOE*: nes bello *DL* (cf. c. 43. 1 adn.): nos bello *H*: ne bello *AD<sup>x</sup>* 7 Gradiue *M<sup>3</sup>PFU<sub>p</sub>BOEHDXA*: gradiduei *MDL*? : gradiuet *L*? 8 Lauiniique *Gron.* : lauinoque *MHDL* ‘antiqua lectio’, *Rhenan.* : lauinoque *PFU<sub>p</sub>BOEA* ad nos transferri *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOE<sup>1</sup>D<sup>2</sup>* uel *D<sup>4</sup>*? : ad nostras ferri *MPHD*? *LA*: ad nostram ferri *M<sup>2</sup>D*? [sacra] post hanc uocem procedunt *DL* qua (qua *D<sup>4</sup> in ras.* : quam *L*) uoce audita (c. 55. 2) usque ad 6. 2. 12 minime largitore duce. *Tum demum narrationem hic interruptam* uerbis religiosum fuit usque ad manebimus optime (optime *D<sup>4</sup> in ras.* : optimum *L*) *praebent*. *Videtur A eandem transpositionem ante oculos habuisse sed ipse correxisse, nisi quod hic religiosum fuit omittit, in*

casuue praetermissum est. Modo quae res post prodigium Albani lacus nisi instauratio sacrorum auspiciorumque reno-  
 10 uatio adfectae Veienti bello rei publicae remedio fuit? At etiam, tamquam ueterum religionum memores, et peregrinos deos transtulimus Romanam et instituimus nouos. Iuno regina transueta a Veiis nuper in Auentino quam insigni ob excellens matronarum studium celebrique dedicata est die! Aio Locutio templum propter caelestem uocem exauditam in Noua uia iussimus fieri; Capitolinios ludos sollemnibus aliis addidimus collegiumque ad id nouum auctore senatu con-  
 11 didimus; quid horum opus fuit suscipi, si una cum Gallis urbem Romanam relicturi fuimus, si non uoluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis, sed ab hostibus  
 12 metu retenti sumus? De sacris loquimur et de templis;  
 13 quid tandem de sacerdotibus? Nonne in mentem uenit quantum piaculi committatur? Vestalibus nempe una illa sedes est, ex qua eas nihil unquam praeterquam urbs capta mouit; flamini Diali noctem unam manere extra urbem

c. 55. 2 post optimum (sic) addit eo militi gratiorem persecutis ex 6. 2. 12, ubi tandem inter duce et deinde praebet religiosum fuit: dubii alicuius conscius fuit etiam E; uide 6. 2. 12 adn. 10 ueterum religionum] his uocibus rursus inc. Ver. 11 Aio Locutio Gebhard: apertu locutio Ver.: ad locutio D: ad locucio A: allocutio L: allocutionis H: adlocutionis O: ac locucio A<sup>2</sup>: allocucio A<sup>3</sup>: locutio MPE: locuti FB: locatio Up: locatum M<sup>3</sup> 12 sed ab Ver.: si ab MPFU<sub>p</sub>B OEHDLA (uix recte) 13 tandem Ver. PFU<sub>p</sub>BOEA<sup>4</sup>: tantem MH: tantum DL: tñ A (= tamen, an tantum?) piaculi MP FU<sub>p</sub>BOEHD<sup>2</sup>A<sup>4</sup> ‘incorrupta lectio’, Rhenanus: piaculum Ver. D: piacula LA -bus nempe una . . . usque ad c. 53. 2 puto qui in PFBHDLA bis datur, recte hic, et, ut supra memoratum est, in c. 21, ubi ex alieni cuiusdam sed tamen uere Nicomacheani codicis scheda casu lapsa et in eorum exemplar inserta descriptum est. In PFB spatio separatum est a praec. et seq. Ex hoc fonte lectiones per P<sup>θ</sup>F<sup>θ</sup>B<sup>θ</sup>H<sup>θ</sup>D<sup>θ</sup> L<sup>θ</sup>A<sup>θ</sup> notamus. Vestalibus nempe Ver. MPFBOEHDLA: bustum nempe P<sup>θ</sup>F<sup>θ</sup>B<sup>θ</sup>D<sup>θ</sup>L<sup>θ</sup>A<sup>θ</sup>: qui Bustum nempe H<sup>θ</sup>: nempe om. Up qua eas Ver. D<sup>2</sup> uel D<sup>4</sup>A<sup>3</sup> marg.: qua eos P<sup>θ</sup>F<sup>θ</sup>B<sup>θ</sup>H<sup>θ</sup>D<sup>θ</sup>L<sup>θ</sup>A<sup>θ</sup>: qua fas HDLA: qua MPFU<sub>p</sub>BOE DLA: ultra trinoctum unam H<sup>θ</sup>D<sup>θ</sup>L<sup>θ</sup>A<sup>θ</sup>: ultra noctem unam P<sup>θ</sup>F<sup>θ</sup>B<sup>θ</sup> (in P<sup>θ</sup>-tra antiquiore forma scribitur ut facile -tin uel -tni legi possit). Scilicet in margine uel supra textum exemplaris huius fragmenti glossema addidit aliquis, aut ‘uel trinoctum’ aut ‘ultra’ idque textum turbauit

nefas est. Hos Veientes pro Romanis facturi estis sacer- 14  
dotes, et Vestales tuae te deserent, Vesta, et flamen peregre  
habitando in singulas noctes tantum sibi reique publicae  
piaculi contrahet? Quid alia quae auspicato agimus omnia 15  
fere intra pomerium, cui obliuioni aut cui neglegentiae da-  
mus? Comitia curiata, quae rem militarem continent, comi- 16  
tia centuriata, quibus consules tribunosque militares creatis,  
ubi auspicato, nisi ubi adsolent, fieri possunt? Veiosne haec 17  
transferemus? an comitiorum causa populus tanto incom-  
modo in desertam hanc ab dis hominibusque urbem conue-  
niet?

At enim apparet quidem pollui omnia nec ullis piaculis 53  
expiari posse; sed res ipsa cogit uastam incendiis ruinisque  
relinquere urbem et ad integra omnia Veios migrare nec hic  
aedificando inopem plebem uexare. Hanc autem iactari 2  
magis causam quam ueram esse, ut ego non dicam, apparere  
uobis, Quirites, puto, qui meministis ante Gallorum aduen-  
tum, saluis tectis publicis priuatisque, stante incolumi urbe,  
hanc eandem rem actam esse ut Veios transmigraremus.  
Et uidete quantum inter meam sententiam uestramque in- 3

14 deserent Ver.  $P^{\theta}F^{\theta}UpB^{\theta}OEHDL^{\theta}uel D^{\theta}D^{\theta}H^{\theta}L^{\theta}AA^{\theta}$ : d sererent:  
 $M$ : desererent  $PFBHDL$  tantum Ver.  $MPP^{\theta}FF^{\theta}UpBB^{\theta}ED^{\theta}$   
 $L^{\theta}A^2$  uel  $A^4$ : quantum  $OE^2HH^{\theta}DLA$ : tñ  $A^{\theta}$  (? tamen an tantum)  
reique publicae  $MPFU_pBOEHDLA^2$ : reipublicaeque Ver.: reip  
(= reipublicae)  $P^{\theta}F^{\theta}B^{\theta}$ : reip. q. p A: rñ  $H^{\theta}D^{\theta}L^{\theta}A^{\theta}$  16 contin-  
gent  $MPOH^{\theta}D^{\theta}uel D^{\theta}D^{\theta}L^{\theta}A^{\theta}$  (sed in E additum erat signum aliquod  
altum (ut f) quod iam erasum est): con . . . ent Ver.: contin  $H$ : con-  
tinet  $DLA$ : add. hic siglum corruptum XXVII  $P^2$  marg.  $FUpBE$ : add.  
idem, sed ante centuriata,  $P^{\theta}F^{\theta}B^{\theta}$ : ibidem I add.  $A^{\theta}$  17 trans-  
feremus Ver.  $PFUpBOEHH^{\theta}DLL^{\theta}A$ : transferemur  $M$ : transferamus  
 $P^{\theta}F^{\theta}B^{\theta}D^{\theta}A^{\theta}$  an comitiorum Ver.  $PP^{\theta}FF^{\theta}UpBB^{\theta}?$   $OEH^{\theta}D^{\theta}$   
 $D^{\theta}L^{\theta}A^{\theta}$ : a comitiorum  $MHDLA$ : anc comitiorum  $B^{\theta}$ ? ac comi-  
tiorum  $B^{\theta}$

53 1 At enim . . . expiari posse Ver.: om. Nicomachei omnes (cum  
et  $P^{\theta}F^{\theta}B^{\theta}H^{\theta}D^{\theta}L^{\theta}A^{\theta}$ ) quidem pollui omnia Madv.: quidem  $\Gamma$   
. . . . nia Ver.; ‘post litteram I uel P extremam huius uersus [qui in  
Ver. cum paret incipit] uestigia incerta adsunt litterarum fortasse MV’  
Mommsen: quidem uiolari omnia Frig. posse sed Ver.: sed  
codd. Nic.: malimus posse, et 2 transmigraremus  $MPF^3$  in ras.  
 $UpBOEHDLA$  sed -mus ab F ipso): transmigrarentur Ver.

tersit, tribuni. Vos, etiamsi tunc faciendum non fuerit, nunc utique faciendum putatis: ego contra—nec id mirati sitis, priusquam quale sit audieritis—etiamsi tum migrandum fuisset incolumi tota urbe, nunc has ruinas relinquendas  
 4 non censerem. Quippe tum causa nobis in urbem captam migrandi uictoria esset, gloria nobis ac posteris nostris; nunc haec migratio nobis misera ac turpis, Gallis gloria  
 5 est. Non enim reliquise uictores, sed amisisse uicti patriam uidebimus: hoc ad Alliam fuga, hoc capta urbs, hoc circum sessum Capitolium necessitatis imposuisse ut desereremus penates nostros exsiliisque ac fugam nobis ex eo loco consicseremus quem tueri non possemus. Et Galli euertere potuerunt Romam quam Romani restituere non uidebuntur  
 6 potuisse? Quid restat nisi ut, si iam nouis copiis ueniant—constat enim uix credibilem multitudinem esse—et habitare in capta ab se, deserta a uobis hac urbe uelint, sinatis?  
 7 Quid? si non Galli hoc sed ueteres hostes uestri, Aequi Volscie, faciant ut commigrent Romam, uelitisne illos Romanos, uos Veientes esse? an malitis hanc solitudinem uestram quam urbem hostium esse? Non equidem uideo quid magis nefas sit. Haec sclera, quia piget aedificare,  
 8 haec dedecora pati parati estis? Si tota urbe nullum melius ampliusue tectum fieri possit quam casa illa conditoris est nostri, non in casis ritu pastorum agrestiumque habitare est satius inter sacra penatesque nostros quam

3 nunc utique *MPFU<sub>p</sub>EHD<sub>L</sub>A*: tunc utique *OA<sup>2</sup>*: nunc itaque *Ver.* : *om. FB* tota urbe *MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sub>L</sub>A*: urbe *Ver. fort. recte*; *nisi forte* incolumi tota urbe *omnia secludenda ut ex § 2 eo petita ut tum explicaretur* 5 reliquise uictores sed *MPFU<sub>p</sub>OEHD<sub>L</sub>A*: reliquise uictores se *Ver. B* (*sed in B sed*) uidebimus *Ver. MPF UpBOED<sup>2</sup> uel D<sup>4</sup>A<sup>2</sup>*: uiderimus *H<sup>2</sup>DLA*: uideremur *H* fuga *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>A*: fugam *DL* urbs *Ver. M?* *PF UpBOEHDA*: urbe *M<sup>3</sup>*: ubris *L*: urb *M?* quam Romani *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sub>L</sub>A*: Romani *Madv.* 6 credibilem multitu post haec defit *Ver. usque ad c. 54.* 7 Quid? si *PFUpBOED LA*: quit si *M*: quod si *H* an *MPFU<sub>p</sub>BOE?* *A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>* (*sed fort. a n̄ E*: an *E<sup>3</sup>*): Non *D<sup>2</sup>* *puncto ante addito*: non *D?*: n̄ (i. e. non) *HLA* (*num recte?*): *fort. an non scribendum*

exsulatum publice ire? Maiores nostri, conuenae pastores- 9  
que, cum in his locis nihil praeter siluas paludesque esset,  
nouam urbem tam breui aedificarunt: nos Capitolio, arce  
incolumi, stantibus templis deorum, aedificare incensa piget?  
et, quod singuli facturi fuimus si aedes nostrae deflagrassent,  
hoc in publico incendio uniuersi recusamus facere?

Quid tandem? si fraude, si casu Veiis incendium ortum 54  
sit, uentoque ut fieri potest diffusa flamma magnam partem  
urbis absumat, Fidenas inde aut Gabios aliamue quam urbem  
quaesituri sumus quo transmigremus? Adeo nihil tenet? 2  
solum patriae nec haec terra quam matrem appellamus,  
sed in superficie tignisque caritas nobis patriae pendet?  
Equidem—fatebor uobis, etsi minus iniuriae uestrae [quam 3  
meae calamitatis] meminisse iuuat—cum abessem, quotiens-  
cumque patria in mentem ueniret, haec omnia occurrabant,  
colles campique et Tiberis et adsueta oculis regio et hoc  
caelum sub quo natus educatusque essem; quae uos,  
Quirites, nunc moueant potius caritate sua ut maneatis in  
sede uestra quam postea, cum reliqueritis eam, macerent  
desiderio. Non sine causa di hominesque hunc urbi con- 4  
dendae locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen op-  
portunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur,  
quo maritimi commeatus accipientur, mari uicinum ad com-

9 nouam *MPFU<sub>p</sub>BODLA*: noue in (*uel* nouern?) *E*: *om.* *H*  
*breui MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>2</sup>* *uel D<sup>4</sup>A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>*: *breuem DLA* arce *MP*  
*FU<sub>p</sub>BOEHDLA*: arceque *dett.* *unus* (*Lovel.* 4): atque arce *Wesenberg*  
singuli *MPFU<sub>p</sub>BOEHD<sup>2</sup>A<sup>1</sup> uel A<sup>2</sup>*: in singuli *D<sup>2</sup>LA* uniuersi  
*M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>PFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: uniuersis *M*

54 3 Equidem *dett.*: et quidem *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*, *fort. recte*  
quam meae calamitatis *Vorm.* *MPFU<sub>p</sub>BOE* (*sed* meae *B*): quam  
calamitatis meae *HDLA*: meaeque calamitatis *H. J. Mueller*: quam  
calamitatis *Madv.*: *seclusimus*; *uide sis Class. Quarterly*, v (1911),  
*p. 15*, et *cf. 2. 40. 8 adn.* ueniret *MPFU<sub>p</sub>BEDLA*: uenerat  
*OE<sup>3</sup>H*, *fort. recte* eam, macerent *UpE<sup>1</sup>D Maduigium confirmantes*:  
eamacerent *OD<sup>2</sup>* (*qui et desiderio in desideria mutauit*) *LA*, unde ea,  
macerent *Ed. Rom. 1469 Ald.*: eam magerent *E*: eam acérent *H* (*quid*  
*per -é- uoluit?*): eam agerent *MPFB*: eam augeant *M<sup>3</sup>* 4 mari  
*Alschesfski*: mare *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*

moditates nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum, regionum Italiae medium, ad incrementum urbis natum unice locum. Argumento est ipsa magnitudo tam nouae urbis. Trecentensimus sexagensimus quintus annus urbis, Quirites, agitur; inter tot ueterrimos populos tam diu bella geritis, cum interea, ne singulas loquar urbes, non coniuncti cum Aequis Volsci, tot tam ualida oppida, non uniuersa Etruria, tantum terra marique pollens atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiae, bello uobis par est. Quod cum ita sit quae, malum, ratio est *⟨haec⟩ expertis alia experiri*, cum iam ut uirtus uestra transire alio possit, fortuna certe loci huius transferri non possit? Hic Capitolium est, ubi quondam capite humano inuento responsum est eo loco caput rerum summamque imperii fore; hic cum augurato liberaretur Capitolium, Iuuentas Terminusque maximo gaudio patrum uestrorum moueri se non passi; hic Vestae ignes, hic ancilia caelo demissa, hic omnes propiti manentibus uobis di.'

55 Mousisse eos Camillus cum alia oratione, tum ea quae ad religiones pertinebat maxime dicitur; sed rem dubiam de-

4 regionum Italiae medium (*scil. locum*) *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA* (*sed geonum E: regionum E<sup>1</sup> uel E<sup>2</sup>*): regionem Italiae medianam *Madv.*, post medianam *interpungens* unice *MPU<sub>p</sub>BOEHD<sup>4</sup>* *marg. A<sup>2</sup>*: unicae *F: uniuoto anno a gallis roma uastata sit DLA, glossema marginale pro clausula proxima substituentes: unice esse Madv.*

5 Argumento . . . urbis *om.* *DLA, add D<sup>4</sup> marg. A<sup>4</sup>* Argumento *PFU<sub>p</sub>BO<sup>1</sup> EHA<sup>4</sup>*: argumentum *OD<sup>4</sup>*: a frumento *M* tot tam *P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BOE DLA*: totam *MPH*: tot *M<sup>3</sup>* 6 haec expertis alia *Walters, cf. Class. Quart. v* (1911), p. 16: expertis alia *MOHDLA* (*sed in O spatiū solito longius ante expertis*): expertis latos alia *PFU<sub>p</sub>E* (*scil., ut coniecit Walters, ex ‘uel -tos’ natum, quod glossema ad expertis fuisse potest*): expertis latos alia *B*: expertos ista alia *Novák*: ista expertos alia *Whibley*: uos haec loca expertos alia *Luterbacher*: expertis laetos alia *Weissenb.* 7 ancilia *M<sup>2</sup> uel M<sup>1</sup>UpOLA<sup>2</sup>* *dett.*: ancilia *MPFBEHDA* demissa *P<sup>2</sup> uel P<sup>3</sup>OED<sup>2</sup>A<sup>3</sup>* *Ed. Rom. 1470 Ald.*: dimissa *MP<sup>3</sup> uel P<sup>2</sup>FU<sub>p</sub>BHDLA* *Ed. Rom. 1469*: dimisa *P*: *di-in de-mutauit P<sup>2</sup> uel P<sup>3</sup>, sed additamentum postea erasum est di] hac uoce rursus inc. Ver. sed sic: deimmouisse camillus*

55 1 Mousisse eos *MPFU<sub>p</sub>BOED<sup>4</sup>A<sup>2</sup>*: mouisset hos *H*: mouisset os *D?* *L*: mouisset eos *D<sup>1</sup> uel D<sup>2</sup>?*: mousisse *Ver.* (*sed uide supra*) religiones *Ver.* *MPFBHDLA*: religionem *UpO*: regiones *E*


creuit uox opportune emissa, quod cum senatus post paulo de his rebus in curia Hostilia haberetur cohortesque ex praesidiis reuertentes forte agmine forum transirent, centurio in comitio exclamauit: ‘Signifer, statue signum; hic 2 manebimus optime’. Qua uoce audita, et senatus accipere se omen ex curia egressus conclamauit et plebs circumfusa adprobauit. Antiquata deinde lege, promisce urbs aedificari coepit. Tegula publice praebita est; saxi materiaeque 3 caedendae unde quisque uellet ius factum, praedibus acceptis eo anno aedificia perfecturos. Festinatio curam 4 exempti uicos dirigendi, dum omisso sui alienique discriminine in uacuo aedificant. Ea est causa ut ueteres cloacae, 5 primo per publicum ductae, nunc priuata passim subeant tecta, formaque urbis sit occupatae magis quam diuisae similis.


1 opportune emissa *MPUpOA<sup>1</sup>* uel *A<sup>2</sup>*: oportune emissa *FBO<sup>1</sup>E* (*sed -nae FE: -no O?*): opportuna missa *H*: opportuna emissa *LA*: oportuna emissa *D*: opportune missa *Ver., fort. recte* praeſidiis *Ver. OE<sup>1</sup>* uel *E<sup>2</sup>*: praeſidiis *MPFBHDLA*: praeliis *Up* 2 optime. Qua *Ver. MPFU<sub>p</sub>BOED<sup>4</sup>A<sup>2</sup>* (*sed in D<sup>4</sup>-e Qua in ras.*): optimam quam *H*: optimum quam *L*: optimum eo militi gratiorem persecutis qua *A*: *de transpositione in DLA* uide sis c. 52. 8 *adn.* promises *MPFU<sub>p</sub>BOEHDLA*: promiscue *Ver. F<sup>3</sup>D<sup>4</sup>A<sup>2</sup>*; cf. 3. 47. 7 *adn.* 3 urbs . . . materiaeque cae- bis scripsit *Ver.*, in primo loco saxa pro saxi et -quae ce- pro -que cae- exhibens 4 dirigendi *MP FBOEHDLA* (cf. 2. 49. 11 *adn.*): digerendi *Up*: derigendi *Zingerle Subscriptio*. Titi Liui Nicomachus dexter uē emendaui ad exemplum parentis mei clementiani: ab urbe condī uictorianus uē emendabam domnis simmachiis. Explicit Liber V Incipit Liber VI Feliciter.


Sic *M*: in *OEHDLA* omnia similia praeter haec: Liuii *OHLA*; Nichomachus *O*; Tincomachus *DA*; dexterum (*om. uē*) *OEHDL*; *om. uē A*; emendari *D*: emendaū *A*; clemenciani *A*; condī. *OEHDL*: condita *A*; symmachis *EHDL*: symmachis *A*

Liber V explicit *OEHDL*; Incipit liber VI *om. E*; feliciter *om. OHA In PF nihil nisi*: Titi Liui liber quintus explicit Incipit Liber VI feliciter; *idem in Up nisi quod add.* ab urbe condita *post Liuii et om.* feliciter

*In Ver.: <Ti>ti liui <a>b urbe <co>ndita <li>b. V exp. <in>c. lib. VI. In B omnino deest*







# OXFORD CLASSICAL TEXTS

**All prices are subject to alteration without notice**

## GREEK

*All prices are net*

		<i>Cloth</i>	<i>India</i>	<i>Paper</i>
AESCHYLUS.	G. G. A. Murray	7s 6d		
ANTONINUS.	J. H. Leopold	6s		
APOLLONIUS RHODIUS.	R. C. Seaton	5s		
ARISTOPHANES.	F. W. Hall, W. M. Geldart			
I.	<i>Ach.</i> , <i>Eq.</i> , <i>Nubes</i> , <i>Vesp.</i> , <i>Pax</i> , <i>Aves</i> . Second edition	5s		
II.	<i>Lys.</i> , <i>Thesm.</i> , <i>Ran.</i> , <i>Eccl.</i> , <i>Plutus</i> , <i>Fragmenta</i> . Sec. ed.	5s		
ARISTOTLE.	I. Bywater, F. G. Kenyon			
<i>De Arte Poetica</i> . Second edition		3s		
<i>De Caelo</i>		7s 6d		
<i>Ethica</i> . (On quarto writing paper, 15s.)		5s		
<i>Atheniensium Respublica</i>		4s		
BUCOLICI GRAECI.	U. v. Wilamowitz-Moellendorff	5s	7s 6d	
DEMOSTHENES			27s 6d	
I.	<i>Orationes I-XIX</i> . S. H. Butcher	6s		
II. i.	<i>Orationes XX-XXVI</i> . S. H. Butcher	5s		
II. ii.	<i>Orationes XXVII-XL</i> . W. Rennie	5s		
III.	<i>Or. XLI-LXI; Procœmia; Epistulae</i> . W. Rennie	6s		
EURIPIDES.	G. G. A. Murray		17s 6d	
I.	<i>Cyc.</i> , <i>Alc.</i> , <i>Med.</i> , <i>Heracl.</i> , <i>Hip.</i> , <i>Andr.</i> , <i>Hec.</i>	5s		
II.	<i>Suppl.</i> , <i>Herc.</i> , <i>Ion</i> , <i>Tro.</i> , <i>El.</i> , <i>I. T.</i> Third ed.	5s		
III.	<i>Hel.</i> , <i>Phoen.</i> , <i>Or.</i> , <i>Bacch.</i> , <i>Iph.</i> , <i>Aul.</i> , <i>Rhesus</i>	5s	6s	
HELLENICA OXYRHYNCHIA	<i>cum Theopompi et Cratippi fragmentis</i> .	B. P. Grenfell, A. S. Hunt	10s	
HERODOTUS.	K. Hude. Second edition			
I (Books I-IV), II (Books V-IX)		each 6s		
HOMER			17s 6d	
I-II.	<i>Iliad</i> . D. B. Monro, T. W. Allen		10s	
Books I-XII.	Second edition	4s		
Books XIII-XXIV.	Third edition	4s		
III-IV.	<i>Odyssey</i> . T. W. Allen		10s	
Books I-XII.	Second edition	4s		
Books XIII-XXIV.	Second edition	4s		
V.	<i>Hymns, &amp;c.</i> T. W. Allen	7s 6d		
HYPERIDES.	F. G. Kenyon	4s 6d		
LONGINUS.	A. O. Prickard	4s		

## GREEK (cont.)

*All prices are net  
Cloth India Paper*

LYSIAS.	K. Hude	5s
PINDAR.	C. M. Bowra	8s 6d
PLATO.	J. Burnet	
I.	<i>Euth., Apol., Crit., Ph.; Crat. Tht., Soph., Polit.</i> Ed. 2	7s 6d
II.	<i>Par., Phil., Symp., Phdr.; Alc. I, II, Hipp., Am.</i> Ed. 2	7s 6d
III.	<i>Thg., Chrm., Laches, Lysis, Euthd., Prot., Gorg., Meno, Hp. Ma. et Min., Io, Mn.</i>	7s 6d } 25s
IV.	<i>Clitopho, Respublica, Timaeus, Critias</i> <i>Respublica separately, 7s 6d</i>	8s 6d }
V.	<i>Minos, Leges; Ep., Epp., Def., Spuria</i>	9s 6d }
SOPHOCLES,	<i>Fabulae.</i> A. C. Pearson	6s 6d
THEOPHRASTUS,	<i>Characteres.</i> H. Diels	8s
THUCYDIDES.	H. Stuart Jones and J. E. Powell	4s 6d
Books I-IV		12s 6d
Books V-VIII.		5s
XENOPHON.	E. C. Marchant	5s
I-V		25s
I.	<i>Historia Graeca</i> , Ed. 2, and III. <i>Anabasis</i>	each 4s
II.	<i>Libri Socratici</i> and IV. <i>Institutio Cyri</i>	each 5s
V.	<i>Opuscula</i>	7s 6d

## LATIN

ASCONIUS.	A. C. Clark	6s
CAESAR, COMMENTARII.	R. L. A. Du Pontet	10s
I.	<i>Bellum Gallicum</i>	3s 6d
II.	<i>Bellum Civile</i>	5s
CATULLUS.	R. Ellis	3s 6d
With <i>Tibullus</i> and <i>Propertius</i>		10s 6d
CICERO		
EPISTULAE.	L. C. Purser	
I.	<i>ad Fam.</i>	9s
II.	<i>ad Att., Pars i (1-8), Pars ii (9-16)</i>	each 6s
III.	<i>ad Q. F., ad M. Brut., Fragm.</i>	5s
ORATIONES.	A. C. Clark and W. Peterson	
I.	<i>Rosc., Am., I. Pomp., Clu., Cat., Mur., Cael.</i> Clark	4s
II.	<i>Pro Milone, Caesarianae, Philippicae.</i> Clark. Ed. 2	4s
III.	<i>Verrinae.</i> Peterson. Second edition	5s
IV.	<i>Quinct., Rosc. Com., Caec., Leg. Agr., Rab. Perduell., Flacc., Pis., Rab. Post.</i> Clark	4s
V.	<i>Post Reditum, De Domo, Har. Resp., Sest., Vat., Prov. Cons., Balb.</i> Peterson	4s
VI.	<i>Tull., Font., Sull., Arch., Planc. Scaur.</i> Clark	4s

LATIN (*cont.*)


*All prices are net*  
Cloth India Paper

CICERO (*cont.*)

RHETORICA.	A. S. Wilkins		
I. <i>De Oratore</i>		5s	
II. <i>Brutus</i> , &c.		6s	
HORACE.	E. C. Wickham. Ed. 2.	H. W. Garrod	4s 6s
ISIDORI ETYMOLOGIAE.	W. M. Lindsay.	Two vols.	30s
LIVY.	R. S. Conway and C. F. Walters		
Books I-V		7s 6d	
Books VI-X		7s 6d	
Books XXI-XXV		6s	
Books XXVI-XXX	R. S. Conway and S. K. Johnson		8s 6d
LUCRETIUS.	C. Bailey	5s	7s 6d
MARTIAL.	W. M. Lindsay	9s	
NEPOS.	E. O. Winstedt	4s	
OVID, <i>Tristia, Epistulae ex Ponto, &amp;c.</i>	S. G. Owen	4s	
PERSIUS and JUVENAL.	S. G. Owen. Second ed.	5s	
PHAEDRUS, <i>Fabulae.</i>	J. P. Postgate	6s	
PLAUTUS.	W. M. Lindsay		21s
I. <i>Amphitruo-Mercator</i>		9s	
II. <i>Miles Gloriosus-Fragmenta</i>		9s	
PROPERTIUS.	J. S. Phillimore. Ed. 2. (I.P., see Catullus)	4s	
STATIUS			
<i>Silvae.</i> J. S. Phillimore. Second edition		6s	
<i>Thebais</i> and <i>Achilleis.</i> H. W. Garrod		10s	
TACITUS			18s
<i>Annales.</i> C. D. Fisher		7s 6d	
<i>Historiae.</i> C. D. Fisher		6s	
<i>Opera Minora.</i> H. Furneaux		4s	
TERENCE.	W. M. Lindsay and R. Kauer. Second ed.	6s	7s 6d
TIBULLUS.	J. P. Postgate. Ed. 2 (I.P., see Catullus)	3s	
VELLEIUS PATERCULUS.	R. Ellis	7s 6d	
VIRGIL.	Sir Arthur Hirtzel	4s 6d	7s 6d
APPENDIX VERGILIANA.	R. Ellis	5s	

The Oxford Greek Testament, 5s net (I.P. 7s 6d net; on quarto writing paper 15s net); Dr. Souter's Pocket Lexicon to the above, 3s 6d net; The New Testament in Latin, 3s net (I.P. 4s 6d net).

OXFORD UNIVERSITY PRESS  
Amen House Warwick Square London, E.C. 4





FOOTBALL



3 1197 00405 9892

**DATE DUE**

DEMCO 38-297

